All'a dꝛ missa dñicalis: qđ p totũ annũ
obseruet q̃m All'a dꝛ. Dicetur etiã All'a
ad oẽm missam de die p annũ: pterq̃ a
lxx. vsq̃ ad vigiliã pasche:ꝫ exceptis vi
giliis extra dñicã ꝫ tẽpus pasche cõtin-
gẽtib9: exceptis etiã quattuoꝛ tẽpoꝛib9
q̃ extra ebd. pẽthe. ꝛtigerit. ℣ feria. iiii.
Lectio epi beati iacobi apostoli. v.
Caríssimi. Patiẽtes estote:vsq̃ ad
aduẽtũ dñi. Ecce enĩ agricola. ex
pectat pꝛeciosũ fructũ terre: patiẽter fe
rens. donec accipiat tẽpoꝛaneũ ꝫ seroti-
nũ. Patiẽtes igit estote ꝫ vos:ꝫ ꝛfirma
te coꝛda vestra. q̃m aduẽtus dñi appꝛo-

pinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrū: vt nō iudicemini. Ecce enī iudex: ante ianuā expectat. Exemplum accipite fratres carissimi. exitus mali longanimitatis. laboris ꝛ patientie per prophetas: qui locuti sunt: in nomine domini nostri iesu christi. ℂ Iniciū sancti euangelii secundum Marcum. i.

Principium euangelii iesu xpi filii dei: sicut scriptū est in isaia pphe ta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: qui preparabit viaz tuā ante te. Vox clamantis in deserto: parate viaz dñi. rectas facite semitas eius. Fuit in deserto iohānes baptizans ꝛ predicans baptismū penitentie: in remissionē peccatoꝝ. Et egrediebatur ad eū ois iudee regio. ꝛ hierosolymite vniuersi: ꝛ baptizabant ab illo in iordanis flumine. confitentes peccata sua. Et erat iohānes vestitus pilis camelorꝝ: ꝛ zona pellicea circa lūbos eius. Et locustas/ et mel silueſtre edebat: ꝛ predicabat dicens. Venit fortior me post me: cuius nō sū dignus procūbens/ soluere corrigiā calciamentoꝝ eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos: spū sctō. ℂ Si aliqđ festū vnde fieri debeat seruitiū i hac quarta feria ztigeri: epla prenotata et euāgeliū legant in qnta feria si vacauerit: sinautē oīno pretermittant eo anno

ℂ Feria.vi. Lectio Isaie prophete. li.

Hec dicit dñs deus. Audite me qui sequimini qđ iustū est: ꝛ queritis dñm. Attendite ad petram. vnde excisi estis: ꝛ ad cauernam laci. de qua precisi estis. Attendite ad abrahā patrē vestrū ꝛ ad sarā q̄ peperit vos. Quia vnū vocaui eum: ꝛ benedixi ei. et multiplicaui eū. Consolabit ergo dñs syon: ꝛ cōsolabitur oēs ruinas eius. Et ponet desertū eius quasi delicias: ꝛ solitudinē eius quasi ortum dñi. Gaudiū et leticia/ inuenietur in ea: gratiarum actio/ et vox laudis. Attendite populo meus: et tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: ꝛ iudicium meum/ in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus ꝛ egressus est saluatoꝝ meus: et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt: ꝛ brachium meum sustinebunt. Leuate oculos vestros in celum: et videte sub terra deorsum. Quia celi sicut fumus liquescent: ꝛ terra sicut vestimentum atteretur/ ꝛ habitatores ei⁹ sicut hec interibunt. Salus autez mea in sempiternū erit. Et iusticia mea non deficiet. Audite me. qui scitis iustū: populus meus/ lex mea in corde eorꝝ. Nolite timere obprobriū hoīm: et blasphemias eorꝝ ne metuatis. Sicut enim vestimentum. sic comedet eos vetmis: et sicut lanā/ sic deuorabit eos tinea. Salus autē mea: in sempitetnū erit/ ꝛ iustitia mea: in generationes generationū.

ℂ Secundum Matheum. iii.

In illo tempore. Venit iohannes baptista. predicans in deserto iudee: ꝛ dicens. Penitētiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est: per isaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto. parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Ipse autē iohannes habebat vestimentū de pilis camelorum: ꝛ zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autē eius erat locusta: ꝛ mel silueſtre. Tunc exibat ad eū hierosolyma/ et omnis iudea: ꝛ omnis regio circa iordanem. ꝛ baptizabantur ab eo in iordane: confitentes peccata sua. ℂ Si vero. vi. feria non vacauerit: predicta epistola et euangeliū oīno pretermittentur: et hoc per totū aduentū: et a Domine ne in ira. vsqz ad quinquagesimā: et ab octa. pasche vsqz ad primā dominicā ante ascēsionē domini obseruetur. A Deus oīm vero vsqz ad aduentū domini: si quarta ꝛ quinta feria non vacauerint: tūc in sexta feria legantur epistola ꝛ euāgeliū de quarta feria si vacauerit: sinautē/ oīno pretermittantur. Nunq̄ enim legātur epistola et euāgeliū de quarta feria in scda feria vel in tertia feria: neqz epistola ꝛ euāgeliū de sexta feria in qnta feria. Non enī debet seruitiū anticipari secundū vsum sarū. ℂ Dominica secunda aduentus dñi. Ad missam. Officiū.

Populus syon ecce dñs veniet ad saluãdas gentes: ⁊ auditã faciet dñs gloziã vocis lue: in leticia cozdis vestri. ℣s. Qui regis israel intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioseph. Repetat officiũ scz Populus. Gloria patri. Oratio. Excita dñe cozda nostra ad pzeparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentũ purificatis tibi mẽtibus seruire mereamur. Qui tecũ viuit ⁊ regnat i vnitate spũsancti deus. Per oia secula sckoz. Amen. Ad romanos. xv.

Fratres. Quecũq; enĩ scripta sũt ad nostrã doctrinã scripta sunt: vt per patientiã ⁊ consolationẽ scripturarũ / spem habeamus. Deus autẽ patientie ⁊ solatii. det vobis idipm sapere in alterutrũ scom iesum xpm: vt vnanimes vno oze honorificetis deũ. ⁊ patrẽ dñi nostri iesu xpi. Propter quod suscipite inuicem: sicut ⁊ xps suscepit vos in honorẽ dei. Dico enim xpm iesum / ministrũ fuisse circumcisionis. propter veritatẽ dei: ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autez super misericozdia honorare deũ: sicut scriptũ est. Propterea confitebor tibi in gentibus dñe: ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterũ dicit. Letamini gentes: cũ plebe eius. Et iteruz. Laudate omnes gentes dñm: et magnificate eũ omnes populi. Et rursum / isaias ait. Erit radix iesse: ⁊ qui exurget regere gentes / in eum gentes sperabunt. Deus autem spei. repleat vos omni gaudio / et pace in credendo: vt abundetis in spe: ⁊ virtute spiritus sancti. Gz. Et syõ speries decozis eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerunt testamẽtum eius super sacrificia. Alla. ℣. Virtutes celi mouebuntur: ⁊ tũc videbunt filiũ hois venientẽ in nubibus celi cũ potestate ⁊ maiestate magna. Sequentia.

Regnantem sempiterna per secla susceptura: concio deuota concrepa. Diuino sono factozi: reddendo debita. Cui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata. Quem expectant omnia terrea eius nutu / examinanda. Districtum ad iudicia. Clementem in potentia. Tua nos salua xpe clementia propter quos passus es dira. Ad poli astra: subleua nitida / qui sozde tergis secula. Influat: salus vera / effugans pericula. Dia: vt sint mũda / tribue pacifica. Ut hic tua: salui misericozdia. Leti regna: post adeamus supera. Quo regnas: secula p infinita. Secũdum Lucam. xxi.

In illo tempoze. Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pzessura gentium / pze confusione sonitus maris ⁊ fluctuum. Arescentibus hoibus pze timore ⁊ expectatione: que supeueniẽt vniuerso orbi. Nam virtutes celoz mouebuntur. Et tunc videbunt filiũ hois venientẽ in nube: cũ potestate magna / et maiestate. His autẽ fieri incipientibus: respicite ⁊ leuate capita vestra. quoniã appzopinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam: et omnes arbozes. Cum pzoducũt iam ex se fructũ: scitis quoniam pzope est estas. Ita ⁊ vos cum videritis hec fieri: scitote quoniaz pzope est regnũ dei. Amen dico vobis: quia non pzeteribit generatio hec: donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt: verba aũt mea non transibunt. Offert. Deus tu cõuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te. ostẽde nobis dñe misericozdiã tuã: ⁊ salutare tuum da nobis ℣. Benedixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatẽ iacob: remisisti iniq̃tatẽ plebis tue. ℣. Mia ⁊ veritas obuiauerũt sibi. ℣itas de terra ozta est ⁊ iusticia de celo pspexit. Secreta.

Placare quesumus dñe humilitatis nostre pcibus et hostiis: ⁊ vbi nulla suppetunt suffragia meritozum: tuis nobis succurre pzesidiis. Per dñm nostrum. Pzefatio quotid. Cõio. Hierusalem surge: et sta in excelso: et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcõio.

Refecti cibo potuq; spiritalis alimonie supplices te domie depzecamur: vt huius participatione mysterii: doceas nos terrena despicere / et amare celestia. Per dñm nostruz iesum xpm filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat deus. Per oia secla sckoz. Amẽ. ℂ Feria

quarta. Lectio zacharie prophete. viii.

Hec dicit dñs deus exercituuz. Reuersus sum ad syon. et habitabo in medio hierusalem. et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: et mons domini exercituum / mons sanctificatus. Hec dicit dñs exercituũ. Adhuc habitabunt senes. & anus in plateis hierusalẽ: et viri baculus in manu eius / pre multitudine dierum. Et platee ciuitatis cõplebuntur infantibus: & puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dñs exercituum. Si difficile videbitur in oculis reliquiarũ. populi huius in diebus illis: nunqd in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituũ. Hec dicit dominus exercituũ. Ecce ego saluabo populum meũ de terra orientis. & de terra occasus solis: & adducam eos. & habitabunt in medio hierusalem. & erunt michi in populum. et ego ero eis in deũ. in veritate & iusticia. Dicit dñs: oipotens.

Secundum Matheum. xi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeoz̃: & discipulis suis. Amen dico vobis: inter natos mulierũ non surrexit maioz iohanne baptista. Qui autez minoz est in regno celoz: maioz est illo. A diebus autez iohannis baptiste. vsqz nunc: regnũ celoz vim patitur. & violẽti rapiunt illud. Oẽs enĩ prophete & lex: vsqz ad iohannẽ prophetauerunt. Et si vultis recipere: ipse est helias. q̃ venturꝰ est. Qui habet aures audiẽdi: audiat

Feria.vi. Lectio Isaie prophete. lxii.

Hec dicit dñs deus. Super muros tuos hierusalẽ cõstitui custodes: tota die et tota nocte in perpetuũ nõ tacebunt. Qui rememiniscimini dñi ne taceatis: & ne detis silentiũ ei. donec stabiliat. & donec ponat hierusalẽ laudẽ in terra. Jurauit dñs in dextera sua: & in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticũ tuũ. vltra cibũ inimicis tuis: et si biberint filii alienigene vinũ tuũ: in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent. & laudabunt dñm: et qui cõportant illud bibẽt in atriis sctis meis. Trãsite. transite p portas: preparate viam populo planũ facite iter. & eligite lapides & eleuate signũ ad populos. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terre. Dicite filie syõ: ecce saluator tuus venit. & ecce merces eius cum eo. et opus illius coraz̃ illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autẽ vocaberis quesita ciuitas: & non derelicta

Secundum Johannem. primo.

In illo tempore. Johannes testimonium perhibebat de domino & clamabat dicens. Hic erat quem dixi. qui post me venturus est. ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius. nos oẽs accepimus: gratiam pro gratia quia lex per moysen data est: gratia et veritas. per iesum xp̃m facta est. Deum nemo vidit vnq̃. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrabit. ℂ Dominica tertia aduẽtus. Ad missam. Officium.

Gaudete in dño semper: iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dominus prope est nichil solliciti sitis: sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. ℣. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat coꝛda vestra & intelligentias vestras. Oratio.

Aurem tuam quesumus domine precibus nostris accommoda: & mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis et regnas cũ deo patre &c. Ad corinthios. prie. iiii.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros xpi: et dispensatores misteriorꝝ dei. Hic iam queritur: inter dispensatores. vt fidelis quis inueniatur. Michi aũt pro minimo est vt a vobis iudicer. aut ab humano die: sed neqz meipm iudico. Nichil enim michi conscius sũ: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iudicat me: dñs est. Itaqz nolite ante tempus iudicare: quoadusqz veniat dñs. qui et illuminabit abscondita tenebrarũ. & manifestabit consilia coꝛdiũ. Et tunc laus erit: vnicuiqz a deo. Gr̃. Qui sedes dñe super cherubin: excita potẽtiam tuam & veni. ℣. Qui regis israel

intende:qui deducis velut ouem ioseph. Alleluya.℣. Excita domine potentiam tuam ⁊ veni:vt saluos facias nos. Sequentia

Qui regis sceptra:forti dextra: solus cuncta. Tu plebi tuam ostẽde magnam excitando potẽtiam. Presta illi: dona salutaria. Quem predixerunt:prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu:veni domine arua. Secundum Matheum. xi.

In illo tpe. Cum audisset iohãnes in vinculis opera christi:mittens duos de discipulis suis.ait illi. Tu es q̃ venturus es. an aliuz expectamus. Et respondẽs iesus:ait illis. Euntes renũciate iohãni:que audistis ⁊ vidistis. Ce ci vident:claudi ambulant.leprosi mũdantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt.pauperes euangelizãtur. Et beatus est:qui nõ fuerit scãdalizatus i me. Illis autẽ abeũtibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohãne. Quid existis i desertũ videre. Arũdinem vẽto agitatã. Sed qd existis videre. Hoiem mollib⁹ vestitũ. Ecce qui mollibus vestiunt:in domibus regũ sunt. Sed qd existis videre. Prophetã. Etiã dico vobis:⁊ plus q̃ pphetã. Hic est enĩ:de quo scriptũ est Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã:qui preparabit viam tuaz: ante te.

Offert. Benedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatẽ plebis tue.℣. Operuisti oia peccata eoꝝ:mitigasti omnẽ iram tuam.℣. Ostende nobis dñe miam tuam ⁊ salutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi dñe quesumus hostia iugiter immoletur: que ⁊ sacri peragat instituta mysterii:⁊ salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per ð. Prefatio quotid. Cõio. Dicite pusillanimes cõfortamini ⁊ nolite timere: ecce de⁹ noster veniet ⁊ saluabit nos. Postcõio.

Imploramus dñe clementiam tuam:vt hec diuia subsidia a viciis expiatos:ad festa vẽtura nos preparẽt. Per dñm. C Feria quarta quattuor tẽpoꝝ. Ad missam. Officium

Rorate celi desup:⁊ nubes pluant iustum: aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem.ps. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Sequatur oratio sine Dominus vobiscũ. sed tantũ cum Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus:vt redemptionis nostre ventura solennitas:et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per eundem.

Lectio Isaie prophete. ii.

In diebus illis. Dixit isaias pphe-ta. Erit in nouissimis diebus preparatus mõs domus dñi i vertice mõtiũ:et eleuabitur sup colles. Et fluẽt ad eum oẽs gentes:⁊ ibunt populi multi ⁊ dicent. Venite ascendamus ad montẽ dñi ⁊ ad domũ dei iacob:et docebit nos vias suas. et ambulabimus in semitis eius. qz de syon exibit lex ⁊ verbum dñi de hierusalẽ. Et iudicabit gentes:et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres:⁊ lanceas suas in falces. Nõ leuabit gens cõtra gentẽ gladiũ:nec exercebũtur vltra ad preliũ. Domus iacob venite et ambulem⁹ in lumine dñi dei nostri. Gr. Tollite portas principes vestras:⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem dñi aut quis stabit in loco sãcto eius: innocens manibus ⁊ mundo corde. Hic nõ repetatur gradale:⁊ statim sequat Dñs vobiscum.⁊ Oremus. Oratio.

Festina quesumus dñe ne tardaueris ⁊ auxiliũ nobis supne virtutis impende:vt aduẽtus tui cõsolationis subleuẽtur: q̃ in tua pietate confidunt. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre. ⁊ cetera. Hic dicunt memorie consuete.

Epla. Lectio Isaie prophete. vii.

In diebus illis. Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profũdum inferni:siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petã: et non tẽptabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nũ qd parũ vobis est molestos esse hoibus qz molesti estis ⁊ deo meo. Propter hoc dabit dñs ipe vobis signũ. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ:⁊ vocabit nomen

eius emanuel. Butyrū & mel comedet: vt sciat reprobare malū: & eligere bonū Gr. Prope est dñs oībus inuocātibus eū: oīb⁹ q̄ inuocant eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquet os meū: & benedicat ois caro nomē sanctū eius Repetat gr. Secundū Lucam. primo

In illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatez galilee cui nomē nazareth. ad virginē desponsatā viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: & nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulierib⁹. Que cū audisset turbata est in sermōe eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait āgelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enī gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero & paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius: & regnabit in domo iacob in eternum. & regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad āgelū. Quomodo fiet istud quoniā virū non cognosco: Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & qd̄ nascet ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: & ipa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sext⁹ illi q̄ vocatur sterilis: q; nō erit impossibile apud deū oē verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi: secūdū verbum tuum. Offert. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ℣. Ideoq; & qd̄ nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et dicitur cum suo versu. Secreta.

Salutari ieiunio competentes domine hostias immolamus: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officiis preparemur. Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo ciipiet & pariet filiū: & vocabit nomē eius emanuel. Postcōio

Salutaris tui domine munere saciati: supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dñm nostrum iesum xpm.

℣ Feria.vi.quattuor tpm. Officium.

Tope esto domie: & omnes vie tue veritas initio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternum tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Excita quesumus dñe potentiam tuam & veni: vt hi qui in tua pietate confidunt ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis & regnas cū deo patre. Lectio Isaie prophete. xi.

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet sup eū spiritus dñi: spiritus sapientie & intellect⁹. spiritus consilii & fortitudinis. spiritus scientie & pietatis. & replebit eū spiritus timoris dñi. Non secundū visionē oculoz iudicabit: neq; secundū auditū auriū arguet. sed iudicabit in iustitia pauperes. & arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: & spiritu labioz suoz interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lūboz eius: et fides cinctoriuz renū eius. Gr.

Ostende nobis dñe misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Repetat gr.

Secundum Lucam. primo.

In illo tpe. Exurgens maria abiit in montana cū festinatione in ciuitate iuda: & intrauit in domū zacharie. & salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infās in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu iter mulieres: et benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi. vt veniat mater dñi mei ad me: Ecce enī vt facta est vox salutatōis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infās in vtero meo. Et beata q̄ credidisti: qm̄ perficient ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm: et exultauit spūs meus: in deo salutari meo. Offert. Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostende nobis dñe misericordiā tuā: et salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā

tuam auertisti captiuitatez iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est: ⁊ iusticia de celo prospexit. Secreta.

Sacrificiis quesumus dñe salutaribus his diebus aptemur propensius: quibus illud est mysteriũ celebrandum: cui seruit ois executio mandatorũ. Per ꝺ. Prefatio quotiꝺ. Cõio. Ecce dñs veniet: ⁊ omnes sancti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux magna. Postcõio.

Perfice quesumus dñe miam tuã populo supplicanti: quem tuor refectum largitate donor et instantius gratiam postulare maiorem: ⁊ fiducialius spare accedas. Per ꝺ. C Sabbõ quattuor tpm. Ad missam. Officium.

Veni ⁊ ostende nobis faciem tuam dñe qui sedes super cherubin ⁊ salui erimus. ℘s. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oẽs orationes sine Dñs vobiscum. dicũtur: preter vltimã que est ante epistolã: sed tantũ cũ Oremus. Et oẽs lec. cũ suis titulis legantur. Oremus.

Deus qui conspicis quia ex nostra pravitate affligimur: concede propicius. vt ex tua visitatione cõsolemur Qui vivis ⁊ regnas cum deo patre.

Lectio Isaie prophete. xix.

In diebus illis. Clamabunt ad dominũ a facie tribulãtis: ⁊ mittet eis saluatorẽ ⁊ ppugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab egypto: et cognoscent egyptii dñm in die illa. ⁊ colent eũ in hostiis et muneribus. et vota vouebunt dño et soluent. Et percutiet dñs egyptũ plaga: ⁊ sanabit eam. Et reuertentur egyptii ad dñm ⁊ placabitur eis: ⁊ sanabit eos: dñs deus noster. Gr. A summo celo egressio eius ⁊ occursus eius vsq; ad summũ eius. ℣. Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opa manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Nõ repetat Gr: sed dicat stati Oremus. Oõ

Concede qs ops deus: vt q; sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filii tui noua natiuitate liberemur. Qui tecũ.

Lectio Isaie prophete. xxv.

Hec dicit dñs. Letabitur deserta et inuia: ⁊ exaltabit solitudo: et florebit quasi liliũ. Germinans germinabit: ⁊ exaltabit letabũda ⁊ laudãs. Gloria libani data est ei: decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbunt gloriam dñi: ⁊ decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimes confortamini: ⁊ nolite timere. Ecce deus noster: vltionẽ adducet retributionis: deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tunc aperient oculi cecor: ⁊ aures surdor patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutor. Q; scisse sũt in deserto aq: ⁊ torrentes in solitudine. Et q̃ erat arida in stagnũ: ⁊ sitiens in fontes aquar. Ait dñs ops. Gr. In sole posuit tabernaculum suũ: et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq; ad summum eius. Oratio.

Indignos nos qs dñe famulos tuos quos actiõis ppꝛie culpa contristat: vnigeniti filii tui aduẽtu letifica. Qui tecũ vivit. Lectio Isaie pphete. xl.

Hec dicit dñs. Super montẽ excelsum ascende tu q̃ euangelizas syon: exalta in fortitudine vocẽ tuam qui euãgelizas hierusalẽ. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deꝰ vester Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachiũ eius dñabit. Ecce merces eius cũ eo: ⁊ opus illius coram illo. Sicut pastor gregẽ suũ pascet. in brachio suo cõgregabit agnos: ⁊ in sinu suo leuabit eos dñs deus noster. Gr. Dñe deus virtutum conuerte nos: ⁊ ostende faciem tuam ⁊ salui erimus. ℣. Excita dñe potentiã tuã ⁊ veni: vt salvos facias nos. Sequat Oremus. Oõ.

Presta quesumus oipotens deus: vt filii tui ventura solennitas / et presentis nobis vite remedia conferat ⁊ premia eterna concedat. Per eũdem.

Lectio Isaie prophete. xlv.

Hec dicit dñs xpo meo cyro / cuius apprehendi dexteram. vt subiici am ante faciem eius gentes. ⁊ dorsa regum vertã: ⁊ periã coram eo ianuas. et porte non claudent. Ego ante te ibo:

et glorioſos terre humiliabo. Portas
ereas conterã: ⁊ vectes ferreos confrin
gã. Et dabo tibi theſauros abſcõditos/
et archana ſecretorũ: vt ſcias quia ego
dñs/qui voco nomẽ tuum deus iſrael.
Propter ſeruũ meum iacob: ⁊ iſrael ele
ctũ meũ. Et vocaui te nomine tuo: aſſi
miláui te ⁊ nõ cognouiſti me. Ego dñs
et non eſt alius/ extra me non eſt deus.
Accinxi te ⁊ non cognouiſti me: vt ſciãt
hi qui ab ortu ſolis/ ⁊ qui ab occidente
qm̃ abſq; me non eſt deus. Ego dñs: et
non eſt alter. Formans lucẽ. ⁊ creans te
nebras: faciens pacẽ/ ⁊ creans malum.
Ego dñs: faciẽs oía hec. Rorate celi de-
ſuper: ⁊ nubes pluant iuſtũ: aperiatur
terra/ ⁊ germinet ſaluatorem. ⁊ iuſticia
oriatur ſimul. Ego dñs: creaui eum.
℣. Excita dñe potentiã tuam ⁊ veni: vt ſal-
uos facias nos. ℟. Qui regis iſrael intẽde: qui
deducis velut ouem ioſeph. qui ſedes ſuper che
rubin: appare coram effraim: beniamin: ⁊ ma-
naſſe. Sequitur. Oremus. Oratio.

Preces populi tui quelumus dñe
clementer exaudi: vt qui iuſte p
peccatis noſtris affligimur pietat̃ tue
viſitatiõe cõſolemur. Qui viuis ⁊ reg.
Lectio danielis prophete. iii.

Angelus dñi deſcendit cũ azaria
⁊ ſociis eius in fornacẽ. ⁊ exclu-
ſit flammã ignis de fornace: ⁊ fecit me
dium fornacis quaſi ventũ roris flan-
tem. Flamma autẽ diffuſa eſt ſuper for
nacem cubitis quadraginta nouem: et
incẽdit quos repperit iuxta fornacem
de chaldeis miniſtros regis qui eam i-
cendebant. Illos autem omnino non
tetigit ignis/ neq; cõtriſtauit: nec quic-
q̃ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi
ex vno ore/ laudabant ⁊ glorificabant.
⁊ benedicebant deũ in fornace dicẽtes.
Duo clerici de ſcda forma/ in ſuperpel-
liciis ad gradũ chori cantent tractum.

Benedictus es dñe deus patrum noſtro-
rum. ℟. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſe
cula. Chorus idẽ repetat. Clerici. ℣ⁱ. Et
benedictum nomen glorie tue quod eſt ſanctũ.
Chorus dicat. Et laudabile ⁊ glorioſum in
ſecula. Clerici. ℟. Benedictus in templo ſan-
cto glorie tue. Chorus. Et laudabilis et glo-
rioſus in ſecula. Clerici. ℟. Benedictus es ſu-
per thronum ſanctum regni tui. Chorus. Et
laudabilis. Clerici. ℟ⁱ. Benedictus es ſuper
ſceptrum diuinitatis tue. Chorus. Et lauda-
bilis. Clerici. ℟. Benedictus es qui ſedes ſu-
per cherubin intuens abyſſos. Chorus. Et
laudabilis. Clerici. ℟. Benedictus es qui am-
bulas ſuper pennas ventorum. Chorus. Et
laudabilis. Clerici. ℟. Benedicant te omnes
angeli et ſancti tui. Chorus. Et laudent te et
glorificent in ſecula. Clerici. ℟ⁱ. Benedicant
te celi/terra/mare/et omnia q̃ in eis ſunt. Cho
rus. Et laudent te ⁊ glorificent in ſecula. Cle-
rici. ℟ⁱ. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Chorus. Et laus ⁊ honor: poteſtas ⁊ imperi-
um. Clerici. ℟. Sicut erat in principio ⁊ nunc
⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorum amen. Chorⁱ.
Et laus ⁊ honor: poteſtas ⁊ imperium. Dein-
de clerici reincipiunt primum ℟. trac-
tus: et percantetur a choro. Et poſtea
dicat ſacerdos. **Dominus vobiſcum.**
℣. Et Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitiga-
ſti flãmas ignis: concede propicius: vt
nos famulos tuos nõ exurat flãma vi-
ciorũ. Per d̃. Hic dicit̃ mẽorie conſuete.
Epiſtola. Ad theſſalonicenſes. ii.ii.

Fratres. Rogamus vos p aduen
tum dñi noſtri ieſu xp̃i/ ⁊ noſtre
congregatõis in idip̃m: vt non cito mo
ueamini a veſtro ſenſu/ neq; terreami-
ni. neq; per ſpiritũ: neq; per ſermonem
neq; per epiſtolã/ tanq̃ per nos miſſa.
quaſi inſtet dies dñi. Ne quis vos ſedu
cat vllo modo. Quoniam niſi venerit
diſceſſio primũ. ⁊ revelatus fuerit ho-
mo peccati filius perditiõis. qui aduer
ſatur ⁊ extollitur ſupra omne quod di-
citur deus. aut quod colitur: ita vt in tẽ
plo dei ſedeat/ oſtendens ſe tanq̃ ſit de-
us. Non retinetis. quoniam cũ adhuc
eſſem apud vos hec dicebam vobis? Et
nunc quid detineat ſcitis: vt reveletur
in ſuo tẽpore. Nam myſteriũ iam opa-
tur iniq̃tatis: tantũ vt q̃ tenet/ nũc tene-
at. dõec de medio fiat. Et tũc revelabit
ille iniqu⁹: quẽ dñs ieſus interficiet ſpũ
oris ſui. ⁊ deſtruet illuſtratione: aduen-

tus sui. Duo clerici de scḃa fozma in capis nigris/ ad gradum chozi simul dicant totum et integrum istum tractū.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin: appare cozam effraim bēiamin ⁊ manasse. ℣. Excita dñe potentiā tuā ⁊ veni: vt saluos facias nos. Secundum Lucam. iii.

Anno quītodecimo imperii tiberii cesaris. pzocurante pontio pilato iudeā. tetrarcha autē galilee herode. philippo autē fratre eius tetrarcha yturee/ ⁊ traconitidis regionis. et lysanía abilíne tetrarcha. sub pzincipibus sacerdotū/ anna ⁊ caypha: factū est verbum dñi super iohannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnē regionem iozdanis: pzedicans baptismū penitentie/ in remissionē peccatoz/ sicut scriptū est in libzo sermonū isaie pphete. Vox clamantis in deserto: parate viam dñi/ rectas facite semitas ei⁹. Omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erunt pzava in directa: ⁊ aspera in vias planas. Et videbit omnis caro: salutare dei. Offert.

Exulta satis filia syō: pzedica filia hierusalem ecce rex tuus veniet tibi sanctus et saluatoz. ℣. Loquetur pacem gentibus: et potestas eius a mari vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad terminos ozbis terre. Secreta.

Super has hostias fidelium domine quesumus pzopicio vultu respice: et quia nostris meritis non valemus: his potius muneribus tuo occurrere cōmendemur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre. Pzefatio quotid. Cōio.

Exultauit vt gigas ad currēdam viam: a summo celo egressio eius: et occursus eius vsq; ad summum eius. Postcōmunio.

Quesumus domie deus noster vt sacrosancta mysteria que pzo reparatiōis nostre munimine contulisti: et pzesens nobis remediū esse facias et futurū. Per. In quacūq; feria dies natiuitatis dñi xtigerit: semp ieiunia quattuoz tēpoz in tertia ebda aduētus dñi celebzentur. ℂ Dominica .iiii. aduentus domini. Ad missam. Officium.

Qemento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo ad videndum in bonitate electozum tuoz: in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. ℘s Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Ozatio.

Excita qs dñe potentiā tuā ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre vt per auxiliū gratie tue qđ nostra peccata pzepediūt: indulgentia tue ppiciationis acceleret. Qui viuis ⁊ regnas cū

Ad philippenses. iiii.

Fratres: Gaudete in dño semper: itez dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus. dñs enī ppe est. Nihil solliciti sitis: sed in oī ozatōe ⁊ obsecratōe. cū gratiaz actione petitōes vestre. innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensum: custodiat cozda vestra. ⁊ itelligētias vestras. In xpō iesu: dño nō. Gz. Pzope est dñs oībus īuocātibus eū: oībus q̄ inuocant eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquetur os meū: ⁊ benedicat oīs caro nomē sanctū eius. Alla. ℣. Veni dñe ⁊ noli tardare relaxa facinoza plebis tue. Seq̄ntia.

Iubilemus oēs vna. Deo nostro q̄ creauit oīa. Per quē cuncta cōdita sūt secula. Celoz plurima luce cozusca: ⁊ diuersa sunt sidera. Sol mūdi sceptra: noctiū decus luna ceteraq; splēdentia. Mare/ solū/ alta/ plana/ ac pfunda flumina. Aeris ampla spacia q̄ discurrunt aues venti: atq; pluuia. Hec simul cuncta: tibi deo soli patri militāt. Nūc ⁊ in euū sine fine per secla: laus eozum tua glozia. Qui pzo salute nostra pzolē vnicam. Pati in terrā misisti: sine culpa: sz ob nostra delicta. Te trinitas pzecamur: vt cozpoza nostra et cozda. Regas ⁊ pzotegas: ⁊ dones peccatozum veniam. Secundum Johannem. pzimo

In illo tempoze: Miserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannē: vt interrogarent eum. Tu quis es: Et confessus est ⁊ non negauit. Et confessus est: quia nō sum ego xps. Et interrogauerūt eū. Quid ergo: Helyas es tu: Et dixit. Nō sū. Pzophe-

ta es tu: Et respõdit. Non. Dixerũt ergo ei. Quis es. vt respõsũ demus his q̃ miserũt nos: Quid dicis de teipõ: Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viã dñi. sicut dixit ysaias ppheta. Et q̃ missi fuerãt: erãt ex phariseis. Et interrogauerũt eũ: ꝛ dixerunt ei. Quid ergo baptizas. si tu nõ es xps. neq; helyas. neq; ppheta: Rñdit eis iohẽs dicẽs. Ego baptizo in aqua: medius aũt vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Ipe est q̃ post me venturus est. q̃ ãte me factus est: cuius ego nõ sum dign⁹ vt soluã eius corrigiã calciamẽti. Hec in bethania facta sũt trãs iordanẽ: vbi erat iohannes baptizans.

Offert. Confortamini ꝛ iam nolite timere: ecce enĩ deus noster retribuet iudiciũ: ipe veniet ꝛ saluos nos faciet. ℣. Tũc apertent oculi cecor ꝛ aures surdor audiẽt: tũc ascẽdet claud⁹ quasi ceruus ꝛ clara erit lingua mutor. Secreta.

Sacrificiis presentibus q̃s dñe placatus intẽde: quibus ad filii tui natiuitatem suscipiendã purificemur. Per eundem. Prefatio quotid. Cõio. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Postcõmunio.

Populum tuũ q̃s dñe donor tuor largitate prosequere: vt a malis ois sacramẽtor tuor virtute protectus: ad ineffabile misteriũ celebrandũ et mente preparet ꝛ corpore. Per dñm.

℣ Feria.iiii. Lectio Joelis ppete. ii.

Hec dicit dñs. Exultate filie syon: ꝛ letamini in dño deo vestro. qui dedit vobis doctorẽ iusticie. ꝛ descendere faciet ad vos imbrẽ matutinũ ꝛ serotinũ. sicut in principio. Et implebũtur aree frumẽto: ꝛ redũdabunt torcularia vino et oleo. Et scietis: qr ego dñs deus vester habitans in syon in mõte sancto meo ꝛ in hierusalẽ sctã. ꝛ alieni nõ trãsibũt p eã amplius. Et erit in die illa. stillabũt mõtes dulcedinẽ: ꝛ colles fluẽt lacte. ꝛ p oẽs riuos iuda ibũt aque. ꝛ fons de domo dñi egrediet. ꝛ irrigabit torrẽtẽ spinar. Egyptus in desolationẽ erit ꝛ idumea in desertum yditiõis: p eo q̃d inique egerũt i filios iude. et effuderũt sanguinẽ innocentẽ in terra sua. Et iudea ieternũ habitabit: ꝛ hierusalẽ in generatione ꝛ generationẽ. Et mundabo sanguinẽ eor quẽ non mundauerã: et dñs cõmorabit in syon a seculo: et vsq; in seculum. Secundum Lucam. vii.

In illo tpe. Exiit sermo in vniuersam iudeã de iesu: ꝛ oẽm circa regionẽ. Et nũciauerũt iohãni discipuli eius: de oibus his. Et cõuocauit duos de discipulis suis iohẽs: ꝛ misit ad iesũ dicẽs. Tu es q̃ vẽturus es. an aliũ expectamus: Cũ aũt venissent ad eum viri: dixerunt. Johẽs baptista. misit nos ad te: dicẽs. Tu es q̃ vẽturus es. an aliũ expectam⁹: In ipa aũt hora: curauit multos a languoribus suis ꝛ plagis. ꝛ spiritibus malis. ꝛ cecis multis donauit visum. Et rñdens: dixit illis. Eũtes renũciate iohãni: q̃ vidistis ꝛ audistis. Qr ceci vidẽt: claudi ambulãt/ leprosi mũdãtur surdi audiũt/ mortui resurgũt/ pauperes euãgelizant. Et beatus est q̃ non fuerit scãdalizatus in me. Et cũ discessissent nũcii iohis: cepit dicere de iohãne ad turbas. Quid existis in desertum videre: Arũdinẽ vẽto agitatã: Sed q̃d existis videre: Hoiem mollib⁹ vestimẽtis indutũ: Ecce q̃ in veste preciosa sũt/ ꝛ in deliciis: in domib⁹ regũ sũt. Sz q̃d existis videre: Prophetã: Utiq; dico vobis: ꝛ plusq̃ ppheta. Hic est de quo scriptũ est. Ecce mitto ãgelũ meũ ãte faciẽ tuam: q̃ preparabit viã tuã ante te. Dico enĩ vobis: maior iter natos mulierũ ppheta iohẽ baptista nemo est. Qui aũt minor est in regno celor: maior est illo.

℣ Feria.vi. Lectio zacharie ppete. ii.

Hec dicit dñs. Lauda et letare filia syon: qr ecce ego venio ꝛ habitabo in medio tui. ait dñs. Et applicabũt gẽtes multe ad dñm i die illa: ꝛ erũt mihi in ppm. Et habitabo in medio tui: ꝛ scies qr dñs exercituũ misit me ad te. Et possidebit dñs iudã partẽ suã in terra sctificata: ꝛ eliget adhuc hierusalem Sileat ois caro a facie dñi: qr exsurrexit de habitaculo sctõ suo. Dicit dñs: ops.

Secundum Marcum. viii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis

suis. Videte & cauete a fermento phariseoꝝ: et fermẽto herodis. Et cogitabãt ad alterutrũ dicẽtes: qꝛ panes nõ habemus. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis. qꝛ panes nõ habetis: Nondũ cognoscitis nec intelligitis: Adhuc cecatũ habetis coꝛ vestrũ. Oculos habentes nõ videtis. et aures habẽtes nõ auditis: Nec recoꝛdamini qñ qnq̃ panes fregi in quinq̃ milia. & quot cophinos fragmẽtoꝝ plenos sustulistis: Dicunt ei. Duodeci. Mñ & septẽ panes in quattuoꝝ milia hoim. quot spoꝛtas fragmẽtoꝝ tulistis: Et dicũt ei. Septẽ. Et dicebat eis. Quõ nondũ intelligitis: Et veniũt bethsaida: & adducũt ei cecũ. Et rogabãt eũ: vt illũ tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit euꝫ extra vicũ. Et expuẽs in oculos eius. et ipositis manibus suis: interrogauit eũ si aliqd videret. Et aspiciẽs: ait. Video hoies: velut arboꝛes ambulantes. Deinde iterũ imposuit manus sup oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est: ita vt clare videret oia. & misit illũ ĩ domũ suã dicẽs. Vade in domũ tuã: & si in vicũ introieris: nemini dixeris. ¶ In vigilia natiuitatis dñi. Ad missam. Officium.

HOdie scietis qa veniet dñs & saluabit vos: & mane videbitis gloꝛiã eius. ℘s. Dñi est terra & plenitudo eius oꝛbis terraꝝ & vniuersi q̃ habitant in eo. Si hec vigilia in dñica euenerit: dicitur cantus sup Kyrie. Sanctus. & Agnus. sicut in festo simplici. ix. lect. sinautẽ dicitur cantus feriał. Oꝛatio.

DEus q̃ nos redemptõis nostre annua expectatõe letificas: presta. vt vnigenitũ tuũ quẽ redẽptoꝛẽ leti suscipimus: venientẽ quoq̃ iudicẽ securi videamus dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ Qui te. Nulla fiat mẽo. Vnus puer accolit⁹ legat hãc ł c. alba indut⁹ ad gradũ choꝛi: tñ si dñica fuerit legat ĩ pulpito & sẽp cũ suo titulo. Lectio Isaie pphẽ. lxii

HEc dicit dñs. Propter syon nõ tacebo. & pter hierusalẽ nõ quescã: donec egrediat vt splẽdoꝛ iustus eius. & saluatoꝛ eius vt lãpas accendat. Et videbũt gẽtes iustũ tuũ: & cuncti reges inclytũ tuũ. Et vocabit tibi nomẽ nouũ: qđ os dñi nominauit. Et eris coꝛona gloꝛie in manu dñi: et diadema regni i manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua nõ vocabit amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabit: qꝛ cõplacuit dño in te. Deinde absq̃ interuallo legatur. Epistola. Ad Romanos. primo.

FRatres. Paulus seruus iesu xp̃i. vocatus apostolus. segregatus in euãgeliũ dei. qđ ante promiserat p̃ pphetas suos in scripturis sãctis de filio suo. q̃ factus est ei ex semine dauid scdm̃ carnẽ: q̃ predestinatus est filius dei ĩ virtute scdm̃ spiritũ sãctificatõis ex resurrectõe moꝛtuoꝝ iesu xp̃i dñi nr̃i p quem accepimus gr̃am & apostolatũ. ad obediẽdũ fidei in oĩbus gẽtibus p nomine ei⁹ In q̃bus estis & vos vocati: iesu xp̃i dñi nostri. Gꝛ. Hodie scietis qꝛ veniet dñs & saluabit nos. & mane videbitis gloriã ei⁹. ℣⁹. Qui regis israel intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioseph. q̃ sedes sup cherubin: appare coꝛã effraim beniamin & manasse. Si hec vigilia ĩ dñica euenerit: missa de dñica in capko dꝛ: et fiat tũc mẽoꝛia de sctã maria: & de oĩbus sãctis tm̃. Missa vero de vigilia ad auten ticũ altare: sine aliqua mẽoꝛia cum hoc All'a. ℣. Crastina die delebit iniquitas terre: & regnabit sup nos saluatoꝛ mundi. Sequentia. Jubilemus. vtꝫ. in dñica. iiii. aduẽtus dñi fol'. vii. Si vero dñica non fuerit: tunc All'a. & sequẽtia pꝛetermittant Secundum Matheum. primo.

IN illo tp̃e. Cũ esset desp̃sata mater iesu maria ioseph: anteq̃ conuenirẽt / inuẽta est ĩ vtero habẽs de spũ sctõ. Joseph aũt vir eius cũ esset iustus et nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eã. Hec aũt eo cogitãte: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugẽ tuã. Qđ enĩ in ea natũ est de spũ sctõ est. Pariet autẽ filiũ: & vocabis nomẽ eius iesũ. Ipe enĩ saluũ faciet populũ suũ: a petis eoꝝ. Offert. Tollite poꝛtas pꝛincipes vestras: & eleuamini poꝛte eter-

nales: ⁊ introibit rex glorie. ℣. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarum ⁊ vniuersi q̄ habitant in eo. Iste ℣. si dñica fuerit eo anno pretermittatur. Secreta.

Da nobis qs̄ omipotens de⁹: vt sicut adorāda filii tui natalicia preuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudētes. Per eūdez. Prefatio quotid̄. Cōio. Reuelabit gloria dñi: ⁊ videbit omis caro salutare dei nostri. Postcōio.

Da nobis q̄sumus dñe vnigeniti filii tui recēlita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundē. In nocte natiuitatis dñi post. ix. lect. cantet hoc euāgelium in pulpito a diacono. Matthei. i.

Liber generatiōis ielu xp̄i filii dauid: filii abrahā. Abrahā aūt genuit isaac. Isaac autē genuit iacob. Iacob aūt genuit iudā ⁊ fratres eius. Iudas āt genuit phares ⁊ zarā de thamar Phares aūt genuit esrom. Esrom aūt genuit arā. Arā aūt genuit aminadab. Aminadab aūt genuit naason. Naasō aūt genuit salmon. Salmō aūt genuit booz de raab Booz aūt genuit obeth ex ruth. Obeth aūt genuit iesse. Jesse aūt genuit dauid regē. Dauid aūt rex genuit salomonē ex ea q̄ fuit vrie. Salomon aūt genuit roboā. Roboā aūt genuit abiā. Abias aūt genuit asa. Asa āt genuit iosaphat. Iosaphat autē genuit ioram. Joras aūt genuit oziā. Ozias aūt genuit ioathan. Joathā aūt genuit achaz. Achaz aūt genuit ezechiā. Ezechias autē genuit manassen. Manasses aūt genuit amon. Amō aūt genuit iosiā. Josias aūt genuit iechoniā: ⁊ fratres ei⁹ in trāsmigratōe babilonis Et post trāsmigratiōnē babilonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zorobabel. zorobabel aūt genuit abiud. Abiud aūt genuit eliachim. Eliachī āt genuit azor Azor aūt genuit sadoch. Sadoch āt genuit achim. Achim āt genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar. Eleazar autē genuit matā. Matā aūt genuit iacob. Jacob āt genuit ioseph virū marie: de qua natus est ielus: q̄ vocat xp̄s. Finito ad̄ā gelio: lacer. lcipiat p̄s. Te deū laudam⁹ Quo dicto rectores chori icipiāt missā.

Ad missam in gallicantu. Officium

Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt gētes: ⁊ populi meditati sunt inania. Kyrie. cū luis ℣. Sequat Gloria in excelsis. more duplicis festi. Sciēdū est q̄ sēp ad missā dr. Gloria in excelsis. quotiens ad matu. dr. Te deū. nisi missa. Salus ppli. vel missa de cruce. vel missa dñicalis in aliquo festo. iii. lect. vel infra oct. sine regie chori cātanda fuerit. Dñ vo aliqua missa de vigi. vel de festo. iii. lec. i cap̄. die dñica dr: tūc etiā dr cātus sup Kyrie. Gl̄ia in excelsis q̄n dr Sāctus. ⁊ Agnus. ⁊ Ite missa est sicut in festo. iii. lect. Similiter fiat quādo dr missa dñicalis in cap̄o die dñica. Tunc etiā dicetur Credo. Oratio.

Deus q̄ hanc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratiōe clarescere. da qs: vt cuius lucis mysteria i terra cognouimus. eius quoq; gaudiis in celo perfruamur. Qui tecū viuit. Duo clerici de scda forma in cappis sericis in pulpito simul cantent lectionez.

Laudes deo dicā p̄ secula: qui me plasmauit i manu dextera atq; redemit cruce purpurea sāguine nati. Hic cātet alternati. Lectio ysaie pphete In qua xp̄i lucida: vaticinatur natiuitas. Hec dicit dñs. Pater: filius: spūs sanctus: in quo sunt oīa cōdita supna atq; ima. Populus gentiū q̄ ambulabat i tenebris. Q uē creasti: quē fraude subdola hostis expulit paradyso ⁊ captiuatus secū traxit ad tartara. Vidit lucem magnā. Hulserūt ⁊ iania nocte media pastoribus lumina. Habitātibus in regione vmbre mortis: lux. Sēpiterna ⁊ redēptio vere nra. Orta est eis. O stupenda natiuitas. Paruulus eni nat⁹ est nobis. Magn⁹ hic erit ielus filius dei. Et filius. Patris sūmi. Datus est nobis. Ab arce sūma predictu sic erat. Et factus est principatus sup humerū eius. Ut celos regat atq; arua. Et vocabit nomē eius. Messias. sother. emanuel.

saboath.adonay.Admirabilis.Radix dauid.Consiliarius dei patris.Deus. Qui creauit oia.Fortis.Baratri claustra perimēs teterrima.Pater futuri seculi.Rex oipotens ⁊ cuncta regēs.Princeps pacis.Hic ⁊ in eum.Multiplicabitur eius imperiuz. In hierusalē iudea siue samaria Et pacis nō erit finis Per secula sempiterna. Sup soliū dauid:et sup regnū eius sedebit. Et regni meta sui non erit aliqua. Et confirmet illud. In fidei pignore.Et corroboret i iudicio ⁊ iusticia. Iudex cū venerit iudicare seculū.Amodo. Illi debetur gloria laus ⁊ iubilatio.Et vsqz in sempiternū. Hic cātēt simul vsqz ad finē.Ab ortu solis vsqz occiduos:ad fines mundi orbis p climata laus creatori resonet cōgrua. Amen dicāt oia. Ubi nō habēt cant⁹ legatur.Lectio ysaie prophete. ix.

Hec dicit dñs.Populus gentiū qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnaz.Habitantibus in regione vmbre mortis:lux orta est eis. Paruulus enī natus est nobis: ⁊ filius datus ē nobis. Et factus est principatus super humerū eius:⁊ vocabit nomen eius admirabilis consiliarius. deus fortis: pater futuri seculi.princeps pacis.Multiplicabitur eius imperiū:⁊ pacis nō erit finis.Super soliū dauid ⁊ super regnū eius sedebit:vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia.Amodo: ⁊ vsqz in sēpiternū. Sine interuallo.Lectio epistole beati pauli ap̄li.Ad titum. ii.

Caríssime.Apparuit gratia dei saluatoris nostri oibus hoibus erudiēs nos.vt abnegātes impietatē ⁊ secularia desideria sobrie ⁊ iuste.⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo:expectātes beatā spem / et aduentū glorie magni dei: ⁊ saluatoris nostri iesu xp̄i. Qui dedit semetip̄m p nobis:vt nos redimeret ab oī iniqtate. ⁊ mūdaret sibi populū acceptabilem sectatorē bonorz operū.Hec loquere: ⁊ exhortare.In xp̄o iesu:dño nostro. Grad. Tecum principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorz : ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dñs dño meo:sede a dextris meis.donec ponam inimicos tuos:scabellum pedū tuorum. Alla.℣. Dominus dixit ad me:filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt oia dño pie agmina. Sillabati neumata: pstringēdo organica.Hec dies sacrata:in qua noua sunt gaudia mūdo plene edita.Hac nocte precelsa:intonuit ⁊ gloria:in voce angelica.Fulserūt ⁊ īmania : nocte media pastoribus lumina.Dū fouēt sua pecora:subito diua pcipiūt monita. Natus alma virgine:q̄ exstat ante scl'a.Est immēsa in celo gl'ia:pax ⁊ in terra. Sic ergo celi catua:altissime iubilat.Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet ⁊ p oia:hac i die gl'ia / voce clara reddita.Humana cōcrepēt cūcta: deū natū in terra.Cōfracta sūt īperia:hostis crudelissima.Pax in terra reddita:nūc letētur oia nati p erordia. Solus q̄ tuet oia Solus q̄ cōdidit oia. Ipe sua pietate soluat oia pctā nra. Euāgeliū more dupli cis festi. Secundum lucam. ii.

In illo tp̄e. Exiit edictū a cesare augusto : vt describeret vniuersus orbis. Hec descriptio : prima facta est a preside syrie cirino.Et ibant oēs: vt pfiterent singuli in suā ciuitatē. Ascendit autē ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid / que vocat bethleem.eo q̄ esset de domo ⁊ familia dauid:vt pfiteret cū maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factū est aūt cū essent ibi:impleti sunt dies vt pareret.Et peperit filiū suū:primogenitū. Et pannis eū inuoluit.⁊ reclinauit eū in p̄sepio q̄ nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in regione eadē vigilantes:⁊ custodientes vigilias noctis sup̄a gregē suū Et ecce āgelus dñi stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circunfulsit illos ⁊ timuerūt timore magno.Et dixit illis angel⁹ Nolite timere. Ecce enī euangelizo vobis gaudiū magnū qđ erit oi populo:q̄ natus est vobis hodie saluator q̄ est xp̄s dñs i ciuitate dauid Et hoc vobis signū Inuenietis infātē pānis inuolutū:⁊ positū i p̄sepio. Et subito facta est cū angelo:multitudo militie celestis: laudan

tium deū ⁊ dicētiū. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoibus: bone volūtatis. Credo. Offy. Letētur celi ⁊ exultet terra ante faciem dñi: quoniam venit. Secreta.

Accepta sit tibi dñe qsumus hodierne festiuitatis oblatio vt tua gra largiente ꝑ hec sacrosctā cōmertia i illius inueniamur forma in quo tecuz est nostra substantia iesus xp̄s dñs noster. Qui tecū. Prefatio. Quia ꝑ incarnati. Hec prefatio dr̄ i natiuitate dñi ad oēs missas: ⁊ quotidie ꝑ ebdam: et i die circūcisionis dñi: ⁊ i oibus missis de sācta maria: ab hac die vsq; ad puri. Cōicātes. vero dr̄ tm̄ vsq; ad circūcisionē: et in die circūci. Cōio. In splēdoribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui te. Postcōio.

Da nobis qs dñe deus noster: vt q̄ natiuitatem dñi nostri iesu xp̄i nos frequentate gaudemus: dignis cō uersationibus ad eius mereamur pertingere consortium. Qui tecum viuit. Cād missam in aurora. Officium.

Lux fulgebit hodie sup nos: quia natus est nobis dñs et vocabit admirabilis deus: princeps pacis: pater futuri seculi: cuius regni non erit finis. ps. Dñs regnauit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinem ⁊ precinxit se. Ad hanc missā. Kyrie. absq; ylib⁹. Gloria in excelsis. Sāctus. ⁊ Agnus dei. sicut in festo simplici. ix. lect. dñr. Oratio

Da qs ops deus: vt q̄ noua incarnati verbi tue luce ꝑfundimur hoc in nostro relplendeat opere: qd̄ per fidē fulget in mēte. Per eūdē. Memoria de sancta anastasia cū hac oratiōe. Oratio.

Da qs ops deus: vt q̄ beate anastasie martyris tue solēnia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per. Ad hāc missā nō dñr plures oōnes vel pauciores. Seqns ꝛc. legat i pulpito ab vno clerico de scda forma. Lctō isaie p.

Hec dicit dñs. Spūs dñi ꝑhete. lxi. Sup me: eo q; vnxerit me. Ad annūciandū mansuetis misit me. vt mederer contritis corde: et predicarē captiuis indulgētiā. ⁊ clausis apertionē. Vt predicarē annū placabilē dño: et diē vltionis deo nostro. Vt consolarer oēs lugentes: ⁊ ponerē fortitudinē lugētibus syon. Et darē eis coronā ꝑ cinere: oleuz gaudii ꝑ luctu. pallū laudis ꝑ spā meroris. Et vocabunt in ea fortes iusticie: plantatio dñi ad glorificandū. Ecce dominus audituz fecit: in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo. ⁊ opus illius corā illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a dño. Sine interuallo. Lectio epīe bti pauli apli. Ad titum. iii.

Carissime. Appatuit benignitas ⁊ humanitas: saluatoris nostri dei Non ex operibus iusticie q̄ fecim⁹ nos: ⁊ scōz suā miaz saluos nos fecit. Per lauacrū regeneratōis ⁊ renouatiōis spūs sancti: quē effudit in nos abunde ꝑ iesū xp̄z saluatorē nostrū. Vt iustificati gratia ipsius: heredes simus scōm spem vite eterne. In xp̄o iesu: dño nostro. Grad Benedictus qui venit in noīe dñi: deus dñs ⁊ luxit nobis. ℣. A dño factū est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. Alleluya. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinem ⁊ precinxit se virtute. Sequentia.

Sonent regi nato noua cātica. Cuius pater fecit oīa: mater est virgo sacratissima. Generās hic nescit feminā: illa est sine viro grauida. Verbū corde patris genitū ante secula. Aluus matris gessit corporatū ꝑ tēpora. O mira genitura: o stupēda natiuitas. O proles gloriosa: humana diuinitas. Sic te nascituri: fili dei vates docti tuo spū direxerāt. Sic te orāte: laudes tibi cātāt: pace terris angeli nūciant. Elemēta vult⁹ exhilarāt. Oēs scti gaudētes iubilant. Salue clamādo nosq; salua. Deitas i ꝑsōis trina. Simplex vsia. Euāgeliū in pulpito more dñicali legat. Scōm lucā. ii.

In illo tpe. Pastores loquebant ad inuicē. Transeamus vsq; bethleem: ⁊ videamus hoc verbū qd̄ factū est qd̄ fecit dñs et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: ⁊ inuenerunt mariā ⁊ ioseph. ⁊ infantē positū in presepio. Videntes aūt: cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes

qui audierant mirati sunt: ⁊ de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruabat oia verba hec: cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes ⁊ laudantes deũ: in oibus que audierant et viderant: sicut dictũ est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbẽ terre q̃ non cõmouebitur: parata sedes tua deus ex tũc a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra q̃s dñe natiuitatis hodierne mysteriis apta pueniant: vt sicut homo genitus, idẽ refulsit deus: sic nobis hec terrena substãtia cõferat qđ diuinũ est. Per eũdẽ. Alia secr.

Accipe q̃s dñe munera dignãter oblata: ⁊ beate anastasie suffragantibus meritis ad nostre salutis auxiliũ peruenire concede. Per dñm nr̃m Prefatio ⁊ Cõmunicantes. vts. Cõio. Exulta filia syon: lauda filia hierusalẽ ecce rex tuus venit sanctus ⁊ saluator mũdi. Postcõio

Huius nos dñe q̃s sacramenti semper natalis nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanas repulit vetustatem. Per eundẽ. Alia postcõio.

Satiasti dñe familiã tuã muneribus sacris: eius q̃sumus semper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dñm. Ad tertiã missam in die natiuitatis dñi. Officiũ.

Puer natus est nobis: et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. ps. Cantate dño canticum nouũ: quia mirabilia fecit. Oratio.

Concede q̃s ops deus vt nos vnigeniti tui noua p carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Qui tecũ. Sequẽs lec. legatur in pulpito ab aliquo de supiori gradu i suppellicio. Lectio isaie pphete. lii.

Hec dicit dñs. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meũ in die illa: q̃ ego ipse qui loquebar ecce assum. Quã pulchri sup montes pedes annũciantis ⁊ predicantis pacẽ: annũciantis bonũ: predicantis salutẽ. dicentis syon Regnabit deus tuus. Vox speculatorũ tuor̃ leuauerunt vocẽ. simul laudabũt quia oculo ad oculũ videbunt: cum conuerterit dñs syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalem: quia consolatus est dñs populũ suum. redemit hierusalem. Parauit dñs brachiũ sanctum suũ in oculis omniũ gẽtium: ⁊ videbũt omnes fines terre: salutare dei nostri.

Ad hebreos. primo.

Fratres. Multifarie multisq̃ modis. olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis. locutus est nobis in filio. quem constituit heredẽ vniuersor̃. p quẽ fecit ⁊ secula. Qui cũ sit splendor glorie et figura substantie eius. portansq̃ oia verbo virtutis sue. purgationẽ pctor̃ faciens. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus. quãto differẽtius pre illis nomẽ hereditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelor̃. filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursũ. Ego ero illi in patrẽ: ⁊ ipe erit michi in filiũ. Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terre: dicit. Et adorent eum: oẽs angeli dei Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spũs: ⁊ ministros suos flammã ignis. Ad filiũ aũt. Thronus tuus deus i seculũ seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo exultatõis / pre participib⁹ tuis Et tu i principio dñe terrã fũdasti: et opa manuũ tuar̃ sũt celi. Ipi peribũt tu autẽ permanebis. ⁊ oẽs vt vestimentũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos: ⁊ mutabunt Tu aũt idẽ ipe es: ⁊ anni tui nõ deficiẽt. Gr. Viderũt oẽs fines terre salutare dei nr̃i: iubilate deo oĩs terra. ℣. Notũ fecit dñs salutare suũ ãte ⁊spectũ gẽtiũ reuelauit iusticiã suã. Alla. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes ⁊ adorate dñm: q̃ hodie descendet lux magna sup terram. Sequentia.

Celeste organũ: hodie sonuit in terra. Ad partũ virginis superũ cecinit caterua. Quid facis humana turba: cur nõ gaudes cũ supera Vigilat pastor̃ cura vox audit angelica. Cãtabãt inclita carmina: plena pace ⁊ glorĩa. Ad

xpm referūt ppria nobis canūt ex gra. Nec cūctoz sūt hec dona: sed mēs quo-cū erit bona. Nec sunt absolute data: sz decēter sunt plata. Affectus delerāt vitia ꝛ sic nobis pax est illa. qz bonis est p-missa. Jūgunt superis terrea: ob hoc q̄-dē laus est iuncta/sed decēter fit diuisa. Gaude homo: cū ppendis talia. Gaude caro: facta verbi socia. Jste v. ter dicat. Nunciāt eius oztū sydera: lucis p indicia. Jneūt duces gregū lumina: bethleem vsqz preuia. Jnuenitur rex celoz: inter animalia. Arto iacet in presepe: rex qui cingit omnia. Stella maris: quē tu paris/colit hūc ecclesia. Ipsi nostra: per te pia placeant seruitia. Resonent cuncta redempta. Jnitiū sancti euāgelii Secundum iohannem. primo.

In pncipio erat verbū. Et verbū erat apud deū. Et deus: erat verbū. Hoc erat in pncipio: apud deū. Oia p ipm facta sunt: et sine ipo factū est nichil. Qd factū est: in ipo vita erat. Et vita erat lux hoim Et lux i tenebris lucet: ꝛ tenebre eā nō cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohēs. Hic venit in testimoniū vt testimoniuz phiberet de lumine: vt oēs crederēt p illū. Non erat ille lux: sed vt testimoniuz phiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoiem veniētē in hūc mū dū. Jn mūdo erat. et mūdus p ipz fact⁹ est: ꝛ mūdus eum nō cognouit. Jn pzopria venit: ꝛ sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri/his q̄ credūt in noīe ei⁹ Qui nō ex sanguinib⁹. neqz ex volūtate carnis. neqz ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt. Et verbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloziā ei⁹: gloriā quasi vnigeniti a pre. Plenū gre: et veritatis. Offz. Tui sunt celi ꝛ tua est terra orbē terrarū ꝛ plenitudinē eius tu fūdasti: iustitia ꝛ iudiciū pzeparatio sedis tue. Secreta.

Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: noscqz a pctō ꝛ nostroz maculis clemēter emūda. Per eundem. Cōio. Viderunt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcōio.

Prestita q̄s ops de⁹: vt natus hodie saluatoz mūdi: sicut diuine nobis generatōis est auctoz: ita ꝛ imortalitat⁹ sit ipe largitoz. Qui tecum. ℂ In die sancti stephani. Ad missam. Officium.

Circumdederūt me viri mendaces: et tenim sederūt pncipes ꝛ aduersū me loquebant: ꝛ iniqui psecuti sunt me: adiuua me dñe de⁹ meus: q̄ seruus tuus exercebatur in tuis iustificatōibus. ps. Beati imaculati in via: q̄ ambulāt in lege dñi. Oratio.

Da nobis q̄s dñe imitari quod colimus: vt discamus ꝛ inimicos diligere: q̄ eius natalicia celebramus qui nouit etiā p psecutoribus exorare dñm nostrū iesum xpm filiū tuū. Qui tecuz viuit. Memoria de natiuitate tantum. Epla. Lectio actuū apostoloz. vi. ꝛ. vii.

In diebus illis. Stephanus plen⁹ gratia ꝛ fortitudine faciebat pdigia ꝛ signa magna i ppl'o. Surrexerūt aūt q̄dam de synagoga. q̄ appellabat libertinoz ꝛ cyrenensiū. ꝛ alexādrinoz. ꝛ eoz q̄ erant a cilicia et asia: disputantes cū stephano. Et nō poterāt resistere sapiētie ꝛ spiritui: q̄ loquebat. Audientes autē hec. dissecabantur cordibus suis: ꝛ stridebant dentibus in eū. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celū vidit gloziā dei. ꝛ iesū stantē a dextris virtutis dei: ꝛ ait. Ecce video celos apertos: ꝛ filiū hoīs stantez a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures suas. ꝛ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eicientes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et testes deposuerūt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabat saulus. Et lapidabant stephanū: inuocātem ꝛ dicentē. Domine iesu: suscipe spiritum meum. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Dñe: ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in dño. Gz. Sederunt pncipes ꝛ aduersū me loquebant: ꝛ iniqui psecuti sunt me. ℣. Adiuua me dñe deus meus saluū me fac propter miam tuam. Alleluya. ℣. Video celos apertos: ꝛ iesum stantē a dextris virtutis dei. Sequentia

Magnus dñs i vniuersa terra. Magna sūt eius vbiq; oia in celo atq; in terra opera. Qui est rex regu; dñs oim; a patre genitus ante scla. Cui⁹ caritas vera: celo subleuat stephanum de terra. Atq; penni vita: ornat cādida; digniter corona. Plenus eteni stephanus deitate atq; gra. Magna dabat pdigia docēs verissima dogmata. Cū aūt predicaret iā psentia. Nostre redēptōnis noua gaudia. Intento in supna: celi patet ianua. Diritq; circūstanti plebi: voce publica. Sacra plenus gra. Ecce video: admirabilē gloriā. Claritate fulgida. Atq; iesū stātē: in virtutis dei dextera. Cū hoc audisset: impia gēs iudaica. Dās fremitū cōcita. Quassat lapidib⁹ stephani mēbra. Sz stat fortitet patiēs martyr & orat. Ne his xpe nora statuas Sed iam accipe animā meā. Et cū hoc dixisset: in dño obdormiuit pace eterna Tu & nobis martyr o stephane: sempiterna impetra gaudia. Iste vltim⁹ versus dicit trina vice i hoc festo: & in inuētione eiusdē. Scōm matheum. xxiii.

In illo tpe. Dixit ihesus turbis iudeoru: & principibus sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos pphetas et sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis. et ex eis flagellabitis i synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos omnis sāguis iustus. qui effusus est sup terram a sanguine abel iusti. vsq; ad sanguinē zacharie. filii barachie. quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hec oia super generationez istam. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas. et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos. quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas & noluisti. Ecce relinquet vobis: domus vestra deserta. Dico enī vobis: non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus q̄ venit: in noīe dñi. Credo. Offr. Elegerunt apostoli stephanū leuitam plenum fide et spiritu sancto quē lapidauerunt iudei orantē & dicētē: dñe ihesu accipe spiritū meū alla. Secreta.

Suscipe dñe qs munera p cōmemoratōe martyris tui stephani: vt sicut illuz passio fecit gloriosum: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dñz Cōio. Video celos apertos & ihesum stantem a dextris virtutis dei: domine ihesu accipe spiritu; meum: & ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Postcōio. Auxilient nobis dñe sumpta mysteria: & intercedente beato stephano pthomartyre tuo sempiterna protectiōe confirmet. Per dñm. C. In die sancti iohannis euangeliste.. Officium.

In medio ecclesie aperuit os eius & impleuit eum dñs spiritu sapiētie & intellectus: sto la glorie induit eum. In tpe palchali. alleluya alla. ps. Jocunditatem & exultationē thesaurizauit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuā qs dñs benignus illustra: vt beati iohannis apli tui & euangeliste illuminata doctrinis. ad dona pueniat sēpiterna. Per d̄. Memoria de natiuitate & de scto stephano tm̄. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xv.

Qui timet deū: faciet bona. Et qui cōtinēs est iusticie apprehēdet illā: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibauit illū pane vite & intellect⁹: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo & nō flectet: & cōtinebit illū & nō cōfūdet. & exaltabit illū apd̄ primos suos. In medio ecclesie aperiet os eius: & implebit eū dñs spū sapientie & intellect⁹. & stola gl'ie induet eū. Jocūditatē & exultationē: thesaurizabit sup eū. Et noīe eterno hereditabit illuz: dñs deus nr̄. Gr̄. Exiit sermo inter fratres: q̄ discipulus ille nō morit. ℣. Sz sic eū volo manere donec veniā: tu me sequre. Alla. ℣. Hic est discipulus ille q̄ testimoniū phibet de his: & scim⁹ quia verū est testimoniū eius. Sequentia.

Iohānes ihesu xpo: multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem In naue parentē liqsti. Tu lene cōiugis pectus respuisti: messiā secutus. Ut ei⁹ pectoris sacra: meruisses fluenta potare. Tuq; in terra positus: gloriā cōsperisti filii dei. Que solū sanctis in vita cre-

ditur contuenda esse perenni. Te xp̄us in cruce triūphans: matri sue dedit custodē. Ut virgo virginez seruares: atq; curam suppeditares. Tute carcere flagrisq; fractus testimonio p xp̄i es gauisus. Idē mortuos suscitas: inq; iesu nomine: venenū forte vincis. Tibi sūm' tacitū: ceteris verbū suū pater reuelat. Tu nos oēs p̄cibus sedulis: apud deū semp cōmēda. Johānes iesu care. Iste vltimus ℣. ter dicat in hoc festo tātum. Euangeliū. Secundū iohannem. xxi.

In illo tp̄e. Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus: vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequētē. q; & recubuit in cena sup pectus eius. & dixit. Dñe quis est q̄ tradet te: Hūc ergo cū vidisset petr': dixit iesu. Dñe: hic aūt qd: Dicit ei iesus. Sic eu3 volo manere: donec veniā. Quid ad te: Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres: q; discipulus ille nō morit. Et non dixit ei iesus q; nō morit: sed sic eū volo manere. donec veniā. qd ad te: Hic est discipulus ille q̄ testimoniū p̄hibet de his et scripsit hec. Et scimus q; verū est: testimoniū eius. Credo. Offt. Just' vt palma florebit: sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabitur. In tp̄e paschali. alla. Secreta.

Suscipe munera q̄s dñe. que in tui' tibi solēnitate deferimus: cuius nos confidim' patrocinio liberari. Per dñm. Cōio. Exiit sermo inter fratres q; discipulus ille non morit: & non dixit iesus non morit sed sic eum volo manere donec veniaz. In tp̄e paschali. alleluya. Postcōio.

Refecti cibo potuq; celesti deus noster. te supplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus eius muniamur et p̄cibus. Per dñm.

In die sanctoꝝ innocentium martyrum. Ad missam. Officium.

Ex ore infantiū deus et lactentiū p̄fecisti laudē ꝓpter inimicos tuos. ps. Domine dns noster: q; admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Oratio.

Deus cuius hodierna die p̄coniū innocētes martyres non loquēdo. sed moriendo confessi sunt. oīa in nobis vicioꝝ mala mortifica: vt fidem tuā quā lingua nostra loquit. etiā moribus vita fateatur. Qui cum deo patre. Memoria de natiuitate. de sctō stephano. de sctō iohanne tantū. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apli. xiiii.

In diebus illis. Vidi supra montē syon agnū stantē: & cū eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomē eius. et nomē patris eius scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de celo tanq; vocē aquarū multarū: & tāq; vocē tonitrui magni. Et vocē quā audiui: sicut citharedoꝝ citharizantiū in citharis suis. Et cātabāt quasi cāticū nouū: ante sedē dei. & ante quattuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere cāticū: nisi illa centū quadraginta quattuor milia q; empti sunt de terra. Hi sunt q; cum mulieribus nō sūt coinquinati: virgines enī sūt. Hi sequuntur agnū: quocūq; ierit Hi empti sunt. ex oīb⁹ p̄primitie deo et agno: & in ore ipoꝝ nō est inuētū mēdaciū. Sine macula enī sunt: ante thronū dei. Gr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū ℣. Laqueus contritus est: & nos liberati sumus. adiutoriū nostrū in nōe dñi: q; fecit celū & terram. Alla. ℣. Te martyꝝ candidatus: laudat exercitus dñe. Sequentia.

Celsa pueri cōcrepēt melodia. Pia innocētū canētes tripudia. Quos infās xp̄s hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frēdēs insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleē iplius cūcta & ꝑ cōfinia. Abimatu & infra: iuxta nascēdi tēpora. Herodes rex: xp̄i natiuitatē infelix imperia. Infremit tot' et erigit arma supba dextera. Querit lucis & celi regē: cū mēte turbida. Ut extinguat q; vitā p̄stat ꝑ sua iacula. Dū nō valet intueri: lucē splēdidam: nebulosa querentis pectora. Ira feruet: fraudes auget/herodes seuus: vt perdat pioruz agmina. Castra militū dux iniquus aggregat ferrū figit in mēbra tenera. Infer vbera lac effudit: anteq; sanguinis fierēt coagula. Hostis nature: natos eui scerat: atq; iugulat. Ante prosternit: q; etas paruula sumat roborā. Quā bea-

ta:sunt innocentū ab herode cesa corpu
scula. Quā felices exiſtūt matres: q̄ fu-
derūt talia pignora. O dulces innocen-
tū acies:o pia lactētū p̄ po certamina.
Parvor trucidant milia mēbris ex te-
neris:manāt lactis flumina. Ciues an-
gelici:veniunt in obuiā. Mira victoria
vite captat premia:turba cādidissima.
Te xp̄e petimus: mente deuotissima.
Nostra qui venisti: reformare secula/
innocentū gloria. Perfrui nos cōcedas
per eterna. Secundū matheum. ii.

In illo tp̄e. Angelus dñi apparuit
in sōnis ioseph:dicens. Surge et
accipe puerū ⁊ matrē eius. ⁊ fuge i egy-
ptū: ⁊ esto ibi. vsq; dū dicā tibi. Futurū
est enī: vt herodes querat puerū ad p̄dē
dū eū. Qui surgēs accepit puer ⁊ ma
trē eius nocte. et secessit i egyptū: ⁊ erat
ibi vsq; ad obitū herodis. Ut adimpleret
qd̄ dictū est a dño: p̄ yphetā dicentē. Ex
egypto: vocaui filiū meū. Tūc herodes
videns q̄m illusus esset a magis: irat⁹ est
valde. Et mittens occidit oēs pueros q̄
erāt in bethleē. ⁊ in oibus finib⁹ ei⁹. abi-
matu et infra: scdm tēpus qd̄ exq̄sierat
a magis. Tūc adimpletus est: qd̄ dictū est
p̄ hieremiā yphetā dicentē. Vox in ra-
ma audita est ploratus ⁊ vlulat⁹ mult⁹:
rachel plorās filios suos. Et noluit so-
lari: q; nō sunt. Credo. Offr. Ania nr̄a si-
cut passer erepta est de laqo venantiū: laqueus
contritus est ⁊ nos liberati sumus. Secreta.

Hesto q̄s dñe muneribus innocē-
tū festiuitate sacrādis. ⁊ p̄sta:
vt eor sinceritatē possim⁹ imitari. quo
rū tibi dicatā veneramur infantiā. Per
dñm. Cōio. Vox in rama audita est ploratus
⁊ vlulatus: rachel plorās filios suos ⁊ noluit cō
solari quia non sunt. Postcōio.

Votiua dñe dona p̄cepimus q̄ sanc
tor innocentiū nobis p̄cibus: et p̄se-
ntis vite q̄s. pariter ⁊ eterne tribue cō
ferre subsidiū. Per dñm. C. In die san-
cti thome martyris. Ad missā. Officiū.

Gaudeamus oēs in dño die fe-
stum celebrantes sub honore
thome martyris de cui⁹ pas-
sione gaudet angeli ⁊ collaudāt filiū dei.
ps. Exaudi deus oratione meā cū deprecor: a ti
more inimici eripe aiam meam. Oratio.

Deus p̄ cui⁹ ecclesia gloriosus pō-
tifex thomas gladiis impior oc
cubuit p̄cita q̄s: vt oēs q̄ eius ipsorum
auxilia petitōis sue salutarē cōsequant
effectū. Per dñm. Memoria de nati. de
sctō stephano. de scō iohāne. ⁊ de innocē
tibus tm̄. Epl'a. Dis pōtifex. in cōi vni
us martyris ⁊ pōti. fol. iiii. Gr̄. Posuisti
dñe super caput eius coronā de lapide p̄cioso.
℣. Desiderium aīe eius tribuisti ei ⁊ voluntate
labior eius non fraudasti eum. All'a. ℣. Glo-
ria ⁊ honore coronasti eum dñe. Sequentia.

Solēne canticū: hodie resonet i ter
ra. Ad almā martyris exl'tet tu
pertū caterua. Quid facis turba iocun-
da: gratulare cū supera. Jubilet mēs le-
tabūda: psallat p̄co vox libera. Colebat
festa dñica deudta cantuaria. Intonat
iusta tyrānica: turbulēta militia. Dire
leges ⁊ mādata insolerter sūt plata. Lo
ca p̄ocōserata: pphanauit vis arma-
ta. Sed xp̄i sic in vestigio stabāt thome
pedes rectr: vt nequirent inde flecti. In
sui regis obsequio: arbitrat⁹ lucrū mo-
ri: caput offert p̄cussori. Iste sequēs ℣.
ter dicat. Gaude thoma: de cuius victo
ria. Ortus xp̄i cumulant gaudia. Mar
tyris declarat gloria: crebra per indicia
Curant per eius suffragia: languidor
milia. Trucidat flos pastorū inter san-
ctuaria. Nec diei nec locorum: obstat re
uerentia. Stella maris que letaris: te
lactasse filiū. Hunc p̄ecamur assequa-
mur: vt thome consortiuz. Eius p̄ece
gloriosa. Euangeliū. Homo quidā no-
bilis. in cōi vnius martyris et pōtificis
folio. iiii. Credo. Offert. Posuisti domine
in capite eius coronam de lapide p̄cioso vitaz
petiit a te ⁊ tribuisti ei alleluya. Secreta.

Salutaris hostie munus sacrāduz
q̄sumus dñe beatus thomas pō
tifex ⁊ martyr nobis ad salutem fore de
posca: vt ⁊ conuersatiōis eius experia-
mur insignia: ⁊ intercessionis eius per-
cipiamus suffragia. Per. Cōio. Magna
est gloria eius in salutari tuo: gloriaz ⁊ magnū
decorem impones super eum dñe. Postcōio

Adiuuet nos ops & misericors deus. per hec sancta que sumpsimus beati martyris tui atq; pontificis thome intercessio venerāda: & pro tui nois honore gfiolo meruit coronari martyrio. Per d̄. Sexta die a nati. dñi siue dñica fuerit siue nō. Ad missam. Officiū.

Dum mediū silentium tenerēt oia & nox in suo cursu mediū iter haberet: ops sermo tuus dñe: de sedis a regalibus sedibus venit ps. Dñs regnauit decorē idutus est: indut⁹ est dñs fortitudinē & precinxit se. Repetat offm Deide dicat. Glia pri. & Sicut erat. Tertō repetat offm. Kyrie. Glia in ex. Sāctus & Agnus. sicut in festo simplici. ix. kc. di cunt hac die: siue dñica fuerit siue non.

Ops sempiterne deus dirigatō ge act⁹ nros i beneplacito tuo: vt i nōie dilecti filii tui. mereamur bonis opibus abūdare. Qui te. Mēoria de nati. de scō stephano. de scō iohē. de innocētib⁹. & de scō thōa tm̄. Ad galathas. iiii. Fratres. Quātu tēpore heres paruulus est: nihil differt a seruo cū sit dns oim. sed sub tutoribus et actoribus est. vsq; ad prefinitū tēpus a patre Ita & nos cū essem⁹ paruuli: sub elemētis mūdi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tēporis: misit deus filiū suū natū ex muliere factum sub lege. vt eos q̄ sub lege erant redimeret. vt adoptionē filior recip̄eremus. Qm̄ autem estis filii dei: misit de⁹ spm̄ filii sui in cora vra. clamantē abba pater. Ita q; iam nō est seruus. sed filius. Nō si filius: & heres p deū. Gr. Speciosus forma pre filiis hoim: diffusa est gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. lingua mea calamus scribe velociter scribentis. All'a. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinē: & precinxit se virtute. Hac die semper siue dominica fuerit siue non/ dicitur ista sequentia.

Christi hodierna: celebremus natalicia. Celica resonent: clare camenas agmina. Nūc regis celebrando gratulāter nuptias. Lux noua iā terras illustrat veteres pellens tenebras. Rerat supna gratia diu clausa palatia. Felix mater: & sola intacta virgo puerpera Jam nato stas grauida: cū viri lis cubi lis nescia. Dis caterua nra: te rogat domina. Soluas quo nra cūcta peccaminū vincula: virgo sempiterne beata. Digna fuisti sola: tollētem crimina. Intra tui vteri claustra portare: qui gubernat oia supera: infera. Hūc sua laudant facta: gaudētes h̄ na/ qua viuūt sup essētia. Nos humilima turba damus debita: poscētes eius clementiā. Vt nostras prestans tēpora: nunc quieta det placita frui vita: vtilia donādo famulis munera. Ac inter nos discrimina seua soluēs post funera derelicta: sedem ducat mortis ac malor ignarā. Vbi ad dexterā patris almā sedet cōregnās coetern⁹ p oia. Potenter cūcta disponēdo cū eo: secla p̄sentia & futura. Beata iustis donans: oibus premia. Preclara: qua lux vere micat: que est salus eterna & nostra gloria. Secundum lucam. ii.

In illo tpe. Erant ioseph et maria mater ielu. mirātes: sup his q̄ dicebant de illo. Et benedixit illis symeō: & dixit ad mariā matrē ei⁹. Ecce hic positus est in ruinā & in resurrectionē multor in israel: & in signū cui cōtra dicetur Et tuā ipius aiam ptransibit gladius: vt reuelent ex multis cordibus cogitatiōes. Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu asser: hec pcesserat i dieb⁹ multis. & vixerat cū viro suo ānis septē a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq; ad annos octogita quattuor: q̄ nō discedebat de tēplo ieiuniis & obsecratōibus seruiēs die ac nocte. Et hec ipa hora supueniēs cōfitebat dño: & loquebat de illo oibus q̄ expectabāt redēptionē israel. Et vt pfecerūt oia scōm legē dñi: reuersi sunt in galileā in ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat & cōfortabatur: plenus sapiētia. Et gratia dei: erat in illo. Credo. Offr. Deus enī firmauit orbem terre q̄ non cōmouebitur: parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Accepta domine qs sacrificiū pleb̄is tue: quā ielu xpi filii tui dñi

nostri iubeas esse consortem qui humanitatis nostre dignatus est fieri particeps. Qui tecū. Cōio. Tolle puerum ⁊ matrem eius ⁊ vade in terram iuda: defuncti sunt enī qui querebant aīam pueri. Postcōio.

Sumpto sacrificio q̄s dñe tua generaliter exultet ecclesia: quo infirmitates eius sunt assumpte. vt diui ne particeps fieret ipsa substantie. Per C In die sancti siluestri. Officium.

Sacerdotes tui dñe induāt iusticiā ⁊ sancti tui exultent: pter dauid seruū tuum nō auertas faciē xp̄i tui. ℣s. Memento dñe dauid: ⁊ omis māsuetudinis eius. Gloria. Oratio.

Da q̄s ops de⁹: vt beati siluestri cōfessoris tui atq; pōtificis venerāda solēnitas. ⁊ deuotionē nobis augeat et salutē. Per. Memoria de nati. de sctō stephano. de sctō iohē. de innocētibus. ⁊ de sctō thoma. Epla. Ecce sacerdos. in cōi vnius ꝓfes. fol. vii. Gr. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuentus similis illi q̄ conseruaret legē excelsi. Alla ℣. Inueni dauid seruū meū oleo scō meo vnxi eū. Sēntia de cōi vni⁹ ꝓfes. Euāg. Homo q̄dā peregre. in cōi vni⁹ ꝓfes. fol. vii Credo. Offr. Inueni dauid seruū meū ⁊ in oleo sctō vnxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. Secreta.

Adesto dñe q̄s oblatiōib⁹ nostris: nec vllis mētis ⁊ corporis patiaris subiacere periculis: quos vti siluestri cōfessoris tui atq; pontificis munit gloriosa ꝓfessio. Per ō. Cōio. Beatus seruus qué cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oia bona sua ꝓstituet eū. Postcōio.

Quesumus omps deus: vt hodierne munus solēnitatis acceptuz. intercedente beato siluestro confessore tuo atq; pontifice. ⁊ coribus nostris salutem p̄stet. ⁊ mentibus. Per dñm. C In die circuncisionis dñi. Officium

Quer natus est nobis: et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. ℣s. Cantate dño canticum nouū quia mirabilia fecit. Gloria patri. Oratio.

Deus q̄ nobis nati saluatoris diez celebrare ꝓcedis octauū: fac nos q̄s eius ppetua diuinitate muniri. cui⁹ sum⁹ carnalis cōmertio reparati. Qui tecū. Nulla fiat mēoria ad hāc missam Epla. Apparuit gra dei. vt i pria missa in die nati. dñi fol. ir. Gr. Uiderūt oēs fines terre salutare dei nri: iubilate deo oīs terra ℣. Notū fecit dñs salutare suū ante ꝓspectū gētiū reuelauit iusticiā suā. Alla. ℣. Multifariā olim de⁹ loq̄ns p̄ib⁹ i pphetis: nouissime dieb⁹ istis: locutus est nobis in filio suo. Sequētia

Eya recolamus laudib⁹ pīis digna huius diei gaudia: in qua nobis lux oriē gratissima. Noctis iterit nebula pereūt nri criminis vmbracula. Hodie scī maris stella est enixa noue salutis gaudia. Quē tremūt baratra: mors cruēta pauet ipa a quo peribit mortua. Gemit capta: pestis antiqua: coluber: liuidus: pdit spolia. Homo lapsus: ouis abducta reuocat ad etna gaudia. Gaudēt in hac die agmina: angelor celestia Qz erat dragma decima pdita ⁊ est inuēta. O ples nimiū beata qua redēpta est natura. Deus q̄ creauit oīa: nascit ex femina. Mirabilis natura mirifice īdu ta: assumēs q̄ nō erat / manēs q̄ erat. Induit natura diuinitas humana: q̄s audiuit talia dic rogo fctā: Quererere venerat pastor pi⁹ q̄ perierat. Induit galeā: certa / vt miles armatura. Prostratus in sua ppria: ruit hostis spicula auferūtur tela. In quibus fidebat: diuisa sunt illius spolia: capta preda sua. Christi pugna fortissima: salus nostra est vera. Qui nos summā ad patriam: duxit post victoriam. In qua sibi laus est eterna. Secundum lucam. ii.

In illo tpe. Postq̄ ꝓsummati sunt dies octo vt circūcideret puer: vocatū est nomē eius ihesus Q̄ vocatū est ab angelo: priusq̄ in vtero cōciperetur. Credo. Offr. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbē terrarū ⁊ plenitudinē eius tu fundasti iusticia ⁊ iudiciū preparatio sedis tue. Secreta.

Oresta q̄sumus oīpotens deus: vt p hec mūera q̄ dñi nri ihesu xp̄i archane natiuitat̄ mysterio q̄rim⁹: pur

ficate mentis intelligentia ꝛ sequamur
Per eundē. Cōio. Viderūt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcōio.
Oresta q̄s dñe: vt qđ nostri saluatoris iterata solēnitate ꝓcepimus. ꝓpetue nobis saluatōis cōferat medicinā. Per eundē. ℂ In oct. sācti stephani scti iohis / ⁊ sctōꝝ innocentiū: siue dñica fuerit siue nō: ad missaz oia fiant sicut i ꝓma die: ꝓter seq̄n. ⁊ Credo. ⁊ ꝓfatio. Et d̄z cātus sup kyrie. Gloria in excelsis. Sanctus. ⁊ Agnus. sicut in festo simplici. ir. l'c. tñ si dñica fuerit d̄z Credo. sed nulla sequētia / ⁊ etiā fiāt memorie de sanctis p ordinē. Memoria autez fiat de sctā maria in oct. scti stephani: et abhincvsqz ad purificatiōnē tā in festis q̄ in feriis ⁊ i dñicis: nisi i vigilia epy. et in die eiusdez cū oōne. Deus q̄ salutis.
ℂ In vigilia epy. Ad missā. Officium.
Lux fulgebit hodie super nos: q̄z natus est nobis dñs / et vocabit admirabilis deus / princeps pacis / pater futuri seculi cuius regni non erit finis. p̄s. Dñs regnauit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinem ⁊ ꝓcinxit se. Gloria patri. Hac die si dñica fuerit d̄z cantus sup kyrie. Gloria in excel'. Sāctus. et Agnus. sicut in festo simplici. ir. lect. Si vero dñica nō fuerit d̄z cantus sicut in festo. iii. l'c. sine regimine chori / ⁊ non d̄z Gloria i ex. nec Credo. nec Ite missa est. q̄z quasi vigilia habet: tñ diacon⁹ et subdiacon⁹ dalmatica tunica vtantur.
Qorda nr̄a q̄s dñe vēture fe- Ōro.
stiuitatis splendor illustret: quo mūdi huius tenebris carere valeamus ⁊ pueniamus ad patriā claritatis eterne. Per d̄. Memoria de scō thoma vts. ⁊ de scō edWardo rege ⁊ confessore. Ōro.
Deus q̄ vnigenitū filiū tuuz dñm nostrū ieſuz xp̄m glorioſissimo regi edWardo in forma visibili de nō-stra sti tribue q̄s: vt eius meritis ⁊ ꝓcibus. ad eternā ipsius dñi nostri ieſu xp̄i visionē ptingere mereamur. Qui tecū Non dñr plures vel pauciores ōnes ad hāc missā: siue dñica fuerit siue non Epl'a. Apparuit benignitas. vts in nocte nati. dñi ad scđam missā fol'. r. Gr̄. Benedictus q̄ venit in noīe dñi deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factū est istud ⁊ est mirabile i oculis nr̄is. Siue dñica fuerit siue nō sp hac die d̄z. Alla. ℣. Dñs regnauit decorē indutus: indutus dñs fortitudinē ⁊ ꝓcinxit se virtute. Nō d̄z sequentia. Scđm matheum. ii.
In illo tp̄e. Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph in egypto. dicēs. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius: ⁊ vade in terrā isra el. Defūcti sūt enī: q̄ q̄rebāt aiam pueri. Qui ꝛsurgēs accepit puerū ⁊ mātez ei⁹: ⁊ venit in terrā israel. Audiēs aūt. qđ archelaus regnaret in iudea p herode pr̄e suo: timuit illo ire. Et admonit⁹ in somnis: secessit in ptes galilee. ⁊ veniēs habitauit i ciuitatē. q̄ vocat nazareth. Ut adimpleret qđ dictū est p pphetas: qm̄ nazareus vocabit. Off'y. Deus enī firmauit orbē terre q̄ non commouebit: parata sedes tua deus ex tunc: a seculo tu es. Secreta.
Tribue q̄s dñe vt euz ꝓsentibus immolēnius sacrificiis ⁊ suma mus quē vēture solēnitatis pia munera ꝓloquunt: dñm nostrū ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū. De sācto thoma secreta vts. Alia secreta de scō edWardo.
Sacris altaribus assistētes nos dō nine q̄s spūs sci luce pfunde: vt qđ tibi in honorē bti regis edWardi deuote offerim⁹. nobis ipo interniēte fiat remediū salutare. Per d̄. in vnitate eiusdē. Prefatio quotid̄. Cōio. Tolle puerū ⁊ matrē eius: ⁊ vade in terrā iuda: defuncti sunt enī qui querebant aiam pueri. Postcōio.
Da nobis q̄s dñe. digne celebrare mysteriū: qđ in nr̄is saluatoris i fātia miraculis chorus cātib⁹ declarat. ⁊ corporalib⁹ incremētis manifesta designat humanitas. Per eūd̄. Alt. postcōio de scō thōa vts. De scō edWardo. P⁹ cō.
Quitalis alimonie cōuiuio saginati q̄s dñe de⁹ nr̄: vt bti regis edWardi ꝛsessoris tui suffragātib⁹ meritis. celestis conuiuii mereamur esse ptcipes. Per d̄. ℂ In nocte epy. post. ir. Alt. cātet hoc euāgel' Dñs vobiscū. Et cū spū tuo Sequentia sci euāgelii scđm lucam. iii.

Hactum est aũt cũ baptizaret omnis populus: ⁊ iesu baptizato et orante apertũ est celũ: et descendit spũs sanctus corporali specie sicut columba in ipm: et vox de celo facta est / tu es filius meus dilectus: in te cõplacuit michi: et ipe iesus erat incipiens quasi annorũ triginta vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit ianne: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit naum Qui fuit heli: qui fuit nagge: qui fuit mathath. Qui fuit mathathie: qui fuit semei: qui fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohanna: qui fuit resa Qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel: qui fuit neri. Qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit thosan. Qui fuit helmadã: qui fuit her: qui fuit iesu Qui fuit heliezer: qui fuit iorim: qui fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit simeon: qui fuit iuda. Qui fuit ioseph: qui fuit iona: q̃ fuit eliachim. Qui fuit melcha: qui fuit menna: qui fuit mathatha Qui fuit nathan: qui fuit dauid: qui fuit ieſſe. Qui fuit obeth: qui fuit booz: q̃ fuit salmon. Qui fuit naason: qui fuit aminadab: qui fuit aram. Qui fuit esrom: qui fuit phares: q̃ fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit ysaac: qui fuit abraham. Qui fuit thare: qui fuit nachor: qui fuit saruch. Qui fuit ragau: q̃ fuit phalech: qui fuit heber. Qui fuit sale: qui fuit chainam: qui fuit arpharat. Qui fuit sem: qui fuit noe: qui fuit lamech. Qui fuit mathusale: qui fuit enoch: q̃ fuit iareth. Qui fuit malaleel: qui fuit chainam: qui fuit enos. Qui fuit seth: qui fuit adam: qui fuit dei. Jesus autez plenus spiritu sãcto: regressus est a iordane. Finito euãgelio incipiat sacerdos in cappa serica ps. Te deuz laudamus.

¶ In die epyphanie. Ad missã. Officiũ

Ecce aduenit dominator dominus: ⁊ regnum in manu eius et potestas et imperium. ps. Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iusticiam tuaz filio regis. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sãcto. Kyrie fons. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ gẽtibus stella duce reuelasti cõcede ppicius: vt q̃ iã te ex fide cognouimus: vsq; ad contẽplandã speciẽ tue celsitudinis perducamur. Per eũdem.

Lectio isaie prophete. lx.

Surge illuminare hierusalẽ q; venit lumẽ tuũ: ⁊ gloria dñi sup te orta est Q; ecce tenebre operient terrã: ⁊ caligo populos. Sup te aũt orietꝰ dñs: ⁊ gloria eius in te videbit. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: ⁊ reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: oẽs isti congregati sũt / venerũt tibi. Filii tui de longe venient: ⁊ filie tue de latere surgẽt. Tũc videbis ⁊ affluES. ⁊ mirabitur ⁊ delectabit cor tuũ: qñ cõuersa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gẽtiũ venerit tibi. Inũdatio camelorũ operiet te: dromedarii madian et effa. Oẽs de saba venient: aurũ ⁊ thus deferẽtes: ⁊ laudem dño annunciantes. Gr. Oẽs de saba venient aurũ ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem dño annunciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare hierusalem: quia gloria dñi super te orta est. Alla ℣. Vidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dñm. Sequentia.

Epyphaniã dño canamus gloriosã. Qua prolẽ dei vere magi adorãt. Immẽsa caldei: cuius p̃clecla: veneranꝫ potentiã. Quẽ cuncti pphete: precinere venturũ gẽtes ad saluãdas. Cuius maiestas: ita est iclinata vt assumeret serui formã. Ante secula qui deus et tẽpora: homo factus est ex maria. Sequens ℣. dicit ter. Balaam de quo vaticinans: exibit ex iacob: rutilans inquit stella. Et confringet ducũ agmina regionis moab maxima potẽtia. Huic magi munera: deferũt preclara: aurũ simꝫ thus ⁊ myrrhã. Thure deũ predicãt: auro regẽ magnũ: hoiez mortalẽ myrrha In sõnis hos monet angelus ne redeãt ad regẽ cõmotũ: ppter regna. Pauebat eteni nimiũ regẽ natuz verẽs amittere regni iura. Magi sibi stella micãte preuia. Pergũt alacres itinera patriã Que eos ducebat ad ppriã linquentes herodis mandata. Qui percussus corde: ni-

miũ pze ira. Extemplo mandat infantulos p cuncta. Inquiri bethleem confinia: & nor pziuari eos vita. Dis nunc caterua: tinnulũ iũgat: laudibus organi neuma. Mystice offerens regi regũ: xpo munera preciosa. Poscẽs vt p orbẽ regna omnia protegat in secula sempiterna. Secundum matheum. ii.

Cum natus esset iesus i bethleem tude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriẽte venerũt hierosolymã dicẽtes. Vbi est q̃ natus est rex iudeor: Vidimus enĩ stellã eius in oriẽte: & veni mꝰ adorare eũ. Audiẽs aũt herodes rex turbatus est: & ois hierosolyma cũ illo. Et congregãs oẽs principes sacerdotũ et scribas ppli: scisciabat ab eis vbi xpus nasceret. At illi dixerũt ei. In bethleẽ iude. Sic enĩ scriptus est: p pphetã. Et tu bethleẽ terra iuda: nequaq̃ minima es in principibus iuda Ex te enĩ exiet dux: q̃ regat populũ meũ israel. Tunc herodes clã vocatis magis: diligẽter didicit ab eis tẽpꝰ stelle. q̃ apparuit eis. Et mittẽs illos in bethleẽ: dixit. Ite & interrogate diligẽter de puero: & cũ inueneritis renũciate michi. vt & ego veniẽs adorẽ eũ Qui cũ audissent regẽ: abierũt. Et ecce stella quã viderãt in oriẽte antecedebat eos: vsq̃ dũ veniẽs staret supra vbi erat puer. Videntes aũt stellã: gauisi sũt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ: inuenerunt puerũ cũ maria mre eius. Et pcidẽtes: adorauerũt eũ. Et aptis thesauris suis: obtulerũt ei munera / Aurũ thus / & myrrhã. Et responso accepto in somnis. ne redirẽt ad herodẽ: p aliã viã: reuersi sunt i regionẽ suã. Off. Reges tharsis & insule munera offerẽt: reges arabum & saba dona adducẽt. & adorabunt eũ oẽs reges terre: oẽs gẽtes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe dona ppiciꝰ intuere: qbꝰ nõ iã aurũ thus & myrrhã pfert: sed qd̃ eisdẽ muneribꝰ declarat: immolat & sumit iesus xps dns nr. Qui te. Prefatio. Mr cũ vnigenit⁹. Hec ptatio dr p totas oct. & in oct. & Cõicãtes sil'r. Cõio. Vidimus stellã eius in oriẽte: & venimus cũ muneribus adorare dñm. Postcõio

Presta q̃s ops deus: vt que solenni celebrãm⁹ officio: purificate mẽtis intelligẽtia cõsequamur. Per dñm. Quotidie infra oct. dr eadẽ missa: sed sine sequẽtia & Credo. Tamẽ in dñica dr Credo. sed nulla sequẽtia. ¶ Dñica infra oct. ad missam dr cantus sup Kyrie. Gloria in excelsis. Sanctus. & Agnus. p ordinẽ sicut infra oct. cũ regimine chori habet: cetera sicut in die pter sequẽtiã cũ hoc euangel'. Scdm iohannem.

In illo tpe. Vidit iohãnes iesum venientẽ ad se: et ait. Ecce agnꝰ dei: ecce q̃ tollit pctã mũdi. Hic est: de quo dixi. Post me venit vir. q̃ ante me factus est: qr prior me erat. Et ego nesciebã eũ: sed vt manifestet in israel. propterea veni ego in aqua baptizãs. Et testimoniũ phibuit iohãnes dicẽs. Quia vidi spiritũ descendẽtem quasi colũbã de celo: & mãsit sup eũ. & ego nesciebã eũ. sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit Sup quẽ videris spiritũ descendẽtem & manentẽ super eũ: hic est qui baptizat in spũ sancto. Et ego vidi / & testimoniũ phibui: quia hic est filius dei. Quod si dñica infra oct. nõ euenerit: tunc in. iiii. feria infra oct. legat hoc predictũ euangeliũ. Tertia die infra oct. fiat memoria de martyribus luciano sociorq̃ eiꝰ cum oratione de cõi plurimor martyr ¶ In octauis epyphanie. Officium.

Ecce aduenit dñator dns et regnũ in manu eiꝰ & ptãs & imperiũ. ps. Deus iudiciũ tuũ regi da: & iusticiã tuã filio regis. Gloria pri. Oco. Deus cuius vnigenitus in substãtia nostre carnis apparuit: presta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus / intus reformari mereamur. Qui tecum viuit. Memoria de sancto hilario. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: et intercessione beati hilarii confessoris tui atq̃ pontificis cuius depositionẽ celebramus: perpetuã nobis miam benignus impẽde. Per dñm. Memoria de sancta maria. Deus q̃ salutis. Lectio ysaie prophete. xi.

Dñe deus meus honorificabo te. laudē tribuā noī tuo:q facis mirabiles res. Consiliū tuū antiquū:verū fiat. Dñe: excelsum est brachiū tuū deꝰ sabaoth:corona spei.q ornata est gloria Exultet desertū ⁊ exultent solitudines iordanis:⁊ populus meus videbit altitudinē dñi.⁊ maiestatē dei.⁊ erit cōgregatus ⁊ redēptus p deū. Et veniet i syō cū gloria: et letitia sēpiterna/sup caput eius. laus ⁊ exultatio. Et aperiā in mōtibus flumina: in mediis cāpis fontes dissrūpā.⁊ terrā sitientē sine aqua infūdā. Ecce puer meus exaltabit ⁊ eleuabitur:et sublimis erit valde. Hauretis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis in illa die cōfitemini dño.⁊ iuocate nomē eiꝰ. Notas facite in populis virtutes eius:cantate dño q magnifice fecit. Annunciate hec in vniuersa terra: dicit dñs ops. Gr. Dēs de saba venient aurum ⁊ thus deferentes:⁊ laudē dño annūciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare hierusalē:q gloria dñi super te orta est. Alla. ℣. Vidimus stellaz eius in oriente: et venimus cū muneribus adorare dñm. Non dicit sequentia licet dñica fuerit. Secundum matheum. iii.

In illo tpe. Venit iesus a galilea in iordanē ad iohannē:vt baptizaretur ab eo. Johānes aūt: phibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptizari:⁊ tu venis ad me. Respōdēs aūt iesus:dixit ei. Sine modo:sic enī decet nos implere oēm iusticiā. Tūc dimisit eū. Baptisatꝰ aūt iesus:ꝛfestim ascēdit de aqua.⁊ ecce apti sunt ei celi.⁊ vidit spiritū dei descēdētē sicut colūbā ⁊ venientē sup se. Et ecce vox de celis:dicēs. Hic est filius meꝰ dilectꝰ:in quo michi bene cōplacui. Offr. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges arabū ⁊ saba dona adducēt.⁊ adorabūt eū oēs reges terre:oēs gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi dñe p nati filii tui apparitōe deferimꝰ suppliciter exorātes vt sicut idē nr̄or auctor est munerū:ita ipe sit misericors⁊ susceptor iesus xps dñs nr̄. Mut. Al. secr. de scō hilario.

Sancti hilarii precibus tibi dñe qs grata reddat oblatio: p cuius est depositione immolāda. Per. Prefatio. Quia cū vnigenitus. ⁊ Cōmunicātes. vt i die. Cōio. Vidimus stellā eius i oriēte:et venimꝰ cū muneribꝰ adorare dñm. Postcōio

Celesti nos qs dñe lumine semp et vbiq; preueni:vt mysteriū cuius nos participes esse voluisti:et puro cernamus intuitu ⁊ digno pcipiamus effectu. Per d̄. Alia postcōio de scō hilario

Sumpsimus dñe pignus redēptionis eterne:sit nobis qs interueniēte beato hilario confessore tuo atq; pōtifice vite presentis auxiliū pariter ⁊ future. Per dñz. ℂ Dñica prima post oct. epyphanie. Ad missam. Officium.

In excelso throno vidi sedere virū quez adorat multitudo angelorꝫ psallētes in vnū:ecce cuius imperiū numē est ieternū. ps. Jubilate deo oīs terra:seruite dño in letitia. Cōo

Vota quesumus dñe supplicantis populi celesti pietate prosequere vt ⁊ que agenda sunt videant: et adimplenda q̄ viderint conualescant. Per d̄. Epistola. Ad romanos. xii.

Fratres. Obsecro vos p miaz dei: vt exhibeatis corpora vestra. hostiā viuentē sanctā. deo placentē. rationabile obsequiū vestrū. Et nolite cōformari huic seculo:sed reformamini i nouitate sensus vestri. vt probetis que sit voluntas dei bona ⁊ beneplacens.⁊ pfecta. Dico enī per gratiā que data est michi oībus q̄ sunt inter vos:non plus sapere q̄ oportet sapere. sed sapere ad sobrietatē. Et vnicuiq; : sicut deus diuisit mēsurā fidei. Sicut enī in vno corpore multa mēbra habemus:oia aūt mēbra nō eundē actū habēt/ita multi vnū corpus sumus in xpo. Singuli aūt:alter alterius mēbra. In xpo iesu:dño nr̄o. Gr. Benedictus dñs deus israel: q̄ facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiāt mōtes pacem populo tuo:⁊ colles iusticiam. Alla. ℣. Jubilate deo oīs terra:seruite dño in letitia. Nulla die dñica per annū dr̄ sequētia ad missam qñ de dñica agit:nisi in aduentu et in tpe paschali: et nisi i dñica infra ebdaz natiuitatis dñi. Secundum lucam. ii.

Cum factus esset iesus annoꝝ duodecim: ascẽdentibus illis hierosolymã scom cõsuetudinẽ diei festi. consũmatisq; diebus cũ redirent remansit puer iesus i hierusalẽ. ꝛ nõ cognouerũt parẽtes eius. Existimãtes aũt illũ esse in comitatu: venerũt iter diei. ꝛ requirebãt eũ. inter cognatos ꝛ notos. Et nõ inueniẽtes: regressi sunt in hierusalẽ requrẽtes eũ. Et factũ est post triduũ: inuenerunt illũ in tẽplo sedentẽ in medio doctoꝝ. audientẽ illos ꝛ interrogantẽ eos Stupebãt aũt oẽs q̃ eũ audiebant: sup pꝛudentia ꝛ responsis eius. Et videntes: admirati sũt. Et dixit mater eius ad illum. Fili: q̃d fecisti nobis sic: Ecce pater tuus ꝛ ego: dolẽtes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̃d me querebatis: Nesciebatis q̃ꝛ in his q̃ patris mei sunt oportet me esse: Et ipi non intellexerũt verbũ: q̃d locutus est ad illos. Et descẽdit cum eis ꝛ venit nazareth: ꝛ erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: cõferens in coꝛde suo Et iesus pꝛoficiebat sapientia. etate et gratia: apud deũ ꝛ homines. Offy. Jubilate deo ois terra: iubilate deo ois terra: seruite dño in leticia. intrate in conspectu eius in exultatione: quia dñs ipse est deus. Secreta. Oblatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos q̃s semp ꝛ muniat. Per dñm Pꝛefatio quotid. Cõio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te: ꝛ quid est q̃d me querebatis: nesciebatis quia in his q̃ pꝛis mei sũt opoꝛtet me esse. Postcõio Tua nos dñe sancta libãtes: ꝛ pfecte capiamus purgatõis effectũ ꝛ continuũ diuine defensionis auxiliũ. Per dñm. Si tẽpus adeo bꝛeue fuerit ab octa. epyphanie vsq; ad. lxx. q̃d tres misse dñicales: scilꝝ In excelso thꝛono. Ois terra. ꝛ Adoꝛate. nõ possint singule i singulis cãtari ebdomadis: tũc due vel tres misse si tpis bꝛeuitas expetierit in vna eadẽq; ebda cãtet. Et si aliq̃d festũ. iii. lect. ibidẽ cõtigerit totũ fiat seruitiũ de festo vsq; ad missã: ꝛ ad illã missã q̃ erit de tẽpoꝛali fiat scda oꝛatio de ipso festo. tertia de sctã maria. quarta de oibus sctis. quinta p vniuersali ecclesia. Cetere vero misse q̃ sequũt eo anno/ oi no pterimittant. Hoc etiã bene obseruet q̃d nũq; ante pꝛimã dñicã post oct. epy. cantet missa. In excelso thꝛono. nisi qñ nulla dñica inter oct. epy. ꝛ. lxx. contigerit: tũc enĩ in feriis pꝛimo loco post oct. epy. cantet: ꝛ due misse: scz Ois terra. ꝛ Adoꝛate. in feriis sequẽtibꝰ eiusdẽ ebd. cantent: ꝛ tũc nihil fiat de festis. iii. ꝛc. q̃ ibidẽ cõtingere possũt. Cũ aũt plꝛium fuerit tps offm Adoꝛate. p tres dñicas cãtet. Si vero tres fuerit dñice iter oct. epy. ꝛ. lxx. ita q; tria officia pdcã cãtent: tũc i feriis post tertiã dñicã si vacauerit dñr epl'e ꝛ euãge. de. iiii. ꝛ. v. dñica i missis de die. ¶ Feria. iiii. Ad romanos. x.

Hratres. Uolũtas q̃dẽ coꝛdis mei. ꝛ obsecratio ad deũ fit: p illis in salutẽ. Testimoniũ enĩ perhibeo illis q; emulationẽ q̃dẽ dei habẽt: sed nõ scom sciẽtiã. Ignoꝛãtes enĩ iusticiã dei. ꝛ suã querẽtes statuere: iusticie dei nõ sũt subiecti. Finis enĩ legis xp̃us: ad iusticiã oi credẽti. Euãgel'. Scom matheum. iiii.

In illo tpe. Cũ audisset iesus q̃d ioh̃anes traditus esset: secessit i galileã. Et relicta ciuitate nazareth: venit ꝛ habitauit i ciuitate capharnaum maritima. in finibus zabulon ꝛ neptalim. vt adimpleret q̃d dictũ est p ysaiã pphetã. Terra zabulon ꝛ terra neptalim: via maris trans ioꝛdanẽ galilee gentiũ. Populus q̃ ambulabat in tenebꝛis: vidit lucẽ magnã. Et sedẽtibus in regione vmbꝛe moꝛtis: lux oꝛta est eis. Et exinde cepit iesus pꝛedicare: ꝛ dicere. Penitentiã agite: appꝛopiquabit enĩ regnũ celoꝝ. ¶ Feria. vi. Ad romanos. xiii.

Hratres. Omnis anima potestatibus sublimioꝛibus subdita sit: non est enĩ potestas nisi a deo. Que aũt sunt a deo: oꝛdinata sũt. Itaq; q̃ resistit potestati: dei oꝛdinatiõi resistit. Qui autem resistunt: sibi ipsi dãnationẽ acquirunt. Nam qui pꝛincipãtur: nõ sunt timoꝛi boni operis. sed mali. Uis autem nõ timere potestatẽ: Bonũ fac: ꝛ habebis laudem ex illa. Dei enĩ minister. est

tibi in bonū. Si aūt male egeris: time. Non enim sine causa. gladium portat. Dei enim minister est. vindex in irā ei: q̄ malum agit. Idcoq̄ necessitate subditi estote: nō solū ppter irā. sed etiā ppter cōscientiā. Idco ⁊ tributa prestatis. Ministri enī dei sunt: in hoc ipm seruiētes. Euangeliū. Secundum lucam. iiii.

In illo tpe. Egressus est iesus ī virtute spūs in galileā: et fama exiit p vniuersam regionē de illo. Et ipe docebat ī synagogis eor: ⁊ magnificabatur ab oīb⁹. Et venit nazareth / vbi erat nutritus: ⁊ intrauit scōm cōsuetudinem suā. die sabbati in synagogā. Et surrexit legere: ⁊ traditus est illi liber isaie pphete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptū erat. Spūs dñi sup me ppt qđ vnxit me: euāgelizare pauperib⁹ misit me. sanare cōtritos corde. Predicare captiuis remissionē. ⁊ cecis visū: dimittere cōfractos in remissionem. predicare annū dñi acceptū. ⁊ diē retributōis. Et cū plicuisset libro reddidit ministro: et sedit. ⁊ oīm in synagoga oculi. erāt intē dētes in eū. Cepit aūt dicere ad illos: q̄ hodie impleta est hec scriptura ī auribus vestris. Et oēs testimoniū illi dabant: ⁊ mirabant in verbis gre: q̄ procedebāt de ore ipius. Per totā ebdomadā dr missa dñicalis: nisi festū itercurrat vnde fiat seruitiū: ⁊ nisi qñ missa. Salus populi. vel qñ dr de festo loci vel de sctā maria.

¶ Dñica scda post octa. epy. Officium.

Omnis terra adoret te deus et psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini ei⁹ date gloriam laudi eius. Oratio.

Omps sempiterne deus: q̄ celestia simul et terrena moderaris: supplicatiōes populi tui clementer exaudi ⁊ pacem tuā nostris concede tēporibus Per dñm. Ad romanos. xii.

Fratres. Habētes donatiōes secūdū gratiā q̄ data est nobis differentes: siue pphetiā scōm rationē fidei siue ministeriū in ministrādo. siue q̄ docet in doctrina. Qui exhortat in exhortando. qui tribuit in simplicitate: q̄ preest in sollicitudine. q̄ miseret in hilaritate. Dilectio: sine simulatōne. Odientes malū: adherētes bono. Caritatē fraternitatis: inuicē diligentes. Honore inuicē preueniētes. Sollicitudine nō pigri. Spū feruētes: dño seruiētes. Spe gaudentes: in tribulatōe patientes. Oratōni instātes: necessitatibus sctōr cōmunicātes. hospitalitatē sectātes. Benedicite psequētibus vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus flere cū flentibus. Idipm inuicē sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentiētes. Gr. Misit dñs verbū suū ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eor. ℣. Cōfiteant dño mie eius: ⁊ mirabilia eius filiis hoim. Alla. ℣. Laudate deū oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Scōm iohannem. ii.

In illo tpe. Nuptie facte sūt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autē iesus ⁊ discipuli eius: ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater iesu ad eū. Vinū nō habent. Et dicit ei iesus. Quid michi ⁊ tibi mulier? Nōdū venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcūq̄ dixerit vobis: facite Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite secundū purificationē iudeor: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsq̄ ad summū. Et dicit eis iesus. Hauritenunc: ⁊ ferte architriclino. Et tulerūt. Ut aūt gustauit architriclinus aquā vinū factū. ⁊ non sciebat vnde esset. ministri aūt sciebāt qui hauserāt aquā. vocat sponsum architriclinus et dicit ei. Oīs homo: primū bonū vinū ponit. Et cū inebriati fuerint: tūc id qđ deterius est. Tu autē seruasti vinū bonū: vsq̄ adhuc. Hoc fecit initiū signor iesus in chana galilee: ⁊ manifestauit gloriā suā. Et crediderūt in eū: discipuli eius. Offr. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa tra: psalmū dicite nomini eius: venite ⁊ audite: ⁊ narrabo vobis oēs q̄ timetis deū quāta fecit dñs aie mee alla. Secr.

Ut tibi grata sint dñe munera populi tui supplicantis: ab oī qs eū

contagione puersitatis emunda. Per d
Cõio. Dicit dñs implete hydrias aqua ⁊ ferte
architriclino: et dũ gustasset architriclin⁹ aquã
vinũ factũ dicit sponso: seruasti vinũ bonũ vsq
adhuc: hoc signũ fecit ihesus primũ cor̃ã discipu-
Augeat in no- lis suis. Postcõio
bis dñe qs tue virtut operatio:
vt diuinis vegetati sacramentis. ad eo-
rum promissa capienda. tuos semp mu
nere preparemur. Per dñm nostrum.
C Feria.iiii. Ad thimotheum. primo.
Caríssime. Fidelis sermo: ⁊ oi acce
ptione dignus. Qz xps ihesus ve-
nit in hunc mundũ. pctõres saluos face
re: quor̃ primus ego sum. Sed ideo miaz
cõsecutus sũ: vt in me primo ostẽderet
xps ihesus. oẽm potentiã. ad informatio
nẽ eor̃. q̃ crediturí sunt illi. in vitã eter-
nã. Regi autẽ seculor̃ immortali inui-
sibili: soli deo honor̃ ⁊ gloria: in secula se
culor̃. Amen. Scõm marcum. vi.
In illo tpe. Egressus ihesus abiit in
patriã suã: ⁊ sequebant illũ discí-
puli sui. Et facto sabbato: cepit in syna
goga docere. Et multi audiẽtes: admi-
rabant in doctrina eius dicẽtes. Unde
huic hec oia: Et q̃ est sapiẽtia q̃ data est
illi. ⁊ virtutes tales q̃ p manus eius effi
ciunt: Nõne hic est faber filius marie.
frater iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude ⁊ symonis
Nõne ⁊ sorores eius hic nobiscum sũt.
et scandalizabantur in illo: Et dicebat
eis ihesus. Quia non est ppheta sine ho-
nore: nisi in patria sua. ⁊ in domo sua ⁊
in cognatõe sua. Et non poterat ibi vir
tutẽ vllaz facere: nisi paucos infirmos
impositis manibus curauit. Et mira-
batur: propter incredulitatem eor̃um.
C Feria.vi. Epla. Ad romanos. xiiii.
Fratres. Scio ⁊ confido in dño ie-
su: qz nichil cõmune p ipz. nisi ei
q̃ existimat q̃d cõmune esse. illi cõmune
est. Si enĩ ppter cibũ frater tuus scãda
lizat aut ⁊tristat: iam nõ scõm caritatẽ
ambulas. Noli cibo tuo illum pdere: p
quo xps mortuus est. Nõ ergo blasphe
met bonũ nostrũ. Non est enĩ regnum
dei esca ⁊ potus: sed iusticia / pax / ⁊ gau-
diũ in spũ sancto. Qui enĩ in hoc seruit
xpo. placet deo: ⁊ pbatus est hoĩb⁹. Ita-
qz q̃ pacis sunt sectemur: ⁊ q̃ edificatõis
sunt. inuicẽ custodiamus. Noli propter
escã destruere opus dei. Oia q̃dẽ mũda
sunt: sed malũ est hoi q̃ p offẽdiculũ mã
ducat. Bonũ est nõ mãducare carnẽ. et
nõ bibere vinũ. neq in quo frater tuus
offendit: aut scãdalizat / aut infirmat.
Tu fidẽ quã habes. penes temetipz: ha
be cor̃ã deo. Beatus q̃ nõ iudicat semet
ipm: in eo q̃ probat. Qui aũt discernit
si mãducauerit. dãnatus est: qz non est
ex fide. Omne aũt q̃ nõ est ex fide: pec-
catum est. Secundum lucam. iiii.
In illo tpe. Descẽdit ihesus i caphar
naũ ciuitatem galilee: ibiq docebat
illos sabbatis. Et stupebãt in doctri
na eius: qz i potestate erat sermo ipius.
Et in synagoga erat homo habens de-
moniũ immũdũ: ⁊ exclamauit voce ma-
gna dicẽs. Sine. Quid nobis ⁊ tibi ihesu
nazarene: Uenisti pdere nos: Scio te
qz sis: sanctus dei. Et increpauit illũ ie-
sus: dicẽs. Obmutesce ⁊ exi ab eo. Et cũ
piecisset illud demoniũ in mediũ: exiit
ab illo / nichilq illũ nocuit. Et factus est
pauor̃ in oĩbus: ⁊ colloquebant ad inui
cẽ dicẽtes. Quod est hoc verbũ. quia in
potestate ⁊ virtute. impetat spiritibus
immũdis / ⁊ exeunt: Et diuulgabatur
fama de illo: in oẽz locũ regiõis. C Dñi-
ca. iii. post oct. epy. Ad missam. Officiũ
Adorate deum oẽs angeli eius
audiuit ⁊ letata est syõ: ⁊ exul
tauerũt filie iude. ps. Dñs re-
gnauit exultet terra: letent insule multe. Oro.
Omps sempiterne deus infirmita-
tez nostrã ppicius respice: atq ad
ptegendũ nos dexteraz tue maiestatis
extẽde. Per dñm. Ad romanos. xii.
Fratres. Nolite esse prudentes a-
pud vosmetipos. Nulli malũ p
malo reddẽtes. Prouidẽtes bona: nõ tã
tũ cor̃ã deo / sed etiã cor̃ã oĩbus hoĩbus.
Si fieri potest q̃d ex vobis est: cũ oĩbus
hoĩbus pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipos
defendẽtes charissimi: sed date locũ ire
Scriptũ est enĩ. Mihi vindictã: et ego
retribuã dicit dñs. Sed si esurierit ini-

micus tuus:ciba illuz. Si sitit: potū da illi. Hoc enī facies:carbones ignis cōge res sup caput eiº. Nolivinci a malo:sed vince ī bono malū. Gr. Timebunt gētes nomē tuū dñe ⁊ oēs reges terre gloziā tuam. ℣. Quoniā edificauit dñs syon ⁊ videbīt in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra letentī insule multe. Scōm matheum. viii

In illo tpe. Cū descēdisset ihesus de mōte:secute sunt eū turbe multe Et ecce lepzosus veniēs:adozabat eū dicens. Dñe:si vis potes me mūdare. Et extēdens ihesus manū:tetigit eū dicens Volo. Mundare. Et cōfestim:munda ta est lepza eiº. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris:sed vade ostende te sacerdoti. ⁊ offer munº tuū qđ pzecepit moyses in testimoniū illis. Cum aūt introisset capharnaū:accessit ad eū cēturio rogans eū ⁊ dicēs. Dñe:puer meus iacet ī domo paraliticus: et male torquet. Et ait illi ihesus. Ego veniā ⁊ curabo eū. Et respondēs cēturio:ait. Dñe:nō sum dignus vt intres sub tectū meū:sed tātuz dic verbo. et sanabit puer meus. Nam ⁊ ego homo sū sub potestate 2stitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade:⁊ vadit. Et alio veni:⁊ venit. Et seruo meo fac hoc:et facit. Audiēs autē ihesus miratus est:⁊ sequentibus se dixit. Amen dico vobis:nō inueni tantā fidē in israel. Dico autez vobis: qđ multi ab oriente ⁊ occidente venient. ⁊ recūbent. cū abzaham/⁊ ysaac/⁊ iacob in regno celoz. Filii aūt regni. eicient in tenebzas exteriozes:ibi erit fletus ⁊ stridoz dētiū. Et dixit ihesus centurioni. Vade: ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hoza. Offz. Dextera dñi fecit virtutē dextera domini exaltauit me:non moziar sed viuam:⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Quite ppetue mysteria venerāda recolimus te dñe depzecantes:vt ⁊ deuotis eadem sacrificiis. ⁊ dignis operibus assequamur. Per dñm. Pzefatio quotidiē. Cōio. Mirabantur omnes de his q̄ pzocedebant de oze dei. Postcōio.

Quos tantis dñe largiris vti mysteriis. psta q̄s:vt effectibº eozuz nos veraciter aptare digneris. Per dñz

℣ Feria.iiii. Ad romanos. xv.

Hratres. Obsecro vos p dñm nostrū ihesuz xp̄m. ⁊ p caritatē spūs sancti:vt adiuuetis me in ozatōibus vestris ad deū. vt liberer ab infidelibus q̄ sunt in iudea. ⁊ obsequii mei oblatio accepta sit ī hierosolyma sctis. vt veniā ad vos in gaudio p voluntatē dei. vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis. sit cū oibº vobis:amen. Secundū marcum. iii.

In illo tpe. Intrauit ihesus in synagogā:⁊ erat ibi homo habēs manū aridā. ⁊ obseruabāt eū si sabbatis curaret. vt accusarēt illū. Et ait hoi habēti manū aridā. Surge in mediū:⁊ dicit eis Licet sabbatis benefacere:an malefacere/aiaz saluā facere/an pdere:At illi tacebāt. Et circūspiciēs eos cū ira. 2tristatº sup cecitate cozdis eoz:dicit hoi. Extēde manū tuā. Et extēdit. Et restituta ē: manº illi. ℣ Feria.vi. Ad corinthios.i.iii.

Hratres Nescitis. qz tēplū dei estis: ⁊ spūs dei habitat in vobis:Si q̄s aūt tēplū dei violauerit: dispdet illū deº. Tēplū enī dei sctm̄ est:qđ estis vos. Nemo se seducat. Si q̄s videt iter vos sapiēs esse in hoc scl'o:stultº fiat vt sit sapiēs. Sapiētia enī huiº mūdi: stulticia est apud deū. Scriptū est enī. Cōpzehēdā sapiētes:ī astutia eoz. Et iterū. Dñs nouit cogitatōes sapiētiū:qm̄ vane sūt Nēo itaq̄:gloziet in hoibº. Oia enī vra sūt:siue paulus. siue apollo. siue cephas siue mūdº. siue vita. siue moz̄s. siue pl̄ētia. siue futura Oia enī vra sūt:vos aūt xp̄i. Xps aūt:dei. Scōm matheum.iiii.

In illo tempoze. Circuibat ihesus totam galileam. docens in synagogis eoz:⁊ pzedicans euangelium regni ⁊ sanans omnē languozem. ⁊ omnē infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius:in totam siriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes: variis languoribus ⁊ tozmentis compzehēsos. et qui demonia habebant/⁊ lunaticos/⁊ paraliticos. ⁊ curauit eos. Et secute sunt eū: turbe multe. ℣ Dominica quarta post oct. epyphanie. Ad missam. Officium.

Adorate deū oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata est syō: ⁊ exultauerūt filie iude. ℘s. Dñs regnauit exultet terra: letent insule multe. Oratio. Deus qui nos in tātis periculis cōstitutos p humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis ⁊ corporis: vt ea q̄ pro pctis nostris patimur: te adiuuāte vincam⁹. Per dñm. Ad romanos. xiii.

Fratres. Nemini q̄cq̄ debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Qui enī diligit p̄ximū: legē impleuit. Nā nō adulterabis: nō occides. nō furaberis. nō falsum testimoniū dices. nō cōcupisces rē p̄simi tui. Et si q̄ est aliud mandatū: in hoc verbo instaurat. Diliges p̄ximū tuum: sicut teipm. Dilectio p̄simi: malū nō operat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr. Timebunt gentes nomē tuum dñe: ⁊ oēs reges terre gloriam tuā. ℣. Quoniam edificauit dñs syon: ⁊ videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letent insule multe. Scōm matheum. viii

In illo tpe. Ascēdente iesu in naiculā: secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magn⁹ factus est i mari: ita vt nauicula operiret fluctib⁹. Erat aūt illis: vētus cōtrarius. Ipe vero: dormiebat. Et accesserūt ad eum discipuli eius: ⁊ suscitauerūt eū dicētes. Dñe: salua nos perim⁹. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tūc surgēs imperauit vētis ⁊ mari: ⁊ facta est tranq̄litas magna. Porro hoīes mirati sūt: dicentes. Qualis est hic? Quia venti et mare: obediunt ei. Offy. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me: nō moriar sed viuam: ⁊ narrabo opera dñi. Secreta.

Concede q̄s ops deus: vt huius sacrificii mun⁹ oblatū fragilitatē nr̄az ab oi malo purget et muniat. Per Prefatio quotid. Cōio. Mirabātur oēs de his q̄ p̄cedebant de ore dei. Postcōio

Munera tua nos deus. et a delectationib⁹ terrenis expediāt: ⁊ celestib⁹ sē p̄ instruāt alimētis. Per ū. ℂ Feria. iiii.

Ad corinthios. i. vii.

Fratres. Bonū est hoī: mulierem nō tangere. Propter fornicationē aūt vnusq̄sq̄ vxorē suā habeat: ⁊ vnaquēq̄ mulier virū suū habeat. Uxori vir debitū reddat: similr aūt ⁊ vxor viro. Mulier sui corporis potestatē nō habet: sed vir. Similiter aūt ⁊ vir sui corporis potestatē nō habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicē: nisi forte ex cōsensu ad tps. vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini idipm: ne tēptet vos sathanas: ppter incōtinentiā vestrā. Scōm lucam. ix.

In illo tpe. Factū est ambulātibus discipulis in via: dixit q̄dā ad iesū Sequar te: quocunq̄ ieris. Dixit illi iesus. Uulpes foueas habent. ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille aūt dixit. Dñe: permitte mihi p̄imū ire: ⁊ sepelire patrē meū. Dixitq̄ ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aūt vade. ⁊ annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed p̄imū permitte mihi. renunciare his q̄ domi sunt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manū suā ad aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei.

℣. Feria. vi. Ad corinthios. i. vii.

Fratres. Unusq̄sq̄ in qua vocatiōe vocat⁹ est: in ea p̄maneat. Seru⁹ vocatus es: nō sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber: magis vtere. Qui enī in dño vocat⁹ est seru⁹: libert⁹ est dñi. Similr q̄ liber vocatus est: seru⁹ est xpi. Precio empti estis: nolite fieri serui hoīm. Unusq̄sq̄ in qua vocatōe vocat⁹ est frater: in hac p̄maneat apud deū. Scōm marcum. x

In illo tpe. Offerebāt iesu paruulos: vt tāgeret illos. Discipuli āt: cōminabāt offerētib⁹ Quos cū videret iesus indigne tulit: ⁊ ait illis. Sinite puuulos venire ad me: ⁊ ne phibueritis eos. Talium enī est regnū dei. Amē dico vobis: q̄cq̄s nō recepit regnū dei velut paruul⁹ nō intrabit in illud. Et cōplexās eos ⁊ imponēs man⁹ sup illos: benedicebat eos.

℣ Dñica. v. post oct. epy. Officium.

Adorate deū oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata est syō: ⁊ exultauerūt filie iude. ℘s. Dñs regna

ut exultet terra:letent insule multe. Oratio.

Familiã tuã qs dñe cõtinua pietate custodi:et q in sola spe gratie celestis inniititur.tua semp protectione muniatur.Per dñm. Ad colossenses. iii.

Fratres. Induite vos sicut electi dei:scti et dilecti viscera mie. mãsuetudinẽ.benignitatẽ.humilitatẽ.modestiã.patiẽtiã.supportãtes inuicẽ.et donãtes vobismetipis.Si qs aduersus aliquẽ habet querelam:sicut et dñs donauit vobis.ita et vos.Sup oia aũt hec caritatẽ habete:qd est vinculũ pfectõis.Et pax xpi exultet in cordib9 vr̃is:in qua et vos vocati estis i vno corpore et grati estote. Verbũ xpi habitet in vobis abũdãter:in oi sapiẽtia docẽtes et cõmonentes vosmetipos in psalmis et hymnis et cãticis spualibus in gr̃a. cãtantes in cordibus vr̃is deo. Oẽ aũt qcũq facitis in verbo aut in opere:oia in noie dñi nostri iesu xpi facite.gratias agẽtes deo et patri Per ielũ xpm: dñm nr̃m. Exp. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe:et oes reges terre gloriã tuam.℣. Qm̃ edificauit dñs syõ: et videbit i maiestate sua.Alla.℣.Dñs regnauit exultet terra letent insule multe. Scõm matheum.xiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnum celoꝝ hoi: q seminauit bonũ semen in agro suo.Cũ autẽ dormirẽt homines:venit inimicus eius.et superseminauit zizania i medio tritici.et abiit. Cũ aũt creuisset herba.et fructũ fecisset:tũc apparuerũt et zizania.Accedentes autẽ serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe: nõne bonũ semẽ seminasti in agro tuo: Unde ergo habet zizania: Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerũt ei.Uis. imus et colligimus ea: Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania:eradicetis sil cũ eis et triticũ. Sinite vtraq crescere vsq ad messem.et in tpe messis dicã messoribꝰ Colligite primũ zizania:et alligate ea in fasciculos.ad cõburendũ. Triticũ aũt:congregate i horreum meum. Offr. Dextera dñi fecit virtutem:dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sed viuam:et narrabo opera dñi. Secreta.

Suscipe qs dñe tuorũ oblationes precesq seruoꝝ vt sub tue protectionis auxilio:et collata nõ perdant: et q expetunt apprehẽdant.Per dñm.Prefatio quotidõ.Cõio. Mirabant oẽs de his q procedebant de ore dei. Postcõio.

Deus q nos sacramẽti tui participatiõe sanctis virtutis eius effectus in nr̃is cordibus opare:vt muneri diuino qd̃ sũpsim9.p ipz mun9 aptemur. Per. Feria.iiii. Ad thimotheum. i.ii.

Carissime.Obsecro primũ oim fieri obsecratões: orationes postulatiões gr̃arũ actões p oibus hoibus.Pro regibus et oibus q in sublimitate sũt cõstituti:vt qietã et trãquillã vitã agam9.i oi pietate et castitate.Hoc enim bonũ est:et acceptũ coram saluatore nr̃o deo Qui oẽs hoies vult saluos fieri:et ad agnitionez veritatis venire.Unus enim deus: vn9 et mediator dei et hoim.hõ xps iesus Qui dedit semetipz i redẽptionẽ p oib9:cui9 testimoniũ tẽporib9 suis affirmatũ est. in quo positus sũ ego pdicator et apl'us. Ueritatẽ dico nõ mẽtior: doctor gẽtiũ i fide et veritate. Scõm matheum. xxi.

In illo tpe.Dixit iesus turbis iudeorũ.Homo qdam habebat duos filios:et accedẽs ad primũ dixit.Fili vade:hodie operare in vinea meã. Ille aũt respõdens:ait. Nolo.Postea aũt penitẽtia motus:abiit.Accedẽs aũt ad alterũ: dixit similiter.At ille respõdens ait.Eo dñe.Et nõ iuit. Quis ex duob9 fecit voluntatẽ patris: Dicũt ei. Primus. Dicit illis iesus.Amẽ dico vobis: qr publicani et meretrices precedẽt vos i regno dei Uenit enim ad vos iohẽs in via iusticie: et non credidistis ei.Publicani et meretrices:crediderũt ei.Uos aũt vidẽtes: nec penitentiã habuistis postea.vt credere tis ei Qui habet aures audiẽdi:audiat.

℣. Dñica in septuagesima. Officium.

Circumdederunt me gemitus mortis:dolores inferni circũdederũt me:et in tribulatione mea inuocaui dñm:et exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meam. ps. Diligã te dñe fortitudo mea:dñs firmamentũ meũ et re-

refugiū meū ⁊ liberator meus. Gloria pri. Ab hac die vsq; ad vigiliā pasche non dicit Gloria in excelsis. de quocūq; dr missa: nisi eps in cena dñi celebrauerit. Oratō

Preces ppli tui qs dñe clemēter exaudi: vt q iuste p pctis nr̄is affligimur. p tui nois gloria misericorditer liberemur. Per. Ad corinthios. i.ix.

Fratres. Nescitis q hi q in stadio currūt. oēs qdē currūt. sed vnus accipit brauiū: Sic currite: vt cōprehēdatis. Omis enī q i agone tēdit: ab oīb⁹ se abstinet. Et illi qdē vt corruptibilē coronā accipiāt: nos aūt incorruptā. Ego igit sic curro: non quasi in incertū. Sic pugno: nō quasi aerē verberās. Sed castigo corpus meū ⁊ in seruitutē redigo: ne forte cū aliis predicauerim. ipe reprobus efficiar. Nolo aūt vos ignorare fratres: qm̄ patres nr̄i oēs sub nube fuerūt ⁊ oēs mare trāsierūt. ⁊ oēs in moyse baptizati sūt in nube ⁊ i mari. Et oēs eādē escā spūalē māducauerūt: ⁊ oēs eūdem potū spūalē biberūt. Bibebāt aūt de spū ali: sequente eos petra. Petra aūt: erat xps. Gr. Adiutor i oportunitatib⁹ in tribulatiōe sperēt in te q nouerūt te qm̄ nō derelinq̄s q rentes te dñe. ℣. Mm̄ nō in finē obliuio erit pauperis: patientia pauperū nō peribit in eternum exurge dñe nō prevaleat homo. Non repetat grad. qm̄ dicitur tractus vtš. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intēdētes: in orationē serui tui. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. Quia apud te ppiciatio est: ⁊ propter legē tuā sustinui te dñe. Secundum matheum. xx.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celorū hoī patrifamilias: q exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Cōuētōe aūt facta cū operariis ex denario diurno: misit eos in vineā suā. Et egressus circa horā tertiam: vidit alios stātes in foro ociosos. ⁊ dixit illis. Ite et vos i vineā meā: ⁊ qd iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierūt. Iterū aūt exiit circa sextā ⁊ horā nonā: et fecit sic. Circa vndecimā vero exiit: ⁊ inuenit alios stantes. ⁊ dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Qr nemo nos cōduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos i vineā meā. Cū sero aūt factū esset: dicit dns vinee pcuratori suo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedē: incipiēs a nouissimis vsq; ad primos. Cū venissent ergo. q circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Venientes aūt ⁊ primi: arbitrati sūt qd plus esset accepturi. Acceperunt aūt ⁊ ipi: singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias: dicētes. Hi nouissimi vna horā fecerūt: ⁊ pares illos nobis fecisti. q portauimus pōdus diei ⁊ estus? At ille rndens: vni eor dixit. Amice: nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle qd tuū est: ⁊ vade. Volo aūt ⁊ huic nouissimo dare: sicut ⁊ tibi. Aut nō licet michi qd volo facere? An oculus tuus nequā est/ qr ego bonus sū? Sic erūt nouissimi primi: ⁊ primi nouissimi. Multi enī sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Bonū est cōfiteri dño: et psallere nōi tuo altissime. ℣. Mm̄ magnificata sunt opa tua dñe: nimis profūde facte sūt cogitatōes tue. ℣. Ecce inimici tui dñe perībūt: ⁊ dispgent oēs q operant iniquitatē

Muneribus nr̄is qs dñe Secreta. precibusq; susceptis: et celestib⁹ nos mūda mysteriis ⁊ clemēter exaudi Per. Prefatio quotid. Cōio. Illumina facie tuā sup seruū tuū: saluum me fac in tua mia dñe nō cōfundar qm̄ inuocaui te. Postcōio.

Fideles tui de⁹ p tua dona firmētur: vt eadē et percipiēdo requirant. ⁊ q̄rendo sine fine percipiāt. Per. Sciēdm̄ est q seruitiū hui⁹ diei non differat ppt aliqd festū: nisi cū purificatio btē marie vel dedicatō eccl'ie i hac die occurrerit. tūc enī differat vsq; ad. iii. fe. ⁊ tr̄. De pfūdis ptermittat: qm̄ in feriat. dieb⁹ nō dr tr̄ āte. iiii. fe. i capite ieiu. nisi tm̄ i missis p defūctis: nec etiā i festis sine regi. chori. Qcūq; vo aliud festū i hac dñica vel i aliqua dñica vsq; ad passionē dñi occurrerit: sp differat lr dupl. festū fuerit: ⁊ fiat seruitiū de ipa dñica: nulla fctā de festo mēo. nisi sit festū. iii. l'c. qd nō differt: sz tūc d eo fiat mēo. vsq; ad. xl. tm̄. Aquar

ta autē feria in capite ieiunii vsq; in cra
stinū oct.pasche nihil fiat ad missaz de
festis.iii.lec.nec etiā memoria. ℂ Feria
quarta.Epla. Ad corinthios. ii.iiii.

Fratres. Si opertū est euangeliū
nr̄m:in his q̄ pereūt. est optum.
In q̄bus dē huius scli:excecauit mētes
infideliū:vt nō fulgeat illumiatio euā=
gelii gl̄ie xp̄i.q̄ est imago dei. Nō enim
nosmetipos p̄dicam⁹.sed ieslū xp̄m dñz
nr̄m:nos autē seruos vr̄os p ieslū. Qm̄
deus q̄ dixit de tenebris lucē splendesce
re:illuxit in cordib⁹ nr̄is. ad illumiatio=
nē sciētie claritatis dei.in facie ieslu xp̄i.
Habemus aūt thesaurū istū absc̄ditū
in vasis fictilibus:vt sublimitas sit vir
tutis dei.⁊ nō ex nobis. In oībus tribu=
lationē patimur: sed nō angustiamur.
Aporiamur:sed nō destituimur. Perse
cutionē patimur: sed nō derelinq̄mur.
humiliamur.sed nō ⁊fūdimur. Deiici=
mur:sed nō perim⁹. Sēp mortificatio=
nē ieslu xp̄i in corpore nr̄o circūferētes:
vt ⁊ vita ieslu i cordib⁹ nr̄is manifestet.
Sēp ei nos q̄ viuim⁹.i morte tradimur
ppter ieslū: vt et vita ieslu manifestet in
carne nr̄a mortali. Ergo mors in nobis
opat:vita āt i vobis. Scdm marcū.ix.

In illo tpe. Egressus ieslus ibat per
galileam:nec volebat quēq; scire.
Docebat aūt discipulos suos:⁊ dicebat
illis. Qm̄ fili⁹ hois tradet i man⁹ hoz.
⁊ occidēt eū:⁊ occis⁹ tertia die resurget.
At illi ignorabāt verbū:⁊ timebāt eū i=
terrogare Et venerūt capharnaū. Qui
cū domi esset:interrogabat eos. Quid
in via tractabatis:At illi tacebāt. Siq̄=
dē inter se i via disputauerāt:q̄s esset il=
lor maior. Et residēs vocauit duodeci:
⁊ ait illis. Si q̄s vult primus esse:erit oīm
nouissim⁹.⁊ oīm minister. Et accipiēs
puerū:statuit eū in medio eor. Quē cū
cōplex⁹ esset:ait illis. Quisquis vnū ex
hmōi pueris recepit i noīe meo:me reci
pit Et q̄cūq; me suscepit:nō me suscipit
sed eū q̄ me misit. Qui hz aures audiē=
di:audiat. ℂ Fer. vi. Ad corinthios. ii. iiii.

Fratres. Habētes spm̄ fidei: sicut
scriptū est. Credidi ppter qđ lo=
cutus sū:⁊ nos credimus ppter qđ ⁊ lo=
q̄mur.sciētes q̄m q̄ suscitauit ieslū:⁊ nos
cū ieslu suscitabit/⁊ cōstituet vobiscum
Dia enī ppter vos:vt gr̄a abundans p
multas gr̄as actiones.abūdet in gloriā
dei.ppter qđ nō deficim⁹. Sed licet is:
q̄ foris est nr̄ homo corrūpat:tñ is q̄ intus
est/renouat de die in die. Id enī qđ i pre
senti est momētaneū ⁊ leue tribulatōis
nr̄e supra modū in sublimitate eternus
gl̄ie pōdus opat in nobis nō ptēplātib⁹
nobis:q̄ vident.sz q̄ nō vident. Que enī
vident tēporalia sunt: q̄ aūt nō vident:
eterna sunt. Scdm matheum. xii.

In illo tpe. Dixit ieslus phariseis.
Qui nō est mecū:contra me est. Et
q̄ nō cōgregat mecū:spargit. Ideo dico
vobis. Oē pctm̄ ⁊ blasphemia remittet
hoib⁹:sps aūt blasphemie.nō remittet
Et q̄cūq; dixerit verbū contra filiū hois:
remittet ei. Qui autē dixerit cōtra spm̄
sctm̄:nō remittet ei.neq; i hoc scło neq;
in futuro. Aut facite arborē bonā ⁊ fru
ctū eius bonū:aut facite arborē malā.⁊
fructū ei⁹ malū. Siq̄dem:ex fructu.ar=
bor cognoscit. Progenies viperar:quō
potestis bona loq̄/cū sitis mali:Ex abū
dātia enī cordis: os loquit. Bonus hō:
de bono thesauro. pfert bona. Et mal⁹
homo:de malo thesauro.profert mala.
Dico aūt vobis:q̄m oē verbū ociosū.qđ
locuti fuerit hoies.reddēt rationē de eo
in die iudicii. Ex verbis enī tuis iustifi=
caberis:⁊ ex verbis tuis:condēnaberis.

℣Dñica in lexagelima. Officium.

Exurge quare obdormis dñe
exurge ⁊ ne repellas i finem
quare faciē tuā auertis: obli
uisceris tribulationē nostram adhesit in
terra vēter nr̄ exurge dñe adiuua nos ⁊
libera nos.℘s. Deus auribus nr̄is audiuim⁹
patres nostri annūciauerunt nobis. Oratio.

Deus q̄ cōspicis q̄z ex nulla nostra
actiōe cōfidimus.cōcede ppici⁹:
vt contra oia aduersa doctoris gētiū pte
ctiōe.muniamur.Per. Hec sequēs epla
tota legat hac die tm̄: q̄n vero dz p ebd.
sēp incipiat ad istā clausulā. Damasci p.
⁊ legat vsq; ad finē. Ad corinthios.ii.xi.

Fratres. Libēter suffertis insipiētes: cū sitis ipi sapiētes. Sustinetis enī: si quis vos in seruitutē redigit. si quis deuorat. si quis accipit. si qs extollitur. si qs in faciem vos cedit. Scdz ignobilitatē dico: quasi nos infirmi fuerimus ī hac parte. In quo quis audet in insipientia dico: audeo ⁊ ego. Hebrei sunt. ⁊ ego. Israelite sunt: ⁊ ego. Semē abrahe sūt: ⁊ ego Ministri xpi sūt. ⁊ ego Ut minus sapiēs dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abūdātius: in plagis supra modū. in mortib⁹ frequēter. A iudeis qnquies quadragenas: vna min⁹ accepi. Ter virgis celus sū: semel lapidat⁹ sū. Ter naufragiū feci. Nocte ac die: in pfundu maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminū. piculis latronū. piculis ex genere. piculis ex gētib⁹. piculis ī ciuitate. piculis in solitudie. piculis ī mari. piculis ī fallis frīb⁹. In labore ⁊ erūna: ī vigiliis multis. In fame ⁊ siti: ī ieiuniis multis. In frigore ⁊ nuditate. Preter illa q̄ extrīsecus sūt: instātia mea quotidiana. sollicitudo oīz ecclīaz. Quis infirmat. ⁊ ego nō ifirmor: Quis scādalizat: ⁊ ego non vror: Si gl'iari optet: q̄ ifirmitatis mee sūt. gl'iabor. Deus et pr̄ dñi nr̄i ielu xpi scit: q̄ est bñdictus in scla: qd̄ nō mētior. Damasci ppositus gētis arethe regis: custodiebat ciuitatem damascenor. vt me cōprehēderet. Et p fenestrā ī sporta dimissus sum p murū: ⁊ sic effugi manus eius. Si gl'iari oportet: nō expedit q̄dē. Veniā āt ad viliones: ⁊ reuelatōes dñi. Scio hoīez in xpo. ante ānos quattuor deci siue in corpore siue extra corp⁹. nescio de⁹ scit: raptū hmōi vsq; ad tertiu celū. Et scio hmōi hoiem. siue ī corpore siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit: qm̄ rapt⁹ est ī paradysū. ⁊ audiuit archana verba q̄ nō licet hoī loq̄. Pro hmōi gl'iabor: p me aūt nichil. nisi ī infirmitatib⁹ meis Nā ⁊ si voluero gloriari: nō ero īsipiēs. Veritatē enī dicā. Parco autē ne qs me existimet supra id qd̄ videt ī me: aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ ē michi stimulus carnis mee angelus sathane. q̄ me colaphizet. Propt qd̄ ter dñm rogaui vt discederet a me: ⁊ dixit michi. Sufficit tibi gra mea. Nā virt⁹ in infirmitate pfici. Libēter igit gl'iabor in infirmitatib⁹ meis: vt ihabitet in me virtus xpi. Gr̄.

Sciāt gentes qm̄ nomē tibi deus: tu solus altissimus sup oēm terrā. ℣. Deus me⁹ pone illos vt rotā: ⁊ sicut stipulā ante faciē vēti. Tract⁹.

Commouisti dñe terram ⁊ cōturbasti eā. Sana contritiōes eius: quia mota est. Ut fugiant a facie arcus vt liberentur dilecti tui. Secundum lucam. viii.

In illo tpe. Cū turba plurima conueniret. ⁊ de ciuitatib⁹ pperarēt ad ielū: dixit p similitudinē. Exiit q̄ seminat: seminare semē suū. Et dū seminat: aliud cecidit secus viā. et cōculcatū est. et volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ⁊ natum aruit qr nō habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū cētuplum. Hec dicēs: clamabat. Qui habz aures audiēdi: audiat. Interrogabāt aūt eū discipuli ei⁹: q̄ esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datū ē nosse mysteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis. vt videntes non videāt ⁊ audientes nō intelligāt. Est aūt hec parabola. Semē est verbū dei Qui aūt secus viā: hi sūt q̄ audiūt. Deide venit diabol⁹. ⁊ tollit verbū de corde eorum: ne credētes salui fiāt. Nā q̄ supra petrā: q̄ cū audierit cū gaudio suscipiūt verbū Et hi radices nō habēt: qr ad tēpus credūt. ⁊ in tpe tēptatōis recedūt. Qd̄ aūt in spinis cecidit: hi sūt q̄ audierūt. ⁊ a sollicitudinib⁹ ⁊ diuitiis. ⁊ voluptatib⁹ vite eūtes suffocant. et nō referūt fructū. Qd̄ aūt in terrā bonā: hi sūt q̄ ī corde bono et optimo. audientes vbū retinēt. Et fructū afferūt: in patiētia. Offr̄. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueant vestigia mea: iclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea: mirifica mias tuas q̄ saluos facis sperātes ī te dñe. ℣. Exaudi dñe iusticiā meā: intende deprecationē meā: auribus pcipe orationē meam. ℣. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra ala

tū tuaꝝ ꝓtege me: eripe me dñe ab ipio. Secꝛ

Intende ꝗs dñe hostiā familie tue vt quā sacris muneribus facias esse particip̄: tribuas ad eius plenitudinē puenire. Per dñm. Prefatio quotid. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deū qui

Sletificat iuuentutē meā. Postcōio. Supplices te rogamus oꝑs deus: vt quos tuis reficis sacramēt⁊. tibi etiā placitis moꝛib⁹ dignāter deseruire ꝛcedas. Per. C Feria. iiii. Ad coꝛinthios. ii. i.

Fratres. Ego testē deū inuoco in aiam meā: qđ parcēs vobis. Nō veni vltra coꝛinthū. non qꝛ dñamur fidei vestre: sed adiutoꝛes sumus gaudii vestri. nā fide statis Statui aūt hoc ipꝝ apud me: ne iterū in tristicia venirē ad vos. Si enī ꝛtristo ꝛvos: & ꝗs est ꝗ me letificet. nisi ꝗ cōtristat ex me: Et hoc ipꝝ scripsi vobis: vt non cū venero tristiciā sup tristiciā habeā. de ꝗbus opoꝛtuerat me gaudere. ꝛfidēs i oīb⁹ vobis. qꝛ meum gaudiū oīꝝ vꝝ est. Nā ex multa tribulatōe & angustia coꝛdis scripsi vobis ꝑ multas lachꝛymas: nō vt cōtristemini/ sꝝ vt sciatis quā caritatē habeā abūdantius in vobis. Si ꝗs aūt ꝛtristauit me: nō me ꝛtristauit. sed ex parte vt nō onerē oēs vos. Sufficit illi/ ꝗ hmōi est obiurgatio hec ꝗ fit a plurib⁹: ita vt ecō trario/ magis donetis & cōsolemini/ ne forte abūdantioꝛi tristicia absoꝛbeat/ ꝗ hmōi est. Propter qđ obsecro vos: vt cō firmetis illū in caritate. Ideo enī scripsi vobis. vt cognoscā experimentū vestrū: an in oībus obediētes sitis. Si cui aūt aliquid donastis: & ego. Nam & ego qđ donaui si quid donaui ꝓpter vos in ꝑsona xpi: vt nō circūueniamur a sathana. Nō enī ignoꝛamus: cogitatōes eius. Secundum marcum. iiii.

In illo tpe. Cepit ielus docere ad mare: & ꝛgregata est ad eū turba multa. ita vt in nauī ascendēs sederet i mari. Et ois turba circa mare: sup terram erat. Et docebat illos in parabolis multa: & dicebat illis i doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminās: ad seminandū Et dū seminat: aliud cecidit circa viā. & venerūt volucres & comederunt illud. Aliud vero cecidit sup petrosa: vbi non habuit terrā multā. & statim exoꝛtū est qñ non habebat altitudinem terre. Et qñ exoꝛtus est sol exestuauit: & eo qđ nō habebat radicē exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascēderūt spine. & suffocauerūt illud. & fructū nō dedit. Et aliud cecidit in terrā bonā: & dabat fructū ascēdentē & crescentē. & afferebat vnū trigita. & vnū sexagita. & vnū centū. Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat

C Feria. vi. Ad coꝛinthios. ii. v.

Fratres. Sciētes timoꝛē dñi hoībus suademus: deo aūt manifesti sumus. Spero aūt et in ꝛsciētiis vestris: manifestos nos esse. Nō enī iterū cōmēdamus nos vobis. sed occasionē damus vobis gloꝛiādi ꝓ nobis: vt habeatis ad eos ꝗ i facie gloꝛiant & nō i coꝛde. Siue enī mēte excedim⁹ deo: siue sobꝛii sum⁹ vobis. Caritas enī xpi: vꝛget nos. Estimātes hoc qñ si vn⁹ ꝓ oībus moꝛtu⁹ est: ergo oēs moꝛtui sunt. Et ꝓ oīb⁹ moꝛtu⁹ est xps. vt & ꝗ viuūt iā non sibi viuāt: sed ei ꝗ ꝓ ipis moꝛtuus est: & resurrexit. Secundum lucam. xvii.

In illo tpe. Interrogat⁹ iel⁹ a pharisēis. qñ venit regnuꝝ dei: rndit eis & dixit Nō veniet regnū dei cū obseruatōe: neqꝝ dicent: ecce hic aut ecce illic. Ecce enī regnū dei: intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Veniēt dies: qñ desideretis videre vnū diē filii hois. & nō videbitis. Et dicēt vobis. Ecce hic: et ecce illic Nolite ire: neqꝝ sectamini. Nā sicut fulgur choꝛuscās de sub celo. in ea ꝗ sub celo sūt fulget: ita erit filiꝰ hois i die sua Primū aūt opoꝛtet illū multa pati: & reꝓbari a generatōe hac. Et sicut factū est i dieb⁹ noe: ita erit & i dieb⁹ filii hois. Edebāt & bibebāt: vxoꝛes ducebant/ et dabant ad nuptias. vsqꝝ in diē qua intrauit noe in archā. & venit diluuiū. & pdidit oēs. Sīr sicut factū est i dieb⁹ loth: edebāt & bibebāt. emebāt et vēdebant. plātabāt et edificabāt. Qua die āt exiit loth a sodomis: pluit ignē & sulphur de celo. & oēs pdidit. Scōꝝ hec erit: qua die

filius hois reuelabit. In illa hora q̄ fuerit in tecto ⁊ vasa ei⁹ in domo: ne descēdat tollere illa. Et q̄ in agro: sīl'r nō rede at retro. Memores estote: uxoris loth. Quicūq; q̄sierit aīam suā saluā facere: pdet illā. Et q̄cunq; pdiderit illā: viuificabit eam. Dico vobis in illa nocte erūt duo in lecto vno: vn⁹ assumet. ⁊ alter relinquet. Due erūt molētes i vnū: vna assumet. ⁊ altera relinquet. Duo in agro: vn⁹ assumet. ⁊ alter relinquet. Rñdētes: dicūt illi. Ubi dñe: Qui dixit illis. Ubicūq; fuerit corp⁹: illuc cōgregabūtur et aquile. Dñica i q̄nquagesima. Offn

Esto michi in deū ptectorē: ⁊ in locū refugii vt saluū me faci as q̄m firmamētū meū et refugiū meū es tu: et propter nomen tuū dux michi eris ⁊ enutries me. ps. In te domine speraui non confundar in eternū: in iusticia tua libera me ⁊ eripe me. Oratio.

Preces nr̄as q̄s dñe clemēter exaudi atq; a pctōr vinculis absolutos: ab oi aduersitate custodi. Per dñm

Ad corinthios. i.xiii.

Fratres. Si līguis hoim loquar ⁊ angelōr. caritatē aūt nō habeā: fact⁹ sū velut es sonās aut cymbalū tinniēs Et si habuero pphetiā. ⁊ noueri mysteria oia. ⁊ oēz sciētiā. ⁊ si habuero oēm fidē. ita vt mōtes trāsferā. caritatē aūt nō habuero: nichil sū Et si distribuero i cibos pauperz oēs facultates meas. ⁊ si tradidero corpus meū. ita vt ardeā. caritatē aūt nō habuero: nichil michi pdest. Caritas patiēs est: benigna est Caritas nō emulat: nō agit pperā. nō inflat. non est ābiciosa. nō q̄rit q̄ sua sūt. nō irritat. nō cogitat malū. non gaudet sup iniq̄tate cōgaudet aūt veritati. Oia suffert: oia credit. oia sperat. oia sustinet. Caritas nūq̄ excidit. Siue pphetie euacuabūt siue līgue cessabūt: siue sciētia destruet Ex parte enī cognoscim⁹: ⁊ ex parte pphetam⁹. Cū aūt venerit qđ pfectū est: euacuabit qđ ex parte est. Cū essez paruulus loq̄bar vt paruulus: sapiebaz vt paruulus. cogitabaz vt paruulus. Mī aūt factus sū vir: euacuaui q̄ erāt puuli

Videmus nūc p speculuz in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nūc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā. sicut et cognit⁹ sū. Nūc aūt manēt fides. spes. caritas: tria hec. Maior āt horū: est caritas. Gr. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia solus: notā fecisti i gētibus virtutē tuā. ℣. Liberasti in brachio tuo populū tuū filios israel iacob ⁊ ioseph. Tract⁹

Iubilate deo oīs terra: seruite dño in letitia. ℣. Introite in ꝓspectu eius in exultatōe. ℣. Scitote q̄m dñs ipe est deus. ℣. Ipse fecit nos ⁊ nō ipi nos: nos aūt pplus ei⁹ ⁊ oues pascue eius. Secundum lucam. xviii.

In illo tpe. Assūpsit iesus duodecim discipulos suos: et ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā: ⁊ cōsūmabunt oia q̄ scripta sunt. p pphetas de filio hominis. Tradet enī gētibus ⁊ illudet: et flagellabit. ⁊ exspuet. Et postq̄ flagellauerint. occidēt eū: et die tertia resurget. Et ipi nichil horū intellexerūt. Erat aūt verbū istud abscōditū ab eis: ⁊ nō intelligebāt q̄ dicebant. Factū est aūt cū appropinquaret hierico: cecus q̄dam sedebat secus viā mēdicans. Et cū audiret turbā. pretereūtē: interrogabat q̄d hoc esset. Dixerūt aūt ei: qđ iesus nazarenus trāsiret. Et clamauit dicēs. Jesu fili dauid: miserere mei. Et q̄ precedēbāt increpabant eū vt taceret. Ipse vero multoma gis clamabat. Fili dauid: miserere mei Stans autē iesus: iussit illū adduci ad se. Et cū appropiquasset: interrogauit illū dicens. Quid tibi vis faciam: At ille dixit. Dñe: vt videam. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua: te saluum fecit. Et confestim vidit: et sequebatur eum magnificās deum. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offert. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedictus es domine doce me iustificatōes tuas in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant i lege dñi: beati qui scrutantur testimonia eius i toto corde exquirunt eum. ℣. Aufer a plebe tua opprobrium ⁊ contemptum quia mandata tua non sumus obliti domine. Secreta.

Hec hostia q̄s dñe emundet nostra delicta: ⁊ sacrificiū celebrādū sub

ditor tibi corpora mētesq; sciscicet. Per
Prefatio quotid. Cōio. Māducauerunt &
saturati sunt nimis: & desiderii eor attulit eis
dñs: nō sūt fraudati a desiderio suo. Postcōio
Quesumus oms deus: vt q celestia
alimēta pcepim⁹ p hec tra oia
aduersa muniamur. Per. CFeria.iiii.i
capite ieiunii post sextā iprimis fiat ser
mo ad ppz si placuerit Deīde psternāt
se clerici in chor: & dicāt septē pos peni
tētiales cū Glia pri. & Sicut erat. & ān.
Ne reminiscaris. Excellētior vero sacerd.
indutus vestib⁹ sacerd. in cappa serica
rubea: cū diacono a dextris & subdiaco=
no a sinistris cū ceteris ministris altar
q oēs sint albis cū amictib⁹ induti ante
altare dicāt p se septē pos penitētiales i
pstratiōe cū ān. Ne reminiscaris. ps.
Dñe ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me. Mi
serere mei dñe qm infirm⁹ sū: sana me
dñe qm turbata sūt ossa mea. Et aīa
mea turbata ē valde: sz tu dñe vsq; quo.
Conuertere dñe & eripe aīaz meā: saluū
me fac ppter miam tuā. Qm nō est in
mort q memor sit tui: in inferno autez
qs cōfitebit tibi. Laboraui in gemitu
meo lauabo p singulas noctes lectū meū
lachrymis meis stratū meum rigabo.
Turbat⁹ est a furore ocul⁹ me⁹: inuete=
raui iter oēs inimicos meos. Discedite
a me oēs q operamini iniqtatē: qm exau=
diuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit
dñs deprationē meā: dñs oratiōem meā
suscepit. Erubescāt et turbent vehe=
mēter oēs inimici mei: conuertant & erube
scāt valde velociter. Glia patri. ps.
Beati quor remisse sūt iniqtates:
& quor tecta sunt pcta. Beatus
vir cui nō imputauit dñs pctm: nec est i
spū eius dolus. Qm tacui inueteraue=
rūt ossa mea: dū clamarē tota die Qm
die ac nocte grauata est sup me manus
tua: conuersus sū in erūna mea dū confi=
git spina. Delictū meū cognitū tibi fe
ci: & iniusticiā meā nō abscōdi. Dixi cō
fitebor aduersū me iniusticiā meā dño
& tu remisisti impietatē pcti mei. Oro hac
orabit ad te ois sctūs i tēpore opportuno
Tu erūtamē in diluuio aquar multar
ad eū nō approximabūt. Tu es refu=
giū meū a tribulatōe q circundedit me
exultatō mea erue me a circūdātib⁹ me
Intellectū tibi dabo & instruā te in via
hac qua gradieris firmabo sup te ocu=
los meos. Nolite fieri sicut equ⁹ & mu
lus: qbus nō est intellect⁹. In chamo &
freno maxillas eor constrige: q nō appro
pinquāt ad te. Multa flagella peccatoris
sperantē autē in dño mīa circundabit.
Letamini in dño & exultate iusti: & glo
riamini oēs recti corde. Gloria pri. ps.
Dñe ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me Qm
sagitte tue infixe sunt michi: & cōfirma
sti sup me manū tuā. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tue: non est pax
ossibus meis a facie pctōr meor Qm
iniqtates mee supgresse sūt caput meū
& sicut onus graue grauate sūt sup me.
Putruerunt & corrupte sunt cicatrices
mee: a facie insipientie mee. Miser fa=
ctus sum & curuatus sū vsq; in finē: to=
ta die cōtristatus ingrediebar. Qm lū=
bi mei impleti sunt illusionib⁹: et nō est
sanitas in carne mea Afflictus sū & hu
miliatus sum nimis: rugiebā a gemitu
cordis mei. Dñe ante te oē desiderium
meū & gemitus meus a te nō est abscō=
ditus. Cor meū cōturbatū est dereliqt
me virtus mea: & lumē oculor meor & ipm
nō est mecū. Amici mei et primi
mei: aduersū me appropiquauerunt et
steterūt. Et q iuxta me erant de longe
steterūt: & vim faciebāt q querebāt aīaz
meā. Et q inquirebant mala michi lo
cuti sunt vanitates: & dolos tota die me
ditabant. Ego aūt tanq; surdus nō au
diebā: & sicut mutus nō aperiēs os suū
Et factus sum sicut homo nō audiēs:
& non habens in ore suo redargutiōes.
Qm in te dñe speraui: tu exaudies me
dñe deus meus. Quia dixi nequando
supgaudeāt michi inimici mei: & dū cō
mouent pedes mei sup me magna lo=
cuti sunt. Qm ego in flagella paratus
sum: & dolor meus in spectu meo sem
per. Qm iniqtatem meā annūciabo: &

cogitabo p pctō meo Inimici aūt mei viuūt ꝫ ꝛfirmati sūt sup me: ꝫ multipli cati sūt q odēr̄t me iniq̄. Qui retribuūt mala p bonis detrahebāt michi: qm̄ se-q̄bar bonitatē. Ne dereliquas me dn̄e deus meus: ne discesseris a me. Intē-de in adiutoꝛiū meū: domine deus salu tis mee. Gloꝛia patri. ℣ Psalmus.

Miserere mei deus: scd̄z magnam miam tuā. Et scd̄m multitudi nē miserationū tuarū: dele iniq̄tatē meā Amplius laua me ab iniq̄tate mea: et a pctō meo mūda me Qm̄ iniq̄tatē meā ego cognosco: ꝫ pctm̄ meū cōtra me est semp. Tibi soli peccaui ꝫ malū coꝛā te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis et vicas cū iudicaris. Ecce enī in iniq̄ta-tibus cōceptus sū: ꝫ in pctis cōcepit me mater mea Ecce enī veritatē dilexisti: incerta ꝫ occulta sapiētie tue manifesta sti michi. Aspges me dn̄e ysopo ꝫ mū-daboꝛ lauabis me ꝫ sup niuē dealbaboꝛ Auditui meo dabis gaudiū ꝫ leticiā: ꝫ exultabūt ossa humiliata. Auerte fa-ciē tuā a pctis meis: ꝫ oēs iniq̄tates mea-as dele. Coꝛ mūdū crea in me de⁹ spm̄ rectū innoua i viscerib⁹ meis. Ne pi-cias me a facie tua: ꝫ spm̄ sanctū tuū ne auferas a me. Redde michi leticiā sa-lutaris tui: et spū p̄ncipali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝫ impii ad te cōuertent̄. Libera me de sāguinib⁹ deus deus salut̄ mee: ꝫ exultabit līgua mea iusticiā tuā. Dn̄e labia mea aperi es: ꝫ os meū ānūciabit laudē tuā. Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissez: vtiq̄ ho-locaustis non delectaberis. Sacrificiū deo spūs ꝛtribulat⁹: coꝛ ꝛtritū ꝫ humilia tū deus nō despicies. Benigne fac dn̄e in bona volūtate tua syō: vt edificētur muri hierusalē Tūc acceptabis sacrifi ciū iusticie oblatōes ꝫ holocausta tūc im-ponēt sup altare tuū vitulos. Gl̄ia. ℣s.

Dn̄e exaudi oꝛationē meam: ꝫ cla-moꝛ meus ad te veniat. Nō auer tas faciē tuā a me: in quacūq̄ die tribu loꝛ inclina ad me aurē tuā In quacun q̄ die īuocauero te: velociter exaudi me Coꝛ ꝛ defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerūt Percul sus sū vt fenū ꝫ aruit coꝛ meū: qꝛ oblit⁹ sū comedere panē meū. A voce gemi-tus mei: adhesit os meū carni mee. Si milis fact⁹ sū pellicano solitudinis: fa-ct⁹ sū sicut nicticoꝛax i domicilio. Vigi laui: ꝫ fact⁹ sū sicut passer solitari⁹ in te cto. Tota die exp̄obꝛabāt michi īimi-ci mei: ꝫ q laudabāt me aduersū me iu-rabāt. Coꝛ cinerē tāq̄ panē māducabā: ꝫ potū meū cū fletu miscebam A facie ire īdignatōis tue: qꝛ eleuās allisisti me Dies mei sicut vmbꝛa declinauerūt: ꝫ ego sicut fenū arui. Tu aūt dn̄e ineter nū p̄manes: ꝫ memoꝛiale tuū i genera-tiōe ꝫ generatōez. Tu exurgēs dn̄e mi sereberis syō: qꝛ tēpus miserēdi eius: qꝛ venit tēpus Qm̄ placuerūt seruis tuis lapides eius: ꝫ terre ei⁹ miserebūt. Et timebūt gētes nomē tuū dn̄e: ꝫ oēs re-ges terre gloꝛiā tuā. Qꝛ edificauit dn̄s syon: ꝫ videbit in gl̄ia sua. Respexit in oꝛationē humiliū: ꝫ nō sp̄euit p̄cē eo-rū. Scribant hec in generatiōe altera: ꝫ populus q creabit laudabit dn̄m Qꝛ p̄spexit de excelso sancto suo: dn̄s de ce-lo in terrā aspexit. Vt audiret gemit⁹ cōpeditoꝛ: vt solueret filios interēpto-rum. Vt annūciēt in syon nomē dn̄i: ꝫ laudē eius in hierusalē. In cōueniēdo populos in vnū: ꝫ reges vt seruiāt dn̄o. Respōdit ei in via virtutis sue: pauci-tatem dierū meoꝛ nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝛ: in generatione et generationem anni tui. Initio tu dn̄e terrā fundasti: et opera manuū tuarū sunt celi Ipi peribūt tu autē p̄manes: ꝫ oēs sicut vestimētū ve-terascent. Et sicut opertoꝛiū mutabis eos ꝫ mutabunt̄: tu autē idem ipse es ꝫ anni tui non deficiēt. Filii seruoꝛ tuo rū habitabūt: et semen eoꝛ in seculum dirigetur. Gloꝛia patri. ℣ Psalmus.

De p̄fundis clamaui ad te dn̄e: do mine exaudi vocē meā. Fiant aures tue intēdētes: i vocē deprecatōis mee. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit: Quia apud te p-piciatio est: et ꝓpter legē tuā sustinui te

dñe. Sustinuit aia mea in verbo eius: sperauit aia mea i dño. Acustodia matutina vsq; ad noctē: speret israel i dño. Quia apud dñm mia: & copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oibus iniqtatibus eius. Gloria pri. ps. Dñe exaudi orationē meam auribus pcipe obsecrationē meaz in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: qz nō iustificabit in aspectu tuo ois viuēs Qz persecutus est inimicus aiam meā: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos scl'i: & anxiat⁹ est sup me spūs meus / i me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquoz meditatus sū in oibus opib⁹ tuis: i factis manuū tuaz meditabar Et expandi manus meas ad te aia mea sicut terra sine aqua tibi. Velocit exaudi me dñe: defecit spūs me⁹. Non auertas faciē tuā a me: & silis ero descēdētib⁹ in lacū. Audita fac michi mane miam tuā qz in te spaui Nota fac michi viā i qua ambulē: qz ad te leuaui aiaz meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere volūtatē tuā: qz de⁹ me⁹ es tu. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me i terrā rectā: ppter nomē tuū dñe viuificabis me in eqtate tua. Et duces de tribulatōe aiam meā: & i mia tua dispdes oēs inimicos meos Et pdes oēs q tribulāt aiam meā: qm̄ ego seruus tu⁹ sū. Gloria pri. ān. Ne reminiscaris dñe delicta nra vel parentū nroz neq; vindictā sumas de pctis nris. Kyri el'. Xpe el'. Kyri el'. Pater noster Et hec oīa sine nota dñr taz a sacerdote q̄ a toto choro: puero interi tenēte vexillum cilicinū ppe sinistrū cornu altaris. Deide erigat se sacerd̄. cū diacono & subdiacono: & solus dicat sup ppm̄ cōversus ad orientē corā dextro cornu altaris hoc mō. Et ne nos ducas in tēptatōez. Chor⁹ rn̄deat. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperātes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sancto. Et de syō tuere eos. Cōuertere domine vsq; quo. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et ppter gloriaz nois tui dñe libera nos & propicius esto pctis nr̄is ppter nomē tuū Dñe exaudi oronem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio

Exaudi quesumus dñe preces nostras & confitentiū tibi parce peccatis: vt quos cōscientie reatus accusat indulgentia tue miseratōnis absoluat. Per xpm. Re. Amē. Et oēs orōes dñr cū Oremus. & finiant more lectōis. Nō dr Dñs vobiscū. nisi ante primā oronez tā tū. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Aflit qs dñe famulis tuis inspiratio gre salutaris. q corda eor fletu vbertate resoluat. sicq; macerando cōficiat: vt iracūdie tue mot⁹ idonea satisfactiōe cōpescat. Per xpm. Oremus.

Da qs dñe deus noster his Dño. famulis tuis continuā purgationis sue obseruantiā penitēdo gerere: & vt hoc efficatius implere valeāt gratia eos tue visitationis preueniat et subsequatur. Per xpm. Oremus. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos quesumus dñe mia tua: vt omnes iniquitates eor celeri indulgentia deleantur. Per xpm. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicatōnibus nr̄is nec sit ab his famulis tuis clemētie tue lōginqua miseratio. sana vulnera. eorq; remitte pcta: vt nullis a te iniqtatibus separati. tibi dño semp valeāt adherere. Per xpm. Oremus. Oratio.

Deus noster q offensione nra Dño vinceris. sed satisfactiōe placaris respice qs sup famulos tuos: q se tibi grauiter peccasse cōfitent. tuum est eni absolutionē criminū dare. & veniaz prestare peccantibus q dixisti. penitētiā te malle pctōr / q̄ mortez. concede ergo dñe his famulis tuis. vt tibi penitentie excubias celebrent / et correctis actibus suis / gaudia ferri sibi a te sempiterna gaudia gratulent. Per xpm. Oremus. Oratio.

Deus cuius indulgētia ois homo indiget memēto famulor famularūq; tuarū. & qz lubrica terrenaq; corporis fragilitate nudati / tute i multis

deliquerũt: ꝗs vt des veniã ꝛfitẽtibus. parcas supplicib⁹ vt ꝙ suis meritꝭ accusant. tua miseratõe saluẽt. Per xp̃z. Hic nõ dr Dñs vobiscũ. neqz Oremꝰ. sz vertat se sacet. ad ppꝛz ꝫ extẽdẽs manũ dicat sup eos sñ nota: sz i audiẽtia hoc mõ

Absoluimus vos vice beati petri apꝰoꝝ pꝛincipis cui collata est a dño ptãs ligãdi atqz soluẽdi ꝫ quãtũ ad vos ptinet accusatio et ad nos remissio sit vobis omps deus vita ꝫ salus ꝫ oĩm pctõꝝ vestroꝝ pius idultoꝛ. Qui viuit ꝫ regnat cũ deo põe. Deide surgãt oẽs a pstratõe osculãtes terrã vel foꝛmulas: sacerd̃. dicẽte. Qui viuit. ꝛc. Deide fiat bñdictio cineruꝫ: sine Dñs vobis. ꝫ sine Oremus. a sacerdote ad oꝛiẽtẽ cõuerso.

Omps sempiterne deus ꝙ miserer⁊ oĩz. ꝫ nichil odisti eoꝝ ꝙ fecisti. dissimulãs pctã hoim ppter penitentiã: ꝙ etiã subuenis in necessitate laboꝛãtib⁹ bene ✠ dicere ꝫ sãcti ✠ ficare hos cineres dignare. quos causa hũilitatis ꝫ sãcte religionis ad emũdãda delicta nr̃a. sup capita nr̃a moꝛe niniuitaꝝ ferre cõtulisti. ꝫ da p̃ iuocationẽ scti tui nois: vt oẽs ꝙ eos ad depꝛecandã miam tuã sup capita sua tulerint a te mereant oĩm delictoꝝ suoꝝ veniaz accipere. et hodie sic eoꝝ inchoare sancta ieiunia: vt in die resurrectiõis purificatis mẽtibus ad sanctã mereant accedere pascha. ꝫ in futuro ppetuã accipere gloꝛiã. Per dñz. Hic aꝑgat aqua bñdicta sup cineres. deide dr Dñs vobiscũ. ꝫ Oremus. Oratio.

Deus ꝙ nõ moꝛtẽ sed penitẽtiã deslideras pctõꝝ fragilitatẽ ꝛditionis humãe benignissime respice. ꝫ hos cineres quos causa p̃ferende hũilitatis atqz pmerẽde venie capitibus nr̃is ipponi decreuim⁹ bene ✠ dicere ꝫ sancti ✠ ficare p̃ tua pietate digneris: vt ꝙ nos cineres esse monuisti ꝫ ob pꝛauitatis nr̃e meritũ in puluerẽ reuersuros cognoscimus pctõꝝ oĩz veniã ꝫ pꝛemia penitẽtib⁹ repꝛomissa. misericoꝛditer ꝛsequ̇ mereamur Per. Postea distribuãt cineres sup capita clericoꝝ et laicoꝝ a dignioꝛibus ꝓnis signo crucis cinerib⁹ signẽt sic dicẽdo. Memẽto homo qd̃ cinis es ꝫ in cinerẽ reuerteris. In noĩe p̃ris et filii ꝫ spũs sci. Amẽ. Et interi cãtẽt seq̃ntes ãn. Exaudi nos dñe qm̃ benigna est mia tua: scdz multitudinẽ miserationũ tuaꝝ respice nos dñe. ps. Saluũ me fac deus: qm̃ intrauerunt aque vsqz ad aiaz meã. Nõ dr nisi pꝛim⁹ v. p̃. sed stati sequat. Gꝛia patri. Deide repetat ãn. Exaudi. Alia ãn. Juxta vestibulũ ꝫ altare ploꝛabant sacerdotes et leuite ministri dñi dicẽtes: parce dñe parce ppꝛo tuo: ꝫ ne dissipes oꝛa clamãtiũ ad te dñe. Alia ãn. Immutemur habitu i cinere ꝫ cilicio: ieiunem⁹ ꝫ ploꝛem⁹ ãte dñz: qꝛ multuz misericoꝛs est dimittere pctã nr̃a de⁹ nr̃. Peracto hoc offõ dicat sacerd̃. ad gradũ choꝛi. Dñs vobiscũ. ꝫ Oremꝰ.

Deus ꝙ iuste iracsceris ꝫ clementer ignoscis. afflicti ppꝛi tui lachꝛymas suscipe: ꝫ irã tue indignationis quaz iuste meret ppiciatus auerte. Per xp̃m. Alia oꝛatio cum Oremus.

Concede nobis ꝗs dñe pꝛesidia militie xp̃iane sic sctis inchoare ieiuniis: vt cõtra spũales nequcias pugnaturi. continẽtie muniamur auxiliis. Per. Ejectis penitẽtib⁹ vt patet officiũ in processionalibus incipiat missa hoc modo

Misereris oĩz dñe ꝫ nichil odisti eoꝝ ꝙ fecisti: dissimulãs pctã hoim ppter penitẽtiaz ꝫ parcẽs illis qꝛ tu es dñs deus nr̃. ps. Miserere mei de⁹ miserere mei: qm̃ i te ꝛfidit aia mea. Nõ repetat offm̃ sed stati sequat. Gꝛia patri. Dicto kyrie. sacerd̃ dicat. Dñs vobiscũ. ꝫ Oremus ꝫ postea dicat diacon⁹ Flectam⁹ genua. ꝫ tũc oẽs genu flectẽt Deinde diacono dicẽte sic. Leuate. surgant oẽs oscultantes foꝛmulas. Oratio

Presta ꝗs dñe fidelibus tuis: vt ieiunioꝝ veneranda solẽnia ꝫ congrua pietate suscipiãt. ꝫ secura deuotione percurrant. Per. Ab hac die vsqz ad cenã dñi in oĩbus missis de ieiunio fiat mẽoꝛia p̃ penitẽtib⁹ cũ hac oõne. Exaudi ꝗs dñe suppꝛ. vt patet in fine libꝛi. Hac die ꝫ tribus diebus sequẽtibus ꝙnoqz dicũtur oꝛationes sicut in pꝛima dominica aduentus dñi supꝛa dictum est. Lectio iohelis pꝛophete. ii.

Hec dicit dñs. Cõuertimini ad me in toto coꝛde vẽo. in ieiunio ⁊ fletu. ⁊ plãctu: ⁊ scindite coꝛda vẽa. ⁊ nõ vestimẽta vẽa. Et ꝛuertimini ad dñm deũ vestrũ: qꝛ benignus ⁊ misericorꝫs est patiẽs ⁊ multe mĩe ⁊ pꝛestabilis sup malicia. Quis scit si cõuertat ⁊ ignoscat de⁹. ⁊ reliquat post se benedictionẽ: Sacrificiũ ⁊ libamẽ: dño deo nõo. Canite tuba in syõ: sctificate ieiuniũ. vocate cetũ. ꝛgregate pp̃m. sctificate eccleſiã. Coadunate senes: ꝛgregate paruulos. ⁊ sugẽtes vbera. Egrediat sp̃ōsus de cubili suo: ⁊ sp̃ōsa de thalamo suo. Inter vestibulũ ⁊ altare: ploꝛabũt sacerdotes ministri dñi ⁊ dicẽt. Parce dñe parce populo tuo: ⁊ ne des hereditatẽ tuã i oppꝛobꝛiũ vt dñentur eis natiões. Quare dicũt in populis. vbi est de⁹ eoꝝ: ꝛelatus est dñs terrã suã: ⁊ pepcit pp̃lo suo. Et respõdit dñs. ⁊ dixit populo suo. Ecce ego mittã vobis frumentũ ⁊ vinũ ⁊ oleũ: et repleb̃imini in eis. ⁊ non dabo vos vltra oppꝛobꝛiũ in gentibus. Dicit dñs: omnipotẽs. Gꝛ. Miserere mei deus: miserere mei quoniã in te confidit anima mea. ℣. Misit de celo et liberauit me. dedit in oppꝛobꝛiũ conculcantes me. Chorus alternati dicat tract⁹

Dne nõ scõm pctã nã q̃ fecimus nos: neq; scdz iniq̃tates nãs retribuas nobis ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nãꝝ ãtiquaꝝ cito anticipẽt nos mĩe tue: qꝛ pauperes facti sumus nimis. Hic nõ fiat genuflectio cuz dꝛ ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ pꝛopter gloꝛiã noĩs tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpci⁹ esto peccatis nostris: ꝓpter nomẽ tuũ. Iste tract⁹ dꝛ oi. ii. feꝛ. ⁊. vi. fe. ad missã de ieiunio / vsq; ad cenã dñi. Scõm matheum. vi.

In illo tp̃e. Dixit ihesus discipulis suis. Cũ ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enĩ facies suas: vt appareãt hoĩbus ieiunãtes. Amẽ dico vobis: receperũt meꝛcedẽ suã. Tu aũt cũ ieiunas: vnge caput tuũ ⁊ faciẽ tuã laua. ne videaris hoĩbus ieiunãs. sed patri tuo q̃ est in absc̃ōdito. ⁊ pater tuus q̃ videt in absc̃ōdito reddet tibi Nolite thesaurizare vobis thesauros i terra: vbi erugo ⁊ tinea demolit. et vbi fures effodiũt et furant. Thesaurizate aũt vobis thesauros i celo: vbi neq; erugo. neq; tinea demolit. et vbi fures non effodiunt neq; furant. Vbi enĩ est thesaurus tuus: ibi est ⁊ coꝛ tuũ. Offr. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te et sanasti me. ℣. Dñe abstraxisti ab inferis aiam meã: saluasti me a descẽdẽtib⁹ i lacũ. Secreta

Hac nos dñe q̃s his muneribus offerendis cõueniẽter aptari: quibus ipsius venerabilis ieiunii celebꝛamus eꝛoꝛdiũ. Per. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Hec p̃fatio dꝛ in oi missa de ieiunio vsq; ad cenã dñi: ⁊ Flectam⁹ genua leuate. ⁊ Hũiliate capita vẽa deo Cõio. Qui meditabit in lege dñi die ac nocte: dabit fructum suũ in tempoꝛe suo. Postcõio.

Percepta nobis dñe pꝛebeãt sacramenta subsidiuꝫ: vt et tibi grata sint nostra ieiunia / ⁊ nobis pꝛoficiãt ad medelã. Per dñm. Finitis postcõionib⁹ pꝛeter illã q̃ dicet sup pp̃m sic. Per oĩa secula seculoꝝ. Ame. Amen. Dicat i acerꝛ. Oꝛemus. Deide dicat diacon⁹. Hũiliate capita vẽa deo. Sup populũ. Oꝛatio

Inclinantes se dñe maiestati tue p piciatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti. celestibus semper nutriant auxiliis. Per dñm. Et sic missa cum Benedicamus dño. finiatur.

℣Feria.v. Ad missam. Officium.

Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appꝛopinquãt michi et humiliauit eos q̃ est ante secula et manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ i dño ⁊ ipe te enutriet ps. Exaudi deus oꝛationẽ meã ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã: itẽde michi ⁊ exaudi me. Glia. Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Deus qui culpa offenderis penitẽtia placaris: pces populi tui supplicatis pꝛopicius respice: ⁊ flagella tue iracundie que pꝛo peccatis nostris meremur ꝓpciatus auerte. Per dominũ. Lectio ysaie pꝛophete. xxxviii.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq; ad moꝛtez: et introiuit ad eũ ysaias filius amos ꝓpheta. ⁊ dixit ei.

hec dicit dñs. Dispone domui tue: qa moriēris tu & nō viues. Et cōuertit ezechias faciē suam ad parietē: & orauit ad dñm & dixit. Obsecro dñe: memento qso. quomodo ābulauerī coram te in veritate. & ī corde perfecto. & qđ bonū est ī oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est verbū dñi ad isaiā pphetā dicens. Vade: & dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui orōnez tuā: & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciā sup dies tuos qndeci annos: & de manu regis assirioꝝ eruā te. & ciuitatē istā / & protegā eā. Dicit dñs: ops. Gr. Jacta cogitatū tuū in dño: & ipse te enutriet. v. Dum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā: ab his qui appropinquant michi. Repetatur grad. Scām matheum. viii.

In illo tpe. Cum introisset iesus capharnaū: accessit ad eū centurio. rogās eū & dicēs. Dñe: puer meus iacet in domo paraliticus: & male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniā: & curabo eū Et respōdens cēturio: ait. Dñe: nō sum dignus. vt intres sub tectū meū: sed tāntū dic verbo. & sanabit puer meus. Nām & ego homo sū sub potestate ⁊stitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: & vadit. Et alio veni: & venit. Et seruo meo fac hoc: & facit. Audiens aūt iesus mirat⁹ est: & sequētib⁹ se dixit. Amē dico vobis: nō inueni tātā fidē in israel. Dico aūt vobis: qđ multi ab oriēte & occidēte venient. & recūbent cū abrahā. ysaac / & iacob. ī regno celoꝝ. Filii aūt regni eicient ī tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentiū. Et dixit iesus cēturioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offr. Ad te dñe leuaui aiam meā de⁹ meus ī te confido nō erubescā: neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant nō cōfundent. v. Dirige me in veritate tua doce me: qr tu es deus salutaris meus: & te sustinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera que dedisti: vt & creationis tue circa mortalitatem nostram testificentur auxilium. et remedium nobis immortalitatis operentur. Per dñm. Cōio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes: et holocausta super altare tuum domine. Postcōio.

Concede fidelibus tuis dñe qs & sine cessatione capere paschalia sacramēta: & desideranter expectare ventura vt in mysteriis qbus renouati sūt pmanētes. ad nouā vitaz his operibus pducant. Per. Sup populū. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce dñe parce populo tuo: vt dignis flagellatiōibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dñm.

¶ Feria.vi. in capite ieiunii. Officium.

Audiuit dñs & misertus est michi: dñs factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me Gloria pri. Flectamus genua leuate. Dō.

Inchoata ieiunia qs dñe benigno fauore prosequere: vt obseruantiā quā corporaliter exhibemus mētibus etiā sinceris exercere valeamus. Per d̄.

Lectio isaie prophete. lviii.

Hec dicit dñs de⁹. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuā. Et annūcia populo meo scelera eorū: et domui iacob pctā eorū. Me etenim de die in diē querūt: & scire vias meas volūt. quasi gēs q iusticiā fecerit. & que iudiciū dei sui nō dereliq̄rit. Rogant me iudicia iusticie: & approp̄quare deo volūt. Quare ieiunauim⁹ & nō aspexisti. humiliauim⁹ aias nr̄as & nescisti. Ecce in die ieiunii vr̄i inuenit volūtas vr̄a: & oēs debitores vr̄os repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diē: vt audiat in excelso clamor vester. Numqd tale est ieiunium qđ elegi. p diē affligere hominē aiam suā? Numqd cōtorq̄bit te quasi circulū caput suū. & saccū & cinerē sternere? Nūqd istud vocabis ieiunium. & diē acceptabilē dño? Nōne hoc est magis ieiunium qđ elegi? Dissolue colligatōnes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos q confracti sūt liberos: et oē onus disrūpe. Frāge esurienti panē tuū: & egenos vagosq; induc ī domū tuā. Cū videris nudū operi eū: & carnē tuā ne de-

spexeris. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū: et sanitas tua citi⁹ orieť. Et ātecibit faciē tuā iusticia tua: ⁊ gl'ia dñi colliget te. Tūc inuocabis: ⁊ dñs exaudiet. Clamabis: ⁊ dicet ecce assū. Si milericors fū: dñs deus tu⁹. Gr. Unā petii a dño hāc requirā: vt ĩhabitē in domo dñi. ℣. Ut videāvolūtatē dñi ⁊ ptegar a tēplo sc̄o eius. Tractus

Dñe nō sc̄ōm pctā nostra q̄ fecimus nos: neq; sc̄ōm iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nr̄arū antiquay: cito anticipēt nos mīe tue: q; paupes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ ppter gl'iaz nois tui dñe libera nos: ⁊ ppici⁹ esto pctis nr̄is ppter nomē tuū. Sc̄ōm matheum. v

In illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis q; dictum est. Diliges pximū tuū: ⁊ odio habebis inimicū tuū. Ego aūt: dico vobis. Diligite inimicos vr̄os. benefacite his q̄ oderūt vos: ⁊ orate p̄ persequētibus ⁊ calūniātib⁹ vos. vt sitis filii patris vestri qui in celis est. Qui solē suū oriri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Si enī diligitis eos q̄ vos diligūt: quā mercedē habebitis: Nōne ⁊ publicani hoc faciūt: Et si salutaueritis fratres vr̄os tantū: qd amplius facitis: Nōne et ethnici hoc faciūt: Estote ergo et vos pfecti: sicut ⁊ pater vester celestis pfect⁹ est. Attēdite ne iusticiā vestrā faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alioqn: mercedē nō habebitis. apud patrē vr̄m q̄ in celis est. Cū ergo facis elemosynā: noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt in synagogis ⁊ in vicis. vt honorificent ab hoibus. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Te aūt faciēte elemosynā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. vt sit elemosyna tua in abscōdito. Et pater tuus q̄ videt in abscōdito: reddet tibi. Et cū orātis: non eritis sicut hypocrite q̄ amāt in synagogis ⁊ i angulis platearū stantes orare. vt videant ab hoibus. Amen dico vobis: receperūt mercedē suā Tu aūt cū oraueris: intra in cubiculū tuū. ⁊ clauso ostio. ora patrē tuū in abscōdito. Et pater tuus q̄ videt in abscondito: reddet tibi. Offr.

Dñe viuifica me sc̄ōm eloquiū tuum: vt sciam testimonia tua. ℣. Fac cum seruo tuo domine sc̄ōm magnam misericordiam tuam: ⁊ ne auferas de ore meo verbū veritatis. Secreta.

Sacrificiū dñe obseruātie quadragesimalis offerimus pr̄esta q̄s: vt ⁊ tibi mētes nr̄as reddat acceptas: et continētie pr̄ōptionis nobis tribuat facultatem. Per dñm. Cōio. Seruite dño i timore ⁊ exultate ei cū tremore: apprehēdite disciplinā ne pereatis de via iusta. Postcōio.

Tribue nobis q̄s op̄s deus: vt dona celestia que debito frequētamus obsequio. salutaria nobis iugiter sentiamus. Per ď. Sup ppl'm. Quem⁹ humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tuere dñe populū tuū ⁊ ab oībus pctis clemēter emūda: q; nulla ei nocebit aduersitas. si nulla dñetur iniquitas. Per. ℣ Sabbato. Officium.

Audiuit dñs ⁊ misertus est mihi/ domin⁹ factus est adiutor meus. ℣s. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri et filio. Flectamus genua leuate. Oratio.

Adesto dñe supplicatōibus nr̄is ⁊ cōcede: vt hoc solēne ieiuniū qđ aīabus corporibusq; curādis salubriter institutū est/ deuoto seruitio celebrem⁹ Per dñm. Lectio isaie pr̄ophete. lviii.

Hec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenā. ⁊ desieris digitū extēdere. ⁊ loqui qđ non pdest. Cū effuderis esurienti aīam tuā. ⁊ aīam afflictā repleueris: orieť in tenebris lux tua. ⁊ tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs de⁹ tuus semp: ⁊ implebit splēdoribus aīam tuā. ⁊ ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: ⁊ sicut fons aquarū. cuius nō deficient aque. Et edificabunť in te deserta seculor̄: fundamēta generatōis ⁊ generationis suscitabis. Et vocaber⁊ edificator sepiū: auertēs semitas iniq̄tatū. Si auerteris a sabbato pedē tuū facere voluntatē tuā in die sc̄tō meo: ⁊ vocaberis sabbatū delicatū et sanctū dñi glorios̄um. Et

glorificaueris eũ dũ nõ facis vias tuas: ꝛ nõ inueniet volũtas tua. vt loquaris sermonẽ tuũ delectaberis sup dño. ꝛ sustollã te sup altitudinẽ terre. ꝛ cibabo te hereditate iacob pris tui. Os enĩ dñi: locutũ est hec. Ait dñs: ops. Gr. Unã petii a dño hanc requirã: vt inhabitẽ in domo dñi. ℣. Ut videam volũtatem dñi: et ptegar a templo sancto eius. Secundum marcum. vi. In illo tpe. Cũ sero esset factũ. erat nauis ĩ medio mari: ꝛ ipse solus in terra. Et vidit eos laborãtes in remigãdo: erat enĩ vẽtꝰ cõtrariꝰ eis. Et circa quartã vigiliã noctis. venit ad eos ãbulãs supra mare: ꝛ volebat preterire eos. At illi vt viderũt eũ supra mare ambulantẽ: putauerũt fantasma esse/ ꝛ exclamauerũt. Oẽs enĩ viderũt eũ: ꝛ turbati sunt. Et statim locutus est cũ eis: ꝛ dixit illis. Cõfidite: ego sũ/ nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauim: et cessauit vẽtus. ꝛ plus magis intra se stupebant Non enĩ intellexerant de panibus: erat enĩ cor illoꝝ obcecatũ. Et cũ trãsfretassent: puenerũt in terrã genesareth. ꝛ applicuerũt. Cũq; egressi essẽt de naui: cõtinuo cognouerũt eũ. Et pcurrẽtes vniuersã regionẽ illã: ceperunt in grabatis eos q̃ se male habebãt circũferre. vbi audiebãt eũ esse. Et quocũq; introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebãt infirmos. ꝛ deprecabãtur eũ. vt vel fimbriã vestimẽti eiꝰ tãgerẽt Et quotquot tãgebãt eũ: salui fiebant.

Off. Dñe viuifica me scõm eloquiũ tuuz: vt sciam testimonia tua. ℣. Da michi intellectum vt discam mandata tua: et voluntaria oris mei sac nichi in beneplacito domine. Secreta.

Prepara nos dñe qs huius votiuis abstinẽtie officiis: vt hec sacrificia venerãda. sobriis semp mẽtibus celebremus. Per dñm. Cõio. Seruite dño in timore: ꝛ exultate ei cum tremore: apprehẽdite disciplinã ne pereatis devia iusta. Postcõio

Celestis vite munere vegetati qsumus dñe deꝰ noster: vt qd̃ est nobis i presenti vita mysteriũ. fiat eternitatis auxiliũ. Per dñz. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Hac nos qs dñe salutis nostre cautas. et deuotis semp frequẽtare seruitiis: et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dñm nostrum.

¶ Dñica prima. rl. Ad missaz. Officiũ.

Invocabit me ꝛ ego exaudiaz eũ: eripiã eũ: ꝛ glorificabo eũ longitudine dierũ adimplebo eũ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Oratio.

Deus q̃ ecclesiã tuã annua quadragesimali obseruatiõe purificas. pstа familie tue: vt qd̃ a te obtinere abstinẽdo nititur. hoc bonis operibus exequat. Per dñm. Ad corinthios. ii. vi.

Fratres. Hortamur vos: ne in vacuũ gr̃am dei recipiatis. Ait enĩ Tẽpore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nũc tẽpus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllã offensionẽ: vt nõ vituperet ministeriũ nostrũ. Sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patiẽtia: in tribulatõibus/ in necessitatibus/ in angustiis/ in plagis/ ĩ carceribus/ in seditiõibus/ in laboribus in vigiliis/ in ieiuniis/ ĩ castitate/ in sciẽtia/ in lõganimitate/ in suauitate/ in spiritu sctõ. In caritate nõ ficta: ĩ verbo veritatis. ĩ virtute dei. Per arma iusticie: a dextris ꝛ a sinistris. Per gloriã ꝛ ignobilitatẽ: p infamiã. ꝛ bonã famã. Ut seductores: ꝛ veraces. Sicut q̃ ignoti ꝛ cognoti. Quasi morientes: ꝛ ecce viuimus. Ut castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semp aũt gaudẽtes. Sicut egentes: multos autẽ locupletãtes. Tãq; nichil habẽtes: ꝛ oĩa possidẽtes. Gr. Angelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in oĩbus viis tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedem tuum. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cõmorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiũ meũ deus meus sperabo in eũ. Quĩ ipse liberauit me de laqueo venantiũ: ꝛ a verbo aspero Scapulis suis obumbrabit tibi: ꝛ sub pẽnis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volãte p diẽ a negocio

yambulãte in tenebris: a ruina ⁊ demonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decẽ milia a dextris tuis:tibi aũt nõ appropiquabit Quñ angelis suis mãdauit de te:vt custodiãt te in oĩbus vĩis tuis. In manib⁹ portabũt te:nequã offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Sup aspidẽ ⁊ basiliscũ ambulabis:⁊ cõculcabis leonẽ ⁊ draconẽ Quñ in me sperauit liberabo eũ ⁊ ptegam eũ: quñ cognouit nomen meum. Inuocabit me ⁊ ego exaudiam eum:cũ ipso sum in tribulatione Eripiã eũ ⁊ glorificabo eũ:longitudine dierũ adimplebo eum ⁊ ostendã illi salutare meum.

Secundum matheum. iiii.

In illo tpe. Ductus est ihesus in desertũ a spũ:vt tẽptaret a diabolo. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus et quadragita noctibus:postea esuriit. Et accedẽs tẽptator:dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiãt. Qui respõdẽs:dixit. Scriptũ est. Nõ in solo pane viuit homo:sed ĩ oi verbo qđ pcedit de ore dei. Tũc assũpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ: ⁊ statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli. ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptũ est enĩ: q⁹ angelis suis mãdauit de te. ⁊ in manibus tollẽt te. ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ Ait illi ihesus rursũ. Scriptũ est. Non tẽptabis dñm deũ tuũ. Iterũ assumpsit eũ diabolus ĩ mõtẽ excelsũ valde: ⁊ ostẽdit ei oĩa regna mũdi. ⁊ gloriã eor. ⁊ dixit illi. Hec oĩa tibi dabo:si cadẽs adoraueris me. Tũc dixit ei ihesus. Vade sathana: scriptũ est enĩ. Dñm deũ tuũ adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: ⁊ ecce angeli accesserũt: ⁊ ministrabant ei. Offr. Scapulis suis obumbrabit tibi dñs: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circumdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiũ quadragesimalis initii solẽniter ĩmmolamus:te dñe deprecãtes:vt cũ epularũ restrictõe carnaliũ/a noxiis quoq⁹ voluptatibus tẽperemur. Per Prefatio quotid. Cõio. Scapulis suis obũbrabit tibi:⁊ sub pẽnis eius sperabis scuto circũdabit te veritas ei⁹. Postcõio.

Tui nos dñe sacramẽti libatio scã restauret: et a vetustate purgatos. ĩ mysterii salutaris faciat trãsire cõ

sortiũ.y. Fer.ii.post Inuocauit. Offiñ.

Sicut oculi seruor ĩ manib⁹ dñor suor: ita oculi nri ad dñm deũ nostrũ donec misereat nri. miserere nobis dñe miserere nobis. ℣. Ad te leuaui ocl̃os meos:q̃ habitas in celis. Flectamus genua. Leuate. Dõo

Conuerte nos de⁹ salutaris noster ⁊ vt nobis ieiunium quadragesi male pficiat. mentes nostras celestib⁹ instrue disciplinis. Per. Ab hac die vsq⁹ ad cenã dñi in oĩ missa de ieiunio dñr le ptẽ oõnes sicuti do. i. aduẽt⁹ dñi supra dictũ est. Lctõ ezechielis pphete. xxxiiii

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipe requirã oues meas. ⁊ visitabo illas sicut visitat pastor gregẽ suũ/in die qñ fuerit in medio ouiũ suarũ dissipatar: sic visitabo oues meas et liberabo eas de oĩbus locis in q̃bus dispse fuerant ĩ die nubis et caliginis. Et educaz eas de populis: ⁊ cõgregabo eas de terris. Et inducã eas in terrã suã: ⁊ pascam eas in mõtibus israel. in riuis ⁊ ĩ cũctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascã eas: ⁊ in mõtibus excelsis israel erũt pascue earũ. Ibi requiescẽt in herbis virẽtibus: ⁊ in pascuis pinguibus pascent sup mõtes israel. Ego pascã oues meas:et ego eas accubare faciã. dicit dñs deus. Qđ perierat requirã: ⁊ qđ abiectũ fuerat reducã. ⁊ qđ confractũ fuerat. alligabo. et qđ infirmũ fuerat consolidabo. ⁊ quod pingue ⁊ forte custodiam. et pascam illas in iudicio ⁊ iusticia. Dicit dñs: oĩpotens. Gr. Protector nr̃ aspice de⁹ ⁊ respice super seruos tuos. ℟. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tractus

Die nõ scõm pcta nostra q̃ fecimus nos: neq⁹ scõm iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℟. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ cito anticipẽt nos mie tue: q⁹ pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ dr. ℟. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ⁊ ppter gloriã nois tui dñe libera nos: ⁊ p[illegible]picius esto peccatis nostris/ propter nomẽ tuum.

Secundum matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Cũ venerit filius hois ĩ ma

iestate sua. ⁊ oēs angeli cū eo: tunc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et cōgregabunt ante eū oēs gētes: ⁊ separabit eos ab inuicē. sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues qdē a dextris suis: hedos autē a sinistris. Tūc dicet rex: his qa dextris eiꝰ erūt. Uenite bñdicti pr̄is mei: possidete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi. Esuriui enī: ⁊ dedistis michi māducare. Sitiui: ⁊ dedistis michi bibere. Hospes erā: et collegistis me. Nudus: ⁊ operuistis me. Infirmꝰ: ⁊ visitastis me. In carcere erā: ⁊ venistis ad me. Tūc rñdebūt ei iusti: dicētes. Domine: qñ vidimꝰ te esuriētē/ ⁊ pauimꝰ: Sitientē/ ⁊ dedimꝰ potū: Qñ aūt te vidimus hospitē/ et collegimꝰ te: Aut nudū/ ⁊ cooperuimꝰ te: Aut qñ te vidimꝰ infirmū. aut in carcere/ ⁊ venimꝰ ad te: Et respōdēs rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribꝰ meis minimis. michi fecistis. Tūc dicet ⁊ his: qa sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Esuriui enī: ⁊ nō dedistis michi māducare. Sitiui: ⁊ non dedistis michi potū. Hospes erā: ⁊ nō collegistis me. Nudꝰ: ⁊ nō operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere: et nō visitastis me. Tūc respōdebūt ei ⁊ ipsi: dicētes. Dñe: qñ te vidimus esuriētem/ aut sitientē/ aut hospitē/ aut nudū/ aut infirmū. vel in carcere. ⁊ nō ministrauimus tibi: Tūc rñdebit illis: dicēs. Amē dico vobis: q̄diu nō fecistis vni de minoribus his. nec michi fecistis. Et ibūt hi in supplicīū eternū: iusti autē: in vitā eternā. Offr̄. Leuabo oculos meos ⁊ cōsiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iusticiam tuā: da michi intellectū vt discā mādata tua. ℣. Legē pone michi dñe ⁊ viā iustificationū tuarꝰ exquirā ⁊ i p̄ceptis tuis me exercebor. Secret

Accepta tibi sit dñe quesumus nostre deuotōis oblatio: que ⁊ ieiuniū nostrū te operante sanctificet: et indulgentiā nobis tue consolatōnis obtineat. Per. Cōio. Uoce mea ad dñm clamaui ⁊ exaudiuit me de mōte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. Postcōio.

Prosint nobis dñe qs frequentata mysteria: q̄ nos et a cupiditatibꝰ terrenis expediāt ⁊ instruāt amare celestia. Per dñm nr̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Absolue qsumus dñe nostrorꝰ vincula peccatorꝰ: ⁊ quicquid p eis meremur. ppiciatus auerte. Per dñm

¶ Feria.iii. post Jnuocauit. Officium.

Dñe refugiū factus es nobis a generatōe ⁊ pgenie: a scō ⁊ ī scō m tu es. ps. Priusq̄ mōtes fierēt aut formaret terra ⁊ orbis. Nō dr̄ vlteriꝰ flectamus genua. Leuate. Oratio.

Respice dñe familiā tuam ⁊ pcessa: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat. q̄ se carnis maceratōe castigat. Per dñm. Lectio isaie pphete. Iv

In diebus illis. Locutus est isaias pphēta dicēs. Querite dñm dum inueniri potest: inuocate eū dū ppe est. Dereliquat impiꝰ viā suā. ⁊ vir iniquꝰ cogitatōnes suas: ⁊ reuertat ad dñm et miserebit eius. et ad deū nr̄m qm̄ multus est ad ignoscēdū. Nō enī cogitationes mee cogitatōes vestre. neq; vie mee vie vestre dicit dñs: qm̄ sicut exaltant celi a terra. sic exaltate sunt vie mee a viis vestris ⁊ cogitatōes mee a cogitatiōibꝰ vestris. Et quō descēdit imber et nix de celo. ⁊ illuc vltra nō reuertit. sed inebriat terrā ⁊ infūdit eā. ⁊ germinare eā facit. ⁊ dat semē serenti. ⁊ panē comedēti: sic erit verbū meū qđ egredietur de ore meo Non reuertet ad me vacuū. sed faciet q̄ cūq; volui: ⁊ psperabit in his ad q̄ misi illud. Ait dñs: oīpotens. Gr̄. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinum. Secundum matheum. xxi.

In illo tpe. Cū intrasset iesus hierosolymā: cōmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic: Populi aūt dicebant. Hic est iesus pphēta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tēplū dei: et eiiciebat oēs vēdētes ⁊ emētes in tēplo. ⁊ mēsas nūmulariorꝰ ⁊ cathedras vendētiū colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptū est: qm̄ domus mea domus oratiōis

vocabit. Vos aũt fecistis illã spelũcã: latronũ. Et accesserũt ad eũ ceci ⁊ claudi in tẽplo: ⁊ sanauit eos. Vidẽtes autẽ pr̃incipes sacerdotũ et scribe mirabilia q̃ fecit. ⁊ pueros clamãtes i tẽplo ⁊ dicẽtes. osanna filio dauid: indignati sũt. ⁊ dixerũt ei. Audis quid isti dicũt: Jesus aũt: dixit eis. Vtiq;. Nunq̃ legistis. q̃a ex or̃e infantiũ et lactentiũ p̃fecisti laudem: Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatẽ in bethaniã. ibiq; mãsit. Et docebat eos: de regno dei. Offr̃. Jn te speraui dñe dixi tu es deus meus in manibus tuis tẽpora mea. ℣. Illumina faciem tuã super seruũ tuũ ⁊ saluũ me fac p̃r̃opter miam tuam dñe nõ confundar quoniam inuocaui te. Secreta.

Oresta dñe q̃sumus vt dicato muneri: congruentẽ nostre deuotionis tibi offeramus affectu. Per. Cõio. Cum inuocarem te exaudisti me deus iusticie mee: in tribulatiõe dilatasti me miserere michi dñe: ⁊ exaudi orationem meam. Postcõio.

Quesumus ops de⁹: vt illius salutaris capiamus effectũ. cuius p hec mysteria pign⁹ accepim⁹. Per. Su p ppl'z. Humiliate capita vra deo. Or̃o.

Ascẽdãt ad te dñe p̃r̃eces nr̃e et ab ecclia tua cũctã repelle neq̃ciã. p

℣ Feria.iiii.quattuor tẽpor̃. Officiũ.

Reminiscere miserationũ tuarũ dñe ⁊ mie tue q̃ a sc̃lo sũt: ne vnq̃ dñent nobis inimici nr̃i: libera nos deus israel ex oibus angustiis nr̃is. ℣s. Ad te dñe leuaui aiam meã: deus me⁹ in te cõfido nõ erubescã. Sequitur or̃o sine Dñs vobiscũ. sed cũ Oremus. ⁊ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Preces nr̃as q̃s dñe clemẽter exaudi: et contra cuncta nobis aduersantia dexterã tue maiestatis extende. Per dñm. Lectio libri exodi. xxiiii.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Ascẽde ad me in mõtẽ. et esto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas. ⁊ legẽ ac mãdata q̃ scripsi. vt doceas filios israel. Surrexerũt moyses et iosue minister eius: ascẽdẽsq; moyses in mõtẽ dei. senior̃ibus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. habetis aaron ⁊ hur vobiscũ. si q̃d natũ fuerit questionis: referetis ad eos. Cumq; ascendisset moyses operuit nubes mõtẽ: ⁊ habitauit gloria dñi sup synai tegẽs illũ nube sex diebus. Septimo aũt die: vocauit eũ dñs de medio caliginis. Erat aũt species gl'rie dñi: quasi ignis ardẽs sup verticem mõtis in cõspectu filior̃ israel. Jngressusq; moyses mediũ nebule: ascendit in mõtẽ. ⁊ fuit ibi quadragita dieb⁹: ⁊ quadragita noctib⁹. Gr̃. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt: de necessitatib⁹ meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte oia pcta mea. Non repetat gradũ. sed sequat Dñs vobiscum. ⁊ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deuotionẽ populi tui q̃s dñe benignus intende: vt qui p abstinentiã macerant in cor̃pore. p fructũ boni operis reficiant in mente. Per. Hic dñr mẽor̃ie ꝑluete. Lectio libri regũ. iii. xix.

In diebus illis. Venit helyas i bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerum suũ. ⁊ perrexit i desertũ viã vnius diei. Cũq; venisset et sederet subter vnã iuniperũ: petiuit aie sue vt moreret. ⁊ ait. Sufficit michi dñe. tolle aiam meã: neq; enĩ melior sum. q̃ patres mei. Proiecitq; se: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eũ: dixitq; ei. Surge comede. Et respexit: ⁊ ecce ad caput suũ subcinericius panis. ⁊ vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq; est ãgelus domini secũdo: et tetigit eum. dixitq; illi. Surge comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit ⁊ bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadragita diebus. ⁊ quadraginta noctibus: vsq; ad montẽ dei oreb Chorus alternatim dicat Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: et dimitte oia pcta mea. ℣. Ad te leuaui aiam meã: deus meus in te confido nõ erubescã: neq; irrideãt me inimici mei. ℣. Eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfundent: confundant oẽs facientes vana. Et dr̃ iste tr̃ i oi. iiii. feria vsq; ad dñi cã palmarũ. Scõm matheum. xii.

In illo tpe. Accesserũt ad ielũ scribe ⁊ pharisei: dicẽtes. Magister: volum⁹ a te signũ videre. Qui rñdẽs: ait illis. Generatio mala et adultera signũ q̃rit: ⁊ signũ nõ dabit ei. nisi signum ione pphete. Sicut enĩ fuit ionas in vẽtre ceti tribus dieb⁹. ⁊ tribus noctibus: ita erit filius hoĩs in cor̃de terre. tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Viri niniuite surgẽt in iudicio cũ generatõe ista. ⁊ dem nabũt eã: q̃ penitẽtiã egerũt in p̃dicatione ione. Et ecce plusq̃ ionas hic. Regina austri surget ĩ iudicio. cũ generatiõe ista ⁊ dẽnabit eã: q̃ venit a finibus terre audire sapiẽtiam salomonis. Et ecce plusq̃ salomõ hic. Cũ aũt imund⁹ sps exierit ab hoĩe: ãbulat p loca arida. q̃rẽs requiẽ ⁊ nõ inuenit. Tunc dicit. Reuertar ĩ domũ meã: vnde exiui. Et veniẽs inuenit eã vacantẽ: scopis mũdatã ⁊ ornatã. Tunc vadit ⁊ assumit septẽ alios spũs secũ nequiores se: ⁊ intrãtes habitãt ibi. Et fiũt nouissima hoĩs illius: peiora priorib⁹. Sic erit: et generationi huic pessime. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce mater ei⁹ ⁊ fratres stabãt foris querentes loq̃ ei. Dixit aũt ei q̃dã. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stãt: querẽtes te. At ipe rñdens: dicẽti sibi ait. Que est mater mea. ⁊ q̃ sunt fratres mei: Et extẽdẽs manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mr̃ mea: ⁊ frẽs mei. Quicũq; ei fecerit volũtatẽ p̃ris mei q̃ in celis est: ipe meus frater. ⁊ soror: ⁊ mater est. Off⁹.

Meditabor in mãdatis tuis q̃ dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua q̃ dilexi. ℣. Pars mea dñe dixi custodire legẽ tuã: precatus sum vultũ tuũ in toto corde meo. Secreta.

Intende q̃s dñe sacrificiũ singulare: vt huius participatiõe mysterii que sperãda credimus. expectata sumamus. Per. Cõio. Jntellige clamorẽ meum: intende voci orationis mee: rex meus ⁊ de⁹ meus: quoniam ad te orabo dñe. Postcõio.

Da q̃sumus oĩpotens deus: vt reatum nostrũ munera sacra purificent: ⁊ recte viuendi nobis operentur effectum. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Quentes nostras quesumus dñe lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt. et que recta sunt agere valeamus. Per dñm.

¶ Feria.v. post Jnuocauit. Officium.

Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sctitas ⁊ magnificentia in sctificatiõe eius. ps. Cantate dño cantiçũ nouũ: cantate dño oĩs terra. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omps sẽpiterne deus q̃ in obseruatõe ieiunii ⁊ elemosyna ⁊ largitõe nostror⁹ posuisti remedia pctor⁹: 2cede nos mẽte ⁊ corpore sẽp tibi esse deuotos Per dñm. Lctõ ezechielis pphete. xviii

In dieb⁹ illis. Factus est sermo dñi ad me dicẽs. Quid est q̃d iter vos hãc parabolã vertitis in puerbiũ istud in terra israel dicẽtes. patres nr̃i comederũt vuã acerbã. et dẽtes filior⁹ obstupescũt: Viuo ego dicit dñs deus: si erit vobis vltra parabola hec in puerbiũ in israel. Ecce oẽs aie mee sunt: vt aia patris. ita ⁊ aia filii mea est. Aia q̃ peccauerit: ipa morietur. Et si vir fuerit iustus. et fecerit iudiciũ ⁊ iusticiã. in mõtibus nõ comederit. ⁊ oculos suos non leuauerit ad idola dom⁹ israel. ⁊ vxorẽ p̃rimi sui nõ violauerit. ⁊ ad mulierẽ menstruatã nõ accesserit. et hoĩem nõ cõtristauerit. pign⁹ debitori reddiderit. p vim nichil rapuerit. panẽ suũ esuriẽti dederit. ⁊ nudũ operuerit vestimẽto. ad vsurã nõ cõmodauerit. ⁊ amplius nõ acceperit. ab iniq̃tate auerterit manũ suã. iudiciũ verũ fecerit inter virũ ⁊ virũ. et in p̃ceptis meis ambulauerit. ⁊ iudicia mea custodierit. vt faciat veritatẽ: hic iustus est. ⁊ vita viuet. Ait dñs deus. Nõ si genuerit filiũ latronẽ effundentẽ sanguinẽ. ⁊ fecerit vnũ de istis. ⁊ hec q̃dẽ oĩa nõ facientẽ: nunq̃d viuet: Non viuet. Cũ vniuersa detestanda hec fecerit: morte morietur. Sãguis eius: in ipso erit. Quod si genuerit filiũ. q̃ vidẽs oĩa peccata patris sui q̃ fecit. timuerit ⁊ non fecerit simile eis. iudicia mea fecerit. et in p̃ceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui. sed vita viuet.

Pater eius q̄ calūniatus est ⁊ vim fecerit fratri.⁊ malū operatus est in medio populi sui:ecce moꝛtuus est in iniquitate sua.Et dicitis. Quare nō poꝛtabit filius iniquitatē patris sui: Videlicet qa filius iudiciū et iusticiam operatus est. oia pꝛecepta mea custodiuit.⁊ fecit illa: vita viuet. Ait dñs:oēs. Gꝛ. Custodi me dñe vt pupillā oculi:sub vmbꝛa alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū ꝓdeat:oculi tui videāt equitatē. Scōm iohannē. viii.

In illo tpe. Dicebat ihesus ad eos. q̄ crediderunt ei:ex iudeis. Si vos mānseritis in sermone meo:vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatē:et veritas liberabit vos. Rñderūt ei iudei Semē abꝛahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis q̄ liberi eritis: Rñdit eis ihesus. Amen amē dico vobis:q̄ oīs q̄ facit peccatū/ seruꝰ est peccati. Seruus aūt nō manet i domo ineternū:filius aūt manet ineternum. Si ergo filius vos liberauerit:vere liberi eritis. Scio q̄ filii abꝛahe estis:sed q̄ritis me interficere. q̄ sermo meus nō capit in vobis. Ego q̄ vidi apud patrē meū loquoꝛ:⁊ vos q̄ vidistis apud pr̄em vestrū facitis. Rñderunt ⁊ dixerunt ei. Pater noster:abꝛahā est. Dicit eis ihesus Si filii abꝛahe estis: opera abꝛahe facite. Nūc aūt queritis me interficere:hominē q̄ veritatē locutus sum vobis. quā audiui a deo. Hoc abꝛahā nō fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerūt itaq̄ ei. Nos ex fornicatōe nō sumus nati: vnū patrē habem⁹ deū. Dixit ergo eis ihesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego enī:a deo pꝛocessi ⁊ veni. Neq̄ enī a meipō veni:sed ille me misit. Quare loquelā meā. nō cognoscitis: Q̄ nō potestis audire sermonē meum. Vos ex patre diabolo estis:et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio:⁊ in veritate nō stetit. q̄ nō est veritas in eo. Cū loquitur mendaciū.ex ꝓꝓiis loquit:q̄ mendax est ⁊ pater eius. Ego aūt q̄ veritatē dico:nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pctō: Si veritatē dico:quare vos non creditis michi: Qui ex deo est:verba dei audit. Ofᵗ℣. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū:⁊ eripiet eos: gustate ⁊ videte q̄m suauis est dñs. ℣. Benedicā dñm in oi tpe:semp laus eiꝰ in oꝛe meo. Secreta

Sacrificia dñe q̄s ppēlius ista nos saluēt:q̄ medicinalibus sūt instituta ieiuniis. Per d̄. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea est ꝓ seculi vita. Postcōio.

Tuoꝝ nos dñe largitate donoꝝ.⁊ tēpoꝛalibus attolle pꝛesidiis: et renoua sempiternis. Per d̄. Sup ppꝛ. Humiliate capita vestra deo. Oꝛatio.

Deꝛa q̄s dñe populis xp̄ianis.et que pfitent agnoscere:⁊ celeste munus diligere.quod frequentant. Per d̄. ℣. Feria.vi.quattuoꝛ tēpoꝛ. Officiuꝫ.

Deꝛe necessitatibus meis eripe me dñe/ vide humilitatē meam et laboꝛē meū:et dimitte oīa peccata mea. ℣s. Ad te leuaui aiam meam deus meus in te confido non erubescā. Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Esto dñe pꝛopicius plebi tue:⁊ quā tibi facis esse deuotam. benigno refoue miseratus auxilio. Per dñm nr̄m. Lectio ezechielis pꝛophete. xviii.

Et dicit dñs deus. Aia q̄ peccauerit:ipa moꝛiet. Filius non poꝛtabit iniquitatē patris:et pater nō poꝛtabit iniquitatē filii. Justicia iusti sup eū erit:⁊ impietas impii erit sup eum. Si aūt impius egerit penitentiā.ab oībus pctis suis q̄ opatus est/ ⁊ custodierit oia pcepta mea.⁊ fecerit iudiciū et iusticiā: vita viuet.et nō moꝛiet. Oīm iniq̄tatū eius quas opatus est:nō recoꝛdaboꝛ In iusticia sua quā opatus est:viuet. Nunq̄d voluntatis mee est moꝛs impii/ dicit dñs deus.⁊ nō magis.vt cōuertat a viis suis ⁊ viuat: Si aūt auerterit se iust⁹ a iusticia sua.⁊ fecerit iniquitatē scōm oēs abhominatōes.quas operari solet impius:nūquid viuet: Oēs iusticie eiꝰ quas fecerat:non recoꝛdabunt. In pꝛeuaricatione sua qua pꝛeuaricatus est.⁊ in peccato suo q̄ peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nō est equa via dñi. Audite ergo domus israel. Nunq̄d via

mea nō est equa/ & nō magis vie vestre prave sunt? Cū enī auerterit se iustus a iusticia sua. & fecerit iniqtates: morietur in eis. In iusticia sua quā opatus est: morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quā opatus est. & fecerit iudiciū & iusticiā: ipe aiam suā viuificabit. Considerās enī. & auertēs se ab oībus iniqtatib⁹ suis quas opat⁹ est: vita viuet & nō morietur. Dicit dñs: omps. Gr. Saluū me fac servū tuū: deus meus sperantem in te. ℣. Auribus percipe dñe orationē meam. Tractus.

Dne nō scōm pcta nostra q̄ fecimus nos: neq; scōm iniqtates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dne ne memineris iniqtatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos mie tue: q; pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio dū d; ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: & ppter gloriā nois tui dne libera nos: & ppicius esto pctis nr̄is: ppter nomē tuū. Scōm iohannem. v

In illo tpe. Erat dies festus iudeorū: & ascendit ihesus hierosolymā. Est aūt hierosolymis pbatica piscina. que cognomīabat hebraice bethsaida: quinq; porticus habēs. In his iacebat multitudo magna languentiū: cecor/ claudor/ aridor. expectantiū aque motū. Angelus autē dñi scōm tēpus descēdebat in piscinā: & mouebat aqua. Et q cūq; prior descēdisset ī piscinā. post motionē aque: sanus fiebat a quacūq; detinebat infirmitate. Erat aūt quidā homo ibi: triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cū vidisset ihesus iacentē. & cognouisset q; multū iam tēpus haberet: dicit ei. Vis san⁹ fieri? Respondit ei languidus. Dne: hoīem non habeo: vt cū turbata fuerit aqua. mittat me in piscinā. Dū venio enī ego: alius āte me descēdit. Dicit ei ihesus. Surge tolle grabatū tuū: & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatū suū & ambulabat. Erat aūt sabbatū: in illa die. Dicebāt ergo iudei: illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respōdit eis. Qui me fecit sanū: ille michi dixit. tolle grabatū tuū & ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille homo. qui dixit tibi. tolle grabatum tuū & ambula? Is aūt qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Jesus autē declinauit a turba: cōstituta in loco. Postea inuenit eū ihesus in tēplo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo & nunciauit iudeis: quia ihesus est: qui fecit eū sanū. Offr. Benedic anima mea domino: & noli obliuisci oēs retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. ℣. Qui ppiciatur oībus iniquitatibus tuis & redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in miseratione & miserīcordia. Secreta.

Suscipe dne q̄sumus munera nostris oblata seruitiis & tua ppici⁹ dona sanctifica. Per dñm. Cōio. Erubescāt & conturbent oēs inimici mei: auertant retrorsum & erubescant valde velociter. Postcōio.

Per huius dne operationē mysterii: & vitia nostra purgent. & iusta desideria cōpleant. Per. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Exaudi nos misericors deus: & mētibus nr̄is gr̄e tue lumē ostende. Per. ℂ Sabbato quattuor tpm. Offm

Intret oratio mea in cōspectu tuo: inclina aurē tuā ad precē meā. ps. Domie deus salutis mee: in die clamaui & nocte coram te. Oēs oōnes sine Dñs pobiscū. dñr: pter vltimā q̄ est āte epl̄am: & ad oēs orōes dr Flectamus genua. preterq; ad vltimā: & oēs lectiones cū suis titulis legantur. Oratio.

Populum tuū q̄s dne propicius respice: atq; ab eo flagella tue iracū die clementer auerte. Per dñm nostrū. Lectio libri deuteronomii. xxvi.

In diebus illis. Locutus est moyses ad dñm dicens. Respice dne de sanctuario tuo. & de excelso celor habitaculo. & benedic populo tuo israel: et terre quā dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris. dare terrā lacte et melle manantē. Audi israel. Hodie dñs deus tuus precepit tibi. vt facias mādata eius atq; iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo. & ex tota ala tua. Dñm ele-

gisti hodie. vt sit tibi deus. et ambules i
viis eius. vt custodias cerimonias illi⁹.
⁊ mãdata ei⁹ atq; iudicia: et obedias ei⁹
imperio. Ecce dñs elegit te hodie vt sis ei
populus peculiaris sicut locut⁹ est tibi:
⁊ custodias oia pcepta eius. ⁊ faciat te
excelsiorẽ cũctis gẽtib⁹. quas creauit in
laudẽ ⁊ nomẽ ⁊ gloriã suã. vt sis popul⁹
sanctus dñi dei tui: sicut locutus est tibi
Gr. Propicius esto dñe pctis nris: neq; dicãt
gẽtes vbi est deus eor. ℣. Adiuua nos deus sa-
lutaris noster: ⁊ ppter honorẽ nois tui domine
libera nos. Non repetat grad. Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Deus qui nos per temporalia du-
cis ad eterna: pretẽde misericor-
diam tuaz ad celestia promissa nitenti-
bus. ⁊ quia tuũ est quod in te credimus
tuũ sit omne quod viuimus. Per dñm
Lectio libri deuteronomii. xi.
In diebus illis. Dixit moyses fili-
is israel. Si custodieritis mãda-
ta q̃ ego precipio vobis. ⁊ feceritis ea vt
diligatis dñm deũ vestrũ ⁊ ambuletis i
oib⁹ viis eius adherẽtes ei: dispdet dñs
oẽs gentes istas ante faciẽ vestrã. ⁊ pos
sidebitis eas q̃ maiores et fortiores vo-
bis sũt. Omis locus quẽ calcauerit pes ve
ster: vester erit. A deserto ⁊ libano ⁊ flu-
mine magno eufrate. vsq; ad mare oc-
cidẽtale: erũt termini vri. nullus stabit
cõtra vos. Terrorẽ vestrũ ⁊ formidinẽ
dabit dñs de⁹ vester. sup oẽm terrã quã
calcaturi est}. sicut locut⁹ est vobis: dñs
deus vester. Gr. Protector noster aspice de
us ⁊ respice sup seruos tuos. ℣. Dñe deus vir-
tutum exaudi preces seruor tuor. Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Protector noster aspice deus: vt q̃
malor nror põdere premimur:
percepta mia libera tibi mente famule
mur. Per. Lectio libri machabeor. ii. i.
In diebus illis. Orationẽ faciebãt
sacerdotes. dũ offerrẽt sacrificiũ
p populo israel: ionatha inchoãte. cete-
ris aũt respõdẽtibus ⁊ dicẽtib⁹. Bene-
faciat vobis de⁹. ⁊ meminerit testamẽ-
ti sui. qđ ad abrahã / isaac / ⁊ iacob locut⁹
est: seruor suor fidelium. Et det vobis
cor ibus vt colatis eũ: ⁊ faciatis ei⁹ vo
luntatẽ. cor de magno ⁊ aio volẽti. Ada
periat dñs cor vestrum in lege sua. ⁊ in
preceptis suis: et faciat parẽ. Exaudiat
dñs orationes vestras. ⁊ reconciliet vo
bis: nec vos deserat in tẽpore malo: dñs
deus noster. Gr. Cõuertere dñe aliquãtulũ
⁊ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ fa
ctus es nobis: a generatõe ⁊ pgenie. Orem⁹.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Adesto q̃s dñe supplicatõibus no
stris: vt esse te largiente mereа-
mur. ⁊ inter pspera humiles. ⁊ iter ad-
uersa securi. p. Dcõ libri sapiẽtie. xxxvi.
Miserere nostri deus oz. et respice
nos: ⁊ ostẽde nobis lucẽ miserа-
tionũ tuarũ. Et immitte timorẽ tuũ sup
gẽtes. q̃ nõ exquierũt te: vt cognoscãt qr
nõ est deus nisi tu. vt enarrent magna
lia tua. Alleua manũ tuã sup gẽtes alie
nas: vt videãt potẽtiã tuã. Sicut enĩ in
cõspectu eor. sctificatus es in nobis: sic
in cõspectu nro magnificaberis in illis
vt cognoscãt te. sicut ⁊ nos cognouim⁹
qr nõ est de⁹ pter te dñe. Innoua signa:
⁊ immuta mirabilia. Glorifica manũ: et
brachiũ dextrũ. Excita furorẽ: ⁊ effũde
irã. Extolle aduersariũ: ⁊ afflige inimi-
cũ. Festina tempus. ⁊ memẽto finis. vt
enarrẽt vniuersa mirabilia tua: dñe de⁹
noster. Gr. Saluũ fac pplm tuũ dñe: ⁊ bene
dic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui de⁹ me⁹
ne sileas a me: ⁊ ero similis descẽdentibus in lacũ.
Orem⁹. Flectam⁹ genua. Leuate. Orõ
Actiones nostras q̃s dñe ⁊ aspirã-
do preueni ⁊ adiuuãdo prosequa-
re: vt cũcta nra operatio ⁊ a te semp in-
cipiat. ⁊ per te cepta finiatur. Per dñm.
Lectio danielis prophete. iii.
Angelus dñi descẽdit cũ azaria et
sociis eius in fornacẽ. ⁊ excussit
flammã ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ
fornacis quasi vẽtũ roris flantẽ. Flam-
ma aũt diffusa est sup fornacẽ: cubitis
quadragintanouẽ: et incẽdit quos rep-
perit iuxta fornacẽ de caldeis ministros
regis: q̃ eã incẽdebãt. Illos aũt oĩno nõ
tetigit ignis: neq; contristauit: nec quicq̃
molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex

vno ore laudabāt ⁊ glorificabāt: ⁊ bene dicebāt deū in fornace: dicētes. Benedictus es dñe deus patrū nrorū: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus: et superexaltatus in secula. Et benedictū nomē glorie tue qđ est sāctū: ⁊ laudabile et superexaltatū in oībus seculis. Benedictus es in tēplo sctō glorię tue: ⁊ suplaudabilis: ⁊ supgloriosus in secula. Benedict⁹ es in throno regni tui: ⁊ suplaudabilis ⁊ superexaltatus i secula. Benedictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ suplaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es q̄ intueris abyssos: ⁊ sedes sup cherubin: et suplaudabilis ⁊ superexaltatus in secula Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorū: ⁊ super vndas maris: ⁊ superlaudabilis ⁊ supereexaltatus in secula. Duo clerici de secunda forma in superpelliciis ad gradū chori dicant ℣.

Benedictus es in firmamēto celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Chor⁹ idē. Clerici ℣. Benedicite oīa opera dñi dño: benedicite celi dño: benedicite angeli dñi dño. Chorus post vnūquēq; ℣. rñdeat. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Clerici ℣. Benedicite aque q̄ sup celos sūt domio: bñdicite oēs virtutes dñi dño: benedicite sol ⁊ luna domino Chorus. Hymnū dicite. Clerici ℣. Benedicite stelle celi domio: benedicite imbēr ⁊ ros dño: benedicite oīs spūs dei domio. Chor⁹. Hymnū Clerici ℣. Benedicite ignis ⁊ estus dño: benedicite noctes ⁊ dies dño: benedicite tenebre ⁊ lumē domio. Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite frigus ⁊ cauma domio: benedicite pruina ⁊ niues domio: benedicite fulgura ⁊ nubes dño Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat terra domio: benedicite mōtes ⁊ colles domio: benedicite oīa nascētia terre domio. Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite maria ⁊ flumia domio: benedicite fōtes domino: benedicite cete ⁊ oīa q̄ mouent in aq̄s domino. Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite volucres celi domio: benedicite bestie ⁊ vniuersa pecora dño: benedicite filii hoīz domino. Chor⁹. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat israel domio: benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui domini domio. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite spūs ⁊ aie iustorū domino: benedicite scti ⁊ humiles corde domino. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite ananiā azaria misael domino. Chorus Hymnū. Postea clerici recipiāt ty. Benedictus es in firmamento. ⁊ pcantet a choro. sequit Dñs vobiscū ⁊ Oremus. Hic nō dicat Flectamus genua. Leuate. Ōro.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū concede ppicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vicioꝝ. Per dñm. Hic dicunt memorie consuete. Ad thessalonicenses. i. v.

Fratres. Rogamus vos: corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad oēs. Videte ne q̄s malū p malo alicui reddat: sed semp qđ bonū est: sectamini in inuicē et in oēs. Semp gaudete: sine intermissiōe orate: in omnibus gratias agite. Hec est enī voluntas dei in xp̄o iesu: in oībus vobis. Spūtū nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Oīa autē pbate: qđ bonū est tenete: ab oī specie mala abstinete vos. Ipse autē deus pacis sanctificet vos p oīa vt integer spūs vester ⁊ aīa: et corpus sine querela in aduētu dñi nostri iesu xp̄i seruetur. Duo clerici de secunda forma in cappis nigris: ad gradū chori simul cātent totum ⁊ integrum istum tractum

Laudate dominū oēs gētes: et collaudāte eū oēs populi. ℣. Quoniā confirmata est sup̄ nos mia eius: ⁊ veritas domini manet in eternum. Secundum matheum. xvii.

In illo tpe. Assumpsit iesus petrū ⁊ iacobū. ⁊ iohannē fratrē eius: ⁊ duxit illos in montē et celsum seorsum ⁊ trāsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimēta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses ⁊ helyas: cū eo loquētes. Respondēs aūt petrus: dixit ad iesum. Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū/ moysi vnū/ ⁊ helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube: dicens. Hic est filius me⁹ dilectus: i quo michi bene cō placui. ipm audite. Et audientes discipuli: ceciderūt in faciē suā. ⁊ timuerunt

valde. Et accessit ihesus & tetigit eos: dixitq; eis Surgite: & nolite timere. Leuãtes aũt oculos suos: neminẽ viderunt. nisi solũ ihesũ. Et descẽdẽtib⁹ illis de mõte: pcepit eis ihesus dicẽs. Nemini dixeritis visionẽ: donec filiꝰ hois: a mortuis resurgat. Offy. Dñe deꝰ salutis mee in die clamaui & nocte coram te: intret oco mea in cõspectu tuo dñe. ℣. Inclina aurẽ tuã ad precẽ meam dñe lõge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expãdi manꝰ meas ad te. Secret.

Presentibus sacrificiis qs dñe ihesu nia nostra sanctifica: vt qđ obseruantia nostra pfitetur extrinsecus. intrinsecus operet. Per dñm. Cõio. Dñe deus meus in te speraui: libera me ab oibus psequentibus me & eripe me. Postcõio.

Quos diuino dñe reficis mysterio ppetuo defende plidio: & quos ibuisti celestibꝰ istitutis. salutaribꝰ comitare solatiis. Per. Si eps defuerit dicatur super populũ hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Fideles tuos dñe benedictio deliberata cõfirmet: q eos & a tua devotate nũq; faciat discrepare. & tuis sẽp idulgeat bñficiis gratulari. Per. Cñ si eps pñs fuerit & ordies fecerit nõ dicet. Dñica scda quadragesime. Officiũ.

Reminiscere miserationũ tuarũ dñe & mie tue q a sc̃o sunt ne vnq; dominent nobis inimici nri libera nos deus israel ex oibus angustiis nris. ps. Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido nõ erubescã. Oro.

Deus q cõspicis oi nos virtute destitui. iterius exteriusq; custodi: vt ab oibꝰ aduersitatibꝰ muniamur in corpore. & a prauis cogitatõibus mũde mur i mẽte. p. Ad thessalonicẽses. i. iiii. Fratres. Rogamus vos & obsecramus i dño ihesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis. quomodo vos oportet ãbulare. & placere deo. sic & ãbuletis. vt abũdetis magis. Scitis enĩ q̃ precepta dederi vobis: p dñm ihesum. Hec est enĩ voluntas dei sctificatio vra: vt abstineatis vos a fornicatõe. vt sciat vnusq; q vsm suũ vas possidere. in sctificatõe & honore. nõ in passione desiderii / sicut & gẽtes q̃ ignorãt deũ. Et ne qs supgrediat neq; circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm̃ vindex est dñs de his oibus sicut predixim⁹ vobis. et testificati sumus. Non enĩ vocauit nos deus in immundiciã: sed in sãctificationẽ. In xpo ihesu: dño nro. Gy. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã & laborẽ meum: & dimitte omnia peccata mea. Tractus.

Dixit dñs mulieri chananee: nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ: & mittere canibus ad mãducãdũ. ℣. At illa dixit etiã dñe: nã & catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñorũ suorũ. ℣. Ait illi ihesus o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Scõm matheum. xv.

In illo tpe. Egressus ihesus. secessit i partes tyri & sydonis: & ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui nõ respõdit ei verbũ. Et accedẽtes discipuli eius: rogabãt eũ dicentes. Dimitte eã: q̃ clamat post nos. Ipe aũt respõdens: ait. Non sum missus: nisi ad oues q̃ perierunt domus israel. At illa venit: & adorauit eũ dicens. Dñe adiuua me. Qui respondens: ait. Non est bonũ sumere panẽ filiorũ: & mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam & catelli edunt de micis: q̃ cadunt de mensa dñorũ suorũ. Tunc respondens ihesus: ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eiꝰ: ex illa hora. Offy. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Ecclesie tue dñe munera placatus assume: que & misericors offerẽda tribuisti: & in nostre salutis potenter efficis transire mysterium. Per dñm. Prefatio quotid. Cõio. Intellige clamorẽ meũ: intende voci orationis mee rex meus & deus meus quoniã ad te orabo dñe. Postcõio.

Corporis et sanguinis sacrosancti dñe q̃s gratia nos sumpta viuificet: & quod mysticis actionibus pollicetur. eternis effectibus largiatur. Per d̃.

RC Feria secunda. Officium.
Redime me domine ⁊ miserere mei: pes meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicam dñm.
ps. Judica me dñe quoniam ego in innocẽtia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperãs nõ infirmabor. Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Oresta qs ops deus: vt familia tua q̃ se affligẽdo carnẽ ab alimentis abstinet. sectãdo iusticiã a culpa ieiunet Per dñm. Lectio danielis pphete. ix.
In diebus illis. Orauit daniel ad dñm dicẽs. Dñe deus noster q̃ eduxisti populũ tuũ de terra egypti in manu forti. ⁊ fecisti tibi nomẽ scõm diẽ hanc: peccauim⁹ / iniq̃tatẽ fecimus dñe. tot̃ iusticiã tuã. Auertat̃ obsecro ira tua. et furor tu⁹ a ciuitate tua hierusalem: et a mõte sctõ tuo. Propter pctã eni nostra. ⁊ iniq̃tates patrũ nr̃or: hierusalẽ ⁊ populus tuus in opprobrium sũt omnibus p circuitũ nr̃m. Nunc ergo exaudi deus noster. orationẽ serui tui et preces eius: ⁊ ostẽde faciẽ tuã sup sãctuariũ tuũ. qđ desertũ est. Propter temetipm inclina de⁹ meus aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide desolationẽ nr̃am. ⁊ ciuitatẽ sup quã inuocatũ est nomẽ tuũ. Neq̃ eni in iustificatõibus nr̃is pternim⁹ preces ante faciẽ tuã: sed i miserationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe placare dñe: attẽde ⁊ fac. Ne moreris ppter temetipz deus meus: q̃ nomen tuũ inuocatũ est sup ciuitatẽ. et sup populũ tuũ: dñe de⁹ noster. Gr̃. Adiutor meus ⁊ liberator meus esto dñe ne tardaueris. ℣. Cõfundant̃ ⁊ reuerean̄t inimici mei q̃ q̃runt aiam meã. Tractus
Dñe nõ scõm pctã nostra q̃ fecimus nos: neq̃ scõm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos mie tue: q̃ pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ dr̃. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃: ⁊ ppt̃ gl̃iã nois tui dñe libera nos: ⁊ ppici⁹ esto pctis nr̃is ppter nomẽ tuũ. Scõm iohannem. viii.
In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Ego vado ⁊ queretis me: ⁊ i pctõ vestro morie mini Quo ego vado: vos nõ potestis venire. Dicebant ergo iudei. Quo hic iturus est. q̃ nõ inueniemus eũ: Nunqd in dispsionẽ gẽtium iturus est / ⁊ docturus gẽtes: Dicebant ergo. Nunqd interficiet semetipz. quia dicit. quo ego vado. vos nõ potestis venire: Et dicebat eis. Vos de deorsũ estis: ego de superius sũ. Vos de mundo hoc estis: ego nõ sũ de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia morie mini in pctis vestris Si eni nõ crediderit̃ q̃ ego sũ: morie mini in peccato vestro. Dicebãt ergo ei. Tu quis es: Dixit eis iesus. Principiũ: q̃ et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed q̃ misit me verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mũdo. Et nõ cognouerũt: quia patrẽ eius dicebat deũ. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filiũ hoĩs: tunc cognoscetis q̃ ego sum. Et a meipo facio nichil: sed sicut docuit me pater. hec loquor. Et qui me misit mecũ est: et nõ reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Offert. Benedicam dñm qui tribuit michi intellectũ: prouidebam deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est michi ne cõmouear. ℣. Conserua me dñe qm̃ in te speraui ego dixi deus meus es tu dñs pars hereditatis mee. Secreta.
Hec hostia dñe placatiõis et laudis tua nos ppiciatõe dignos efficiat. Per. Cõio Dñe dñs noster q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Postcõio.
Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ celestis remedii faciat esse cõsortes. Per dñm. Sup populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.
Adesto supplicatiõibus nr̃is ops de⁹: ⁊ q̃bus fiduciã sperãde pietatis indulges. cõsuete mie tribue benignus effectũ. Per. C Feria.iii. Officiũ.
Tibi dixi cor meũ quesiui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requiram̃ ne auertas faciẽ tuã a me. ps. Dñs illuminatio mea et salus mea quẽ timebo. Flectamus genua. Leuate. Oõ.
Perfice q̃sumus dñe benignus in nobis obseruantie sancte subsidiũ: vt que te auctore faciẽda cognouimus te operante cõplaceamus. Per ð.

Lectio libri regum. tii.xvii.

In diebus illis. Factus est sermo domini. ad helyã thesbitem dicens Surge & vade in sareptam sidonioꝝ: & manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helyas: & abiit in sareptã. Cũq; venisset ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna. Et vocauit eã: dixitq; ei. Da michi paululũ aq̃ in vase: vt bibã. Cũq; illa pgeret vt offerret: clamauit post tergũ eius dicẽs. Affer michi obsecro & buccellã panis: i manu tua. Que rñdit. Viuit dñs deus tuus. q2 nõ habeo panẽ: nisi quãtũ pugillus capere potest farine in hydria. & paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illũ michi & filio meo. vt comedamus & moriamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: ſz vade & fac sicut dixisti. Verũtamẽ michi primũ fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ: & affer ad me. Tibi aũt & filio tuo: facies postea. Hec autẽ dicit dñs deus israel. Hydria farine nõ deficiet. nec lechitus olei minuet: vsq; ad diẽ in qua dat9 est dñs pluuiã sup faciẽ terre. Que abiit & fecit iuxta vbũ helye: & comedit ipe & illa. & dom9 ei9 tota. Et ex illa die hydria farine nõ defecit: & lechit9 olei nõ est imminut9. iuxta verbũ dñi: qd locut9 fuerat. i manu helye. Gr

Jacta cogitatũ tuũ i dño: & ipse te enutriet. v. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appropiquãt michi. Scõm matheũ. xxiii

In illo tpe. Locut9 est ihesus ad turbas. & ad discipulos suos: dicens. Sup cathedrã moysi: sederũt scribe et pharisei. Oia ergo q̃cunq; dixerint vobis: seruate & facite. Scõm vero opa eorũ: nolite facere. Dicũt enim: & nõ faciunt Alligãt enim onera grauia et iportabilia & imponũt in humeros hoiz: digito autẽ suo nolũt ea mouere. Oia vero opera sua faciũt: vt videant ab hoib9. Dilatãt enim philatheria sua: et magnificãt fimbrias. Amãt aũt primos recubitus in cenis: & primas cathedras in synagogis. & salutatões in foro & vocari ab hoibus rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi: vnus est enim magister vester. Oẽs autẽ vos: fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã. Vnus est enim pater vester: q̃ in celis est. Nec vocemini magistri: q2 magister vester vnus est xps. Qui maior est vestrũ: erit minister vester. Qui aũt se exaltauerit humiliabitur: et qui se humiliauerit: exaltabitur.

Offt. Miserere michi dñe secundũ magnam miam tuã dele dñe iniquitatem meã. ℣. Quoniam iniquitatem meã ego agnosco: & delictum meum contra me est semper. Secreta.

Sanctificationẽ tuã nobis domine his mysteriis placatus opera re: que nos & a terrenis purget vicijs: et ad celestia dona ducat. Per dñm. Cõio

Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor & exultabo in te psallam noĩ tuo altissime. Postcõio.

Sit nobis dñe q̃s medicina mẽtis & corporis qd̃ de sctõ altari tuo percepimus: vt nullis aduersitatibus fatigemur. qui tanti remedii participatõe muniamur. Per dñm. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Propiciare dñe supplicatõibus nostris. & infirmitatum nostrarũ medere langueribus: vt remissiõe percepta in tua semper benedictione letemur. Per dñm nostrum. C Feria.iiii. Officium.

Ne derelinquas me domine deus meus ne discedas a me intende in adiutoriũ meũ: dñe virtus salutis mee. ℣s. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Populum tuũ quesumus dñe propici9 respice: & quos ab escis carnalib9 precipis abstinere. a noxiis quoq; vicijs cessare concede. Per dñm nr̃z. Lectio libri hester. xiii.

In dieb9 illis. Oravit hester ad dominũ dicẽs. Dñe deus rex oms. in ditione tua cũcta sũt posita: & nõ est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim dñe fecisti celũ & terrã: & q̃cquid celi ambitu cõtinet. Dñs oĩm tu es: nec est q̃ resistat maiestati tue. Et nunc dñe rex regũ. deus abraham miserere pplo

tuo: qz volūt nos inimici nostri pdere. ꝛ hereditatem tuā delere. Ne despicias partē tuā quā redemisti de egypto: sed exaudi deprecationē nr̄am ꝛ ppic⁹ esto sorti. ꝛ funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctū nostrū in gaudiū: vt viuentes laudem⁹ nomē tuū. Et ne claudas oza canētiū te: dñe de⁹ noster. Gz. Saluum fac populū tuum dñe: ꝛ benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamabo de⁹ meus ne sileas a me: ꝛ ero similis descēdētib⁹ in lacū. Tract⁹.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā ꝛ laborē meū: et dimitte oia pcta mea. ℣. Ad te leuaui aiam meā deus meus in te confido non erubescā: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Eteni vniuersi q̄ te exspectant non confundent̄: confundant̄ oēs facientes vana. Secundum matheum. xx.

In illo tpe. Ascēdens ihesus hierosolymā: assūplit duodecim discipulos suos secreto. ꝛ ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hois tradet̄ pncipibus sacerdotū ꝛ scribis. ꝛ cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudendū: ꝛ flagellādū ꝛ crucifigendū. Et tertia die resurget. Tūc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filiis suis: adorās ꝛ petens aliq̄d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Die vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexterā tuā. et vnus ad sinistrā in regno tuo. Rñdens aūt ihesus: dixit. Nescitis q̄d petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sū: Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē q̄dē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā vel ad sinistrā. nō est meū dare vobis. sed quibus paratū est a patre meo. Et audiētes decē: indignati sunt de duobus fratribus. Ihesus aūt vocauit eos ad se: ꝛ ait. Scitis qz pncipes gētium dñantur eoz. ꝛ q̄ maiores sunt potestatem exercent in eos: Non ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̄ voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hois nō venit ministrari sed ministrare: ꝛ dare aiam suam: in redēptionē p multis. Offz. Ad te dñe leuaui aiam meā deus meus in te confido non erubescā: neq; irrideāt me inimici mei: eteni vniuersi q̄ te exspectant nō cōfundent̄. ℣. Dirige me i veritate tua ꝛ doce me: qz tu es de⁹ salutaris me⁹ ꝛ te sustinui tota die. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: ꝛ per hec sacrosancta commertia vincula peccatorum nostroz absolue. Per dñm nr̄z. Cōio. Justus domin⁹ ꝛ iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcōio.

Prosit nobis dñe q̄s mysterii frequētata pceptio: vt a vetustatis conditione purgati. ad tue nouitatis incrementa tēdamus. Per. Sup populū Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus innocentie restitutor ꝛ amator. dirige ad te tuor corda seruor: vt spiritus tui feruor concepto. ꝛ in fide inueniantur stabiles. et in opere efficaces. Per dñm. in vnitate eiusdez.

Ꝟ Feria quinta. Officium.

Deus in adiutorio meū intende: dñe ad adiuuādū me festina: cōfundant̄ ꝛ reuereantur inimici mei qui querūt aiam meā. ps. Auertant̄ retrorsum ꝛ erubescant: qui volunt michi mala Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis quesumus dñe auxilii gratie tue: vt ieiuniis ꝛ orationibus conueniēter intenti. liberemur ab hostibus mētis ꝛ corporis. Per dñm Lectio hieremie prophete. xvii.

In diebus illis. Locutus est hieremias pphēta dicēs. Maledictus homo q̄ cōfidit in hoīe: ꝛ ponit carnem brachiū suum. et a dño recedit cor eius. Erit enī quasi mirice in deserto: ꝛ nō videbit cū venerit bonū. sed habitabit in siccitate in deserto. in terra salsuginis ꝛ inhabitabili. Benedictus vir qui confidit i dño: ꝛ erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignū q̄d transplantat̄ sup aquas quod ad humorem mittit radices suas ꝛ non timebit cū venerit estus. Et erit folium eius viride: ꝛ in tempore siccitatis non erit sollicitum. nec aliquādo desinet facere fructum. Paruum est cor hominis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illud: Ego dñs scrutans corda et pro-

bans renes:q̄ do vnicuiq; iuxta viā suā et iuxta fructū adinuētionū suarū. Dicit dñs:ops.Gr. Propicꝰ esto dñe pctis nostris:neq̄ dicant gētes vbi est deus eoꝝ.℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: & ꝓpter honorē nois tui dñe libera nos. Scōm iohannem. v.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Non possū ego a meipo facere q̄cq̄:sed sicut audio iudico. Et iudicium meū iustū est:q; nō quero volūtatē meā.sed voluntatē eius q̄ misit me. Si ego testimoniū phibeo de meipo: testimoniū meū nō est verū. Alius est q̄ testimoniū phibet de me: et scio q; verū est testimoniū eius qđ phibet de me. Vos misistis ad iohannē: et testimoniū phibuit veritati. Ego autē nō ab hoie testimoniū accipio: sed hec dico/ vt vos salui sitis Ille erat lucerna ardens & lucēs: vos autē voluistis ad horam exultare i luce eius. Ego autē: habeo testimoniū maius iohāne. Opera enī que dedit michi pater vt perficiā ea: ipa opera q̄ ego facio testimoniū perhibent de me. quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipe testimonium perhibet de me. Neq; vocē eius vnq̄ audistis: neq; speciē eiꝰ vidistis. Et verbū eius non habetis in vobis manens:q; quem misit ille. huic vos non creditis. Scrutamini scripturas i quibus putatis vos vitā eternam habere:& ille sunt que testimoniū perhibent de me. Et nō vultis venire ad me: vt vitā eternā habeatis. Claritatem ab hoibus nō accipio:sed cognoui vos. q̄a dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noie patris mei: et nō accepistis me. Si alius venerit in noie suo: illū accipietis. Quomodo vos potestis credere. q̄ gloriā ab inuicē accipitis. & gloriā q̄ a solo deo est. non queritis:- Nolite putare. q; ego accusaturus sum vos apud patrē: est q̄ accusat vos moyses in quo vos speratis. Si enī crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De me enī ille scripsit. Si aūt illius litteris non creditis:quō verbis meis credetis:- Offr.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu dñi dei sui & dixit:quare dñe irasceris i populo tuo:parce ire aie tue:memento abraham ysaac & iacob: q̄bus iurasti dare terrā fluentē lac & mel:& placatus factus est dñs de malignitate quaꝫ dixit facere populo suo.℣. Dixit dñs ad moysen inueniſti gratiā in conspectu meo & scio te pre omnibus:& festinans moyses inclinauit se in terrā & adorauit dicens. scio quia misericors es i milibus auferens iniq̄tatē & peccata. Secreta.

Deus cui oim sacrificioꝝ varietate finita. hostiā nūc offerimus singularē. adesto votis tua inspiratōe conceptis: vt in te sperātiū & desideria iubeas pfici. et pctā deleri. Per dñm. Cōio.

Qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinē in me manet & ego in eo dicit dñs. Postcōio.

Gratia tua nos dñe q̄s non derelinquat:q̄ & sacre nos deditos faciat seruituti. et tuā nobis opem semp acq̄rat largitatis. et ab oībus tueat aduersis. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis. & perpetuam benignitatem largire postentibus: vt his qui te auctore & gubernatore gloriantur. & congregata restaures. & restaurata conserues. Per dñm.

Feria.vi. Ad missam. Officium.

Ego aūt cū iusticia apparebo i cōspectu tuo: satiabor dū manifestabit gloria tua. ps. Exaudi dñe iusticiā meā: intēde deprecationē meā Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da q̄s omps deus: vt sacro nos purificante ieiunio. sinceris mentibus ad sancta ventura facias puenire. Per dñm. Lectio libri genesis. xxxvii.

In diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniū meum qđ vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: & quasi cōsurgere manipulum meū & stare. vestros q; manipulos circūstantes adorare manipulū meū. Respōderunt fratres eius. Nunq̄d rex noster eris. aut subiiciemur ditioni tue:- Hec ergo causa somnioꝝ atq; sermonū: inuidie et odii fomitē ministrauit. Aliud quoq; vidit sōniū: qđ narrās fratribus ait. Vidi p somniū: quasi solē & lunā. et

stellas vndecim.adorare me. Quod cū patri suo ⁊ fratribus retulisset: increpauit eū pater suus ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somniū qđ vidisti: Nunquid ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te sup terrā: Inuidebant ei igitur fratres sui:pater vero rem tacitus cōsiderabat Cunq; fratres illius in pascēdis gregibus patris morarentur in sichem:dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt oues i sichimis:veni mittā te ad eos. Quo respondēte presto sum:ait. Uade et vide. si cuncta pspera sint erga fratres tuos ⁊ pecora:⁊ renūcia michi qđ agat. Missus de valle ebron:venit in sichem. Inuenitq; eū vir errantē in agro: et interrogauit eū qđ quereret. At ille respōdit Fratres meos quero: indica michi vbi pascunt greges. Dixitq; ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui aūt eos dicentes:eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos:⁊ inuenit eos i dothaim. Qui cū vidissent eū procul. anteq; accederet ad eos: cogitauerūt illum occidere.⁊ mutuo loquebant. Ecce somniator venit: venite occidamus eū ⁊ mittamus in cisternā veterē. dicemusq; fera pessima deuorauit eum. Et tūc apparebit: quid illi prosint somnia sua. Audiens aūt hec ruben: nitebatur liberare eū de manibus eor. ⁊ dicebat. Non interficiamus aiam eius. nec effūdamus sanguinē:sed proiicite eū in cisternam hanc que est in solitudine. manusq; vestras seruate innocias. Hoc autem dicebat:volens eū eripere/ de manibus eor: et reddere patri suo. Grad. Ad dñm cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis:et a lingua dolosa. Tractus.

Dñe non scōm peccata nostra q̄ fecimus nos:neq; scōm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū:cito anticipent nos mie tue:q; paupes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝓpter gloriā nois tui dñe libera nos: et ꝓpicius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum. Secundum matheum. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis ⁊ turbis iudeor. Homo qui dā erat paterfamilias q̄ plātauit vineam:⁊ sepē circūdedit ei.⁊ fodit in ea torcular.⁊ edificauit turrim.et locauit eaz agricolis.⁊ peregre pfectus est. Cū autē tēpus fructuū approprinquasset:misit seruos suos ad agricolas. vt acciperēt fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: aliū ceciderūt. aliū occiderūt.aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures prioribus:⁊ fecerūt illis similiter. Nouissime aūt misit ad eos filiū suū:dicēs. Uerebūtur filiū meū. Agricole aūt videntes filiū: dixerūt itra se. Hic est heres. Uenite occidamus eū:⁊ habebimus hereditatē eius. Et apprehēsū eū/ eiecerūt extra vineā: ⁊ occiderūt Cū ergo venerit dñs vinee: qđ faciet agricolis illis: Aiunt illi. Malos male pdet: et vineā suā locabit aliis agricolis. q̄ reddāt ei fructū tēporibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legistis in scripturis lapidē quē reprobauerūt edificantes. hic factus est in caput anguli. a dño factū est istud ⁊ est mirabile i oculis nostris: Ideo dico vobis: q̄ auferet a vobis regnū dei.et dabit genti facienti fructus eius. Et q̄ ceciderit sup lapidez istū:cōfringet Sup quē vero ceciderit: conteret eum. Et cū audissent principes sacerdotū ⁊ pharisei parabolas eius: cognouerūt q̄ de ipsis diceret. Et querētes eū tenere:timuerūt turbas. Quoniam sicut prophetā: eum habebāt. Offert. Dñe in auxilium meū respice:confundātur ⁊ reuereant⁊ qui querunt aiam meam vt auferant eam. ℣. Auertantur retrorsum ⁊ erubescant qui volunt michi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia dñe deus et actiōe pmaneāt ⁊ opatōe firmēt Per d. Cōio. Tu dñe seruabis nos ⁊ custodies nos a gñatōe hac ieternū. Postcō.

Hac nos dñe q̄s accepto pignore salutis eterne.sic tēdere 2gruēter:vt ad eā puenire possimus.Per d. Sup ppl̄z Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Oa quesum⁹ dñe ppō tuo salutez mētis et corporis: vt bonis ope-

ribus inherendo. tue semp virtutis me
reatur protectione defendi. Per dñm.

¶ Sabbato post Reminiscere. Officiū

Lex dñi irreprehēsibilis cōuertēs
aias/testimoniū dñi fidele sapi
entiā prestās paruulis. ps. Celi
enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius ānūciat firmamētū. Flectam⁹ genua. Leuate. Dño.

Da qs dñe nostris effectū ieiuniis
salutarē: vt castigatio carnis as-
sūpta. ad nrām vegetatōem trāseat aiarū. Per dñm. Lectio libri genesis. xxvii

In diebus illis. Dixit rebecca filio
suo iacob. Audiui patrem tuū lo-
quentē cū esau fratre tuo: et dicentem ei
Affer michi de venatōe tua et fac cibos
vt comedā: et benedicā tibi corā dño an-
teq̄ moriar. Nūc ergo fili mi acq̄sce cō
siliis meis: et pgēs ad gregē affer michi
duos hedos optios. et faciā ex eis escas
patri tuo. q̄bus libēter vescit. Quas cū
intuleris et comederit: bñdicat tibi pri-
usq̄ moriat. Cui ille respōdit. Nosti. qđ
esau frater me⁹ homo pilosus sit. et ego
lenis: Si attrectauerit me pater meus
et senserit: timeo ne putet sibi me voluis
se illudere. et inducat sup me maledictio
nē p benedictiōe. Ad quē mater. In me
sit ait ista maledictio fili mi: tantū audi
vocē meā. et pgēs affer q̄ dixi. Abiit et at
tulit: deditq̄ matri. Parauit illa cibos:
sicut nouerat velle patrē illius. et vesti-
bus esau valde bonis quas apud se ha-
bebat. domi induit eū. Pelliculasq̄ he-
doy circūdedit manibus: et colli nuda p
texit. Deditq̄ pulmentū et panes quos
coxerat tradidit. Quibus illatis dixit.
Pater mi. At ille rñdit. Audio. Quis es
tu fili mi: Dixitq̄ iacob. Ego sum esau
primogenitus tuus: feci tibi sicut prece
pisti michi. Surge sede. et comede de ve
natiōe mea: vt benedicat michi aia tua
Rursū isaac ad filiū suū. Quomodo in
q̄t tā cito inuenire potuisti fili mi: Qui
respōdit. Voluntas dei fuit: vt cito occur
reret michi. qđ volebā. Dixitq̄ isaac. Ac
cede huc vt tangā te fili mi: et pbē vtrū
tu sis filius meus esau an nō. Accessit il
le ad patrē: et palpato eo dixit isaac. Vox
qdem vox iacob est: sed manus manus
sunt esau. Et non cognouit eū: q̄ pilose
manus similitudinē maioris exprese-
rāt. Benedicēs ergo illi: ait. Tu es filius
meus esau: Respōdit. Ego sum. At ille
Affer michi inquit cibos de venatione
tua fili mi: vt bñdicat tibi anima mea.
Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei
etiā et vinū. Quo hausto: dixit ad eū. Ac
cede ad me: et da michi osculū fili mi. Ac
cessit: et osculatus est eū. Statimq̄ vt sen-
sit vestimētoy illius fragrātiā: benedi-
cēs illi ait. Ecce odor filii mei/sicut odor
agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi de⁹
de rore celi et de pinguedine terre abun-
dantiā frumēti et vini et olei: et seruiāt ti-
bi populi et adorent te tribus. Esto dñs
fratrū tuoy: et icuruent ante te filii ma-
tris tue. Qui maledixerit tibi sit ille ma
ledictus: et q̄ benedixerit tibi. benedictōi
bus repleat. Dix isaac sermonē imple-
uerat: et egresso iacob foras. venit esau.
coctosq̄ de venatōe cibos/intulit patri
dicēs. Surge pater mi. et comede de ve
natione filii tui: vt benedicat michi aia
tua. Dixitq̄ illi isaac. Quis enim es tu:
Qui rñdit. Ego sū filius tu⁹ primoge-
nitus esau. Expauit isaac stupore vehe
mēti: et vltra q̄ credi potest admirās ait
Quis igit ille est. q̄ dudū captā venatio
nē attulit michi. et comedi ex oībus pri-
usq̄ tu venires: Benedixiq̄ illi: et erit be
nedictus. Auditis esau sermonibus pa
tris: irrugiit clamore magno. et consterna
tus ait. Benedic etiā et michi pater mi.
Qui ait. Venit germanus tu⁹ fraudu-
lēter: et accepit benedictiōem tuā. At ille
subiūxit. Juste vocatū est nomē eius ia
cob: supplantauit enī me en altera vice.
Primogenita mea aute tulit: et nūc sc̄do
surripuit benedictiōem meā. Rursūq̄
ad patrē. Nunq̄d nō reseruasti ait et mi-
chi benedictionē: Rñdit isaac. Dñs tuū
illū cōstitui: et oēs fratres suos seruituti
illius subiugaui. Frumēto et vino et oleo
stabiliui eus: et tibi post hec fili mi vltra
q̄d faciā: Cui esau. Nū vnā inquit tātū
benedictionē habes pater: Michi quo-
q̄ obsecro: vt benedicas. Cunq̄ eiulatu

magno fleret:motus ysaac dixit ad eū. In pinguedine terre ⁊ in rore celi desuper:erit benedictio tua.℣. Bonū est cōfiteri domio ⁊ psallere noī tuo altissime. ℟. Ad annunciandū mane miam tuā ⁊ veritatē tuam per noctem. Secundum lucam. xv.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hāc. Homo qdam habuit duos filios:et dixit adolescētior ex illis patri.Pater da michi portionē substantie:q̄ me ptingit.Et diuisit illis substantiā.Et nō post multos dies. cōgregatis oībus adolescētior filius pere gre pfectus est in regionē lōginquā:et ibi dissipauit substantiā suā viuēdo luxuriose.Et postq̄ oīa cōsumasset: facta est fames valida in regione illa.⁊ ipe cepit egere.Et abiit ⁊ adhesit vni ciuiū regionis illius:et misit illū in villā suā vt pasceret porcos.Et cupiebat īplere vētrē suū de siliquis/quas porci māducabāt:⁊ nemo illi dabat.In se autē reuersus:dixit. Quāti mercennarii in domo patris mei abundāt panibus.ego autē hic fame pereo:Surgā ⁊ ibo ad patrē meū:⁊ dicā ei.Pater:peccaui i celū ⁊ corā te:iā non sū dignus vocari filius tu⁹ fac me sicut vnū ex mercennariis tuis. Et surgēs:venit ad patrē suū.Cū autē adhuc lōge esset:vidit illū pater ipsius. ⁊ mīa motus est.Et accurrēs cecidit supra collū ei⁹:et osculatus est eū.Dixitq̄ ei filius.Pater:peccaui in celū ⁊ coram te:iā nō sum dignus vocari filius tuus Dixit aūt pater ad seruos suos. Cito p ferte stolā primā/et induite illū: et date annulū in manu eius/⁊ calciamenta in pedes eius.Et adducite vitulū saginatū ⁊ occidite:⁊ māducem⁹ ⁊ epulemur. q̄ hic filius meus mortu⁹ erat.et reuixit.perierat et inuētus est.Et ceperunt epulari.Erat autē⁊ filius eius senior in agro.Et cum veniret ⁊ approp̄quaret domui:audiuit symphoniā ⁊ chorum. Et vocauit vnū de seruis:et interrogauit qd hec essēt.Ille⁊ dixit illi.Frater tu⁹ venit:et occidit pater tuus vitulū saginatū.q̄ saluū illū recepit.Indignatus est aūt:⁊ nolebat introire.Pater ergo illius egressus:cepit rogare illū.At ille respondēs:dixit patri suo.Ecce tot annis seruio tibi.⁊ nūq̄ mandatū tuū p̄teriui:⁊ nūq̄ dedisti michi hedū.vt cū amicis meis epularer.Sed postq̄ hic filius tuus q̄ deuorauit substantiā suā cū meretricibus venit:occidisti illi vitulū saginatū.At ipe dixit ei.Fili:tu semp mecū es:⁊ oīa mea tua sunt.Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: quia frater tu⁹ hic mortuus fuerat.⁊ reuixit.Perierat:⁊ inuētus est. Offt. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte:neq̄ dicat inimic⁹ me⁹ pualui aduersus eū. ℟. Usq̄quo dñe obliuisceris me i finē:q̄diu ponā psilia i aīa mea. Secr̄

His sacrificiis dñe p̄cede placatus: vt q̄ ppriis optamus absolui delictis.nō grauemur extetnis.Per. Cōio. Oportet te fili gaudere q̄ frater tu⁹ mortu⁹ fuerat ⁊ reuixit:pierat ⁊ inuētus est. Postcōid.

Sacramēti tui dñe diuina libatio penetralia nr̄i cordis imfūdat:⁊ sui nos pticipes potēter efficiat.Per. Sup ppl'm.Humiliate capita vr̄a deo. Ōro.

Familiā tuā q̄s dñe p̄tinua pietate custodi:vt q̄ i sola spe gr̄e celestis innitit̄/celesti etiā ptectōe muniat. Per dñm. ℂ Dñica.iii.xl. Officium.

Oculi mei semp ad dñm qm̄ ipe euellet de laqo pedes meos:respice i me et miserere mei qm̄ vnicus ⁊ paup sū ego. ps. Ad te dñe leuaui aiam meā deus meus in te cōfido nō erubescā.

Quesumus oīps deus vota Ōro. humiliū respice:atq̄ ad defēsionē nostrā.dexterā tue maiestatis extende.Per dñm. Ad ephesios. v.

Fratres. Estote imitatores dei sicut filii carissimi:⁊ ambulate in dilectiōe sicut ⁊ xp̄s dilexit nos. ⁊ tradidit semetipm p nobis oblationē.et hostiā deo in odorē suauitatis. Fornicatio autē et ois īmundicia/aut auaricia/nec noīet in vobis sicut decet sctōs:aut turpitudo/aut stultiloquiū/aut scurrilitas q̄ ad rem nō ptinet.sed magis gratiarū actio.Hoc aūt scitote intelligētes:quod ois fornicator.aut īmundus.aut auar⁹ qd est idolor̄ seruitus nō habet heredi-

tatem in regno xpi ⁊ dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis. Propter hec enī: venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici: participes eorum. Eratis enī aliquando tenebre: nunc aūt lux in domino. Ut filii lucis ambulate. Fructus enī lucis est: in omni bonitate ⁊ iusticia: ⁊ veritate. Gr̄. Exurge domine non preualeat homo: iudicentur gentes in cōspectu tuo. ℣. In cōuertendo inimicū meū retrorsum: infirmabuntur ⁊ peribūt a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruor̄ in manibus dn̄or̄ suor̄. ℣. Et sicut oculi ancille i manibus dn̄e sue. ℣. Ita oculi nr̄i ad dominū deum nr̄m donec misereat nr̄i. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Scōm lucam. xi.

In illo tp̄e. Erat iesus eiiciens demoniū: et illud erat mutū. Et cū eiecisset demoniū locut⁹ est mut⁹: ⁊ admirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis: dixerūt In beelzebub p̄ncipe demoniorum: eiicit demonia. Et alii tēptātes: signum de celo q̄rebāt ab eo. Ip̄e aūt vt vidit cogitatōes eor̄: dixit eis. Oē regnū in seip̄m diuisū desolabit: ⁊ dom⁹ supra domū cadet. Si aūt ⁊ sathanas in seip̄m diuisus est: quō stabit regnū ipsius. q̄ dicitis i beelzebub eicere me demonia: Si aūt ego i beelzebub eiicio demonia: filii vestri in quo eiiciūt: Ideo: ⁊ ipi iudices vestri erūt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto puenit in vos regnū dei. Cum fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt ea q̄ possidet. Si autē fortior illo supueniēs vicerit eum: vniuersa arma eius auferet. in quibus cōfidebat ⁊ spolia eius distribuet. Qui nō est mecū: aduersum me est. Et q̄ nō colligit mecū: dispergit. Cum īmund⁹ spūs exierit ab hoīe: ambulat p̄ loca inaquosa querens requiē ⁊ nō inueniens dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā scopis mūdatā. Tunc vadit: et assumit septē alios spiritus nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hois illius: peiora p̄riorib⁹. Factū est aūt cum hec diceret extollēs vocē quedā mulier de turba. dixit illi. Beatus vēter qui te portauit: ⁊ vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiūt verbū dei: ⁊ custodiunt illud. Offr̄. Justicie domini recte letificantes cor̄da: ⁊ dulciora super mel et fauū: nā ⁊ seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e deuotor̄ū munera famulor̄ ⁊ tua diuinis purifica seruiētes pietate mysteriis: q̄b⁹ etiā iustificas ignorātes. Per. Cōio. Passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutum rex meus ⁊ deus meus: beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Postcōio.

Acunctis nos dn̄e reatibus ⁊ periculis p̄opiciat⁹ absolue: quos tanti mysterii tribuis esse participes. Per dn̄m. ℂ Feria secunda. Officium.

In deo laudabo verbū in dn̄o laudabo sermonē in deo speraui: nō timebo q̄d faciat mihi homo. p̄s. Miserere mei deus q̄m cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Quor̄dibus nr̄is q̄s dn̄e gratiā tuam benign⁹ infūde: vt sicut ab escis corporalibus abstinem⁹. ita sēsus quoq̄ nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per dn̄m. Lectio libri regū. iiii. v

In diebus illis. Naamā princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dn̄m suū. et honoratus. Per illū enī: dedit dn̄s salutē syrie. Erat aūt vir fortis et dives: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi. ⁊ captiuā duxerant de terra israel puellā paruulā: q̄ erat in obsequio vxoris naamā. Que ait ad dn̄am suam. Utinā fuisset dn̄s meus ad pphetā q̄ est in samaria: profecto curasset eū a lepra quam habet. Ingressus est itaq̄ naamā ad dn̄m suum: ⁊ nūciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella: de terra israel. Dixitq̄ ei rex syrie. Vade: et mittā litteras ad regē israel. Qui cū profectus esset. et tulisset secū decē talēta argēti. ⁊ sex milia aureos ⁊ decē mutatoria vestimentor̄: detulit litteras ad regē israel in hec verba. Cū acceperis epistolā hanc: scito q̄ miseri

ad te naaman seruũ meũ. vt cures eũ a lepra sua. Cumq; legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta sua ⁊ ait. Nũquid deus ego sum vt occidere possim et viuificare. q; iste misit ad me vt curẽ hominẽ a lepra sua: Animaduertite ⁊ videte: quot occasiones querat aduersus me. Mõ cũ audisset heliseus vir dei scidisse videlicet regẽ israel vestimẽta sua: misit ad eũ dicẽs. Cur scidisti vestimẽta tua: Veniat ad me: ⁊ sciat esse pphetã in israel. Venit ergo naamã cũ equis ⁊ curribus: ⁊ stetit ad ostiũ domus helisei. Misitq; ad eũ heliseus nũciũ dicẽs. Vade. ⁊ lauare septies in iordane: ⁊ recipiet sanitatẽ caro tua. atq; mũdaberis. Iratusq; naamã: recedebat dicens. Putabã qõ egrederet ad me: et stans inuocaret nomẽ dñi dei sui. ⁊ tãgeret manu sua locũ lepre. ⁊ curaret me. Nunqd nõ meliores sũt abana ⁊ pharfar fluuii damasci. oĩbus aquis israel. vt lauer i eis ⁊ mũder: Cũ ergo vertisset se et abiret indignãs: accesserũt ad eũ serui sui: ⁊ locuti sũt ei. Pater: ⁊ si rẽ grandẽ dixisset tibi ppheta: certe facere debueras Quãtomagis q; nũc dixit tibi. lauare ⁊ mũdaberis: Descẽdit ⁊ lauit in iordane septies. iuxta sermonẽ viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli ⁊ mundatus est a lepra. Reuersusq; ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit ⁊ stetit coram eo. ⁊ ait. Vere scio qõ nõ sit deus alius in vniuersa terra: nisi tantũ dñs deus israel. Gr. Deus vitã meã nũciaui tibi posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo. ℣. Miserere michi dñe qñ conculcauit me homo: tota die bellãs tribulauit me. Tractus

Dñe nõ scõm pctã nostra q̃ fecimus nos: neq; scõm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos mie tue: q; pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ dr̃. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃: ⁊ ppter gloriã nois tui dñe libera nos: ⁊ ppicius esto pctis nr̃is: ppter nomẽ tuũ. Scõm lucam. iiii.

In illo tpe. Dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua. Ait autẽ. Amen dico vobis: q; nemo p pheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in israel. quãdo clausũ est celũ. annis tribus ⁊ mensibus sex. cum facta esset fames magna i oi terra. ⁊ ad nullã illarũ missus est helyas. nisi in sareptã sydonie ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erãt in israel sub heliseo p pheta: ⁊ nemo eor̃ mũdat⁹ est nisi naaman syrus. Et repleti sunt oẽs in synagoga ira: hec audiẽtes. Et surrexerũt ⁊ eiecerũt illũ extra ciuitatẽ: ⁊ duxerũt illũ vsq; ad supciliũ mõtis. sup quẽ ciuitas illor̃ erat edificata. vt precipitarẽt eũ. Ipe aũt transiẽs: p mediũ illor̃ ibat

Offr̃. Exaudi de⁹ orationẽ meã ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde in me ⁊ exaudi me. ℣. Cõturbatus sũ a voce inimici ⁊ a tribulatiõe pctõris: ⁊ expectabã eum q; me saluum faceret.

Munus qõd tibi dñe nostre Secre. seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentũ. Per dñm Cõio. Quis dabit ex syon salutare israel cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob ⁊ letabitur israel. Postcõio.

Presta q̃s ops et misericors deus: vt q̃ ore contingimus. pura mẽte capiamus. Per dñm. Sup populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis q̃s dñe misericordia tua: vt ab imminentibus pctõr nr̃or̃ periculis te mereamur protegẽte eripi. te liberãte saluari. Per dñm

℣ Feria.iii. Ad missam. Officium.

Ego clamaui: quoniã exaudisti me deus/inclina aurẽ tuam et exaudi verba mea custodi me dñe vt pupillam oculi sub vmbra alarũ tuarũ protege me. ℣. Exaudi dñe iusticiam meã intende deprecationẽ meam. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Exaudi nos omps ⁊ misericors deus: ⁊ continentie salutaris propicius nobis dona concede. Per dominũ

Lectio libri regum. iiii.iiii.

In diebus illis. Mulier quedã clamabat ad heliseum pphetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus

est:⁊ tu nosti q̄ seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit:vt tollat duos filios meos ad seruiēdū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciā tibi:Dic michi.q̄d habes in domo tua. At illa respōdit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea:nisi parum olei quo vngar Cui ait. Uade ⁊ pete mutuo ab oīb⁹ vicinis tuis.vasa vacua nō pauca:⁊ ingredere domū tuā.⁊ claude ostiū cū intrinsecus fueris.tu ⁊ filii tui. Et mitte inde in oīa vasa hec:⁊ cū plena fuerint tolles Fuit itaq̄ mulier:⁊ clausit ostiū sup se. ⁊ sup filios suos. Illi offerebāt vasa:⁊ illa infūdebat. Cūq̄ plena fuissent vasa: dixit ad filiū suum. Affer michi adhuc vas. Et ille rñdit. Nō habeo. Stetitq̄ oleū. Uenit aūt illa:⁊ indicauit hoī dei. Et ille. Uade inq̄t ⁊ vende oleū:⁊ redde creditori tuo Tu aūt ⁊ filii tui:viuite de reliquo. Gr̄. Ab occultis meis mūda me dñe ⁊ ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nō fuerint dñati tūc immaculatus ero:⁊ emūdabor a delicto maximo. Sc̄m matheum. xviii.

In illo tp̄e. Respiciēs ihesus in discipulos suos:dicit symōi petro. Si peccauerit in te frater tuus:vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipm solū. Si te audierit:lucratus eris fratrē tuū. Si autez te nō audierit:adhibe tecū adhuc vnū vel duos. vt in ore duor̄ vel triū testiū. stet oē verbū. Q̄d si non audierit eos:dic ecclesie. Si aūt ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Amē dico vobis:q̄cūq̄ alligaueritis sup terrā: erūt ligata ⁊ in celo. Et q̄cunq̄ solueritis sup terrā:erūt soluta ⁊ in celo. Iterū dico vobis:q̄ si duo ex vobis cōsenserit sup terrā de oī re quācūq̄ petierint. fiet illis a patre meo q̄ in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres cōgregati ī noīe meo: ibi sum in medio eor̄. Tūc accedēs petrus:ad eū dixit. Dñe:quotiēs peccabit in me frater meus.⁊ dimittā ei. vsq̄ septies:Dixit illi ihesus. Nō dico tibi vsq̄ septies: sed vsq̄ septuagies septies.

Offr̄. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me:nō moriar sed viuā ⁊ narrabo opa dñi. ℣. In tribulatōe inuocaui dñm ⁊ exaudiuit me i latitudine:q̄m dñs adiutor meus est. Sec̄r

Per hec veniat q̄s dñe sacramenta nostre redēptiōis effectus: q̄ nos ⁊ ab humanis retrahat semp excessib⁹. et ad salutaria cūcta pducat. Per dñm. Cōio. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sctō tuo:qui ingreditur sine macula ⁊ operat̄ iusticiā. Postcōio

Sanctis dñe mysteriis expiati:⁊ veniam quesumus consequamur ⁊ gratiam. Per dñm. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tua nos domine protectione defende:⁊ ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum. Cferia.iiii. Ad missam. Officium.

Ego autem in domino speraui exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem meaz. ps. In te dñe speraui nō cōfundar ineternū:in iusticia tua libera me. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis quesumus domine: vt salutaribus ieiuniis eruditi.a noxiis quoq̄ viciis abstinentes. propiciationem tuam facilius impetremus Per dñm. Lectio libri exodi. xx.

Hec dicit dñs deus. Honora patrez tuū ⁊ matrē tuā:vt sis longeuus sup terram. quā dñs deus tuus dabit tibi. Non occides/ nō mechaberis/ non furtū facies: nō loqueris contra proximū tuū falsum testimoniū. Non cōcupisces domū proximi tui:nec desiderabis vxorē eius/non seruū/non ancillā/ non bouē/non asinū:nec oīa q̄ illius sūt Cūctus aūt populus audiebat voces.⁊ videbat lāpades.⁊ sonitū buccine. mōtēq̄ fumigantē:⁊ pterriti ac pauore pcussi. steterūt procul dicētes moysi. Loquere tu nobis:⁊ audiemus. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populuz. Nolite timere. Ut enī pbaret vos venit deus:⁊ vt terror illius esset in vobis ⁊ nō peccaretis. Stetitq̄ populus de lōge: moyses aūt accessit ad caliginē in qua erat de⁹. Dixitq̄ preterea dñs ad moysē. Hec dices filiis israel. Vos vidistis: q̄ de celo lo-

cutus sum vobis. Non facietis deos argẽteos:nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi:& offeretis sup eo holocausta. et pacifica vra.oues vras & boues in oi loco:i quo memoria fuerit nois mei. Gr. Miserere michi dñe qm infirm9 sum sana me dñe. ℣. Cõturbata sũt oia ossa mea:& aia mea turbata est valde. Cr.

De necessitatibus meis eripe me dñe:vide humilitatẽ meã & laborẽ meũ & dimitte oia pcta mea. ℣. Ad te leuaui aiaz meã de9 me9 in te confido nõ erubescã: neqz irrideãt me inimici mei. ℣. Eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ confundant confundãt oes facientes vana. Scdz matheũ. xv

In illo tpe. Accesserũt ad iesum ab hierosolymis scribe & pharisei:dicẽtes. Quare discipuli tui trãsgrediũt traditões seniorũ? Non eni lauãt manus suas:cũ panẽ mãducãt. Ipe aũt rndẽs: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatũ dei. propter traditionẽ vestrã? Nã deus dixit. Honora patrẽ et matrẽ: et q̃ maledixerit patri vel matri. morte moriat. Vos aũt dicitis. q̃cunqz dixerit patri vel matri. munus q̃cunqz est ex me/tibi prderit. et nõ honorificabit patrẽ suũ & matrẽ suã:& irritũ fecistis mãdatũ dei. propter traditionẽ vestrã. Hypocrite:bene pphetauit de vobis isaias dicẽs. Populus hic labiis me honorat: cor aũt eorũ longe est a me. Sine causa aũt colũt me:docẽtes doctrinas ac mãdata hoim. Et cõuocatis a se turbis:dixit eis. Audite & intelligite. Non q̃ intrat in os coinq̃nat hoiez:sed q̃ pcedit ex ore/hoc coinq̃nat hoiem. Tũc accedẽtes discipuli eius:dixerũt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo. scandalizati sũt? At ille rndẽs ait. Oĩs plãtatio quã nõ plantauit pater meus celestis: eradicabit. Sinite illos:ceci sunt et duces cecorũ. Cecus autẽ. si ceco ducatũ prestet: ambo in foueã cadũt. Rndens autẽ petrus:dixit ei. Edissere nobis: parabolã istã. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Nõ intelligitis q̃ omne q̃d in os intrat. in ventrẽ vadit & in secessũ emittitur? Que aũt pcedunt de ore. de corde exeunt:& ea coinquinant hoiem. De corde eni exeunt. cogitatiões male: homicidia. adulteria. fornicatiões. furta. falsa testimõia. blasphemie. Hec sũt: q̃ coinquinant hoiem. Nõ lotis autem manibus mãducare:nõ coinquinat hominẽ. Offr. Dñe fac mecũ misericordiã tuã ppter nomen tuũ q̃ suauis est mia tua. ℣. Deus laudem meã ne tacueris: q̃ os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Secreta.

Suscipe qs dñe preces populi tui cũ oblationibus hostiarũ: et tua mysteria celebrantes:ab omnibus nos defende periculis. Per dominũ. Cõio. Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcõio.

Sanctificet nos qs dñe. q̃ pasti sumus mẽsa celestis:et a cũctis erroribus expiatos. supnis pmissionib9 reddat acceptos. Per d. Super populũ Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede qs ops deus: vt q̃ protectionis tue gratiã q̃rimus. liberati a malis oibus secura tibi mẽte seruiam9 Per dñm. ℣ Feria quinta. Officium.

Salus populi ego sum dicit dominus de quacunqz tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos & ero illorũ dns imperpetuum. ps. Attendite populo meus legem meam inclinate aurem vestrã in verba oris mei. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Concede qs ops deus: vt ieiunior nobis sctã deuotio. & purificatione tribuat. et maiestati tue nos reddat acceptos. Per. Lcõ hieremie pphẽ. vii.

In diebus illis. Factus est sermo dñi ad me dicens. Sta in porta domus dñi:& predica ibi verbũ istud et dic. Audite verbũ dñi oes iuda: qui ingredimini p portas has vt adoretis dominũ. Hec dicit dns exercituũ deus israel. Bonas facite vias vestras & studia vestra: et habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite cõfidere in verbis mendacii: dicentes templũ dñi. templũ dñi. templũ dñi est. Qm̃ si bene dixeritis vias vras. & studia vestra. si feceritis iudiciũ inter virũ & proximũ eius. aduene & pupillo vidue nõ feceritis calumniã. nec sãgui-

nem innocentē effuderitis in loco hoc. ℟ post deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto. in terra quā dedit patribus vestris. a seculo ℟ vsq; in seculū. Dicit dñs: oēs. Gr. Oculi oīm in te sperāt dñe ℟ tu das illis escam in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: ℟ imples omne animal benedictione. Secundum iohannem. vi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Operamini nō cibū q̄ perit: sed q̄ pmanet in vitā eternā. quez filius hois dabit vobis. Hūc enī: pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus. vt operemur opera dei? Rndit iesus: ℟ dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eū quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Qđ ergo tu facis signū. vt videam⁹ et credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri māna manducauerūt in deserto: sicut scriptū est. Panē de celo: dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus Amē amē dico vobis: nō moyses dedit vobis panē de celo. sed pater meus dat vobis panē de celo verū. Panis enī dei est q̄ descendit de celo: ℟ dat vitā mūdo. Dixerūt ergo ad eū. Dñe: sēp da nobis hunc panē. Dixit aūt eis iesus. Ego sū: panis vite. Qui venit ad me: nō esuriet Et q̄ credit in me: nō sitiet vnq̄. Ofty. Si ābulauero i medio tribulatōis viuificabis me dñe: ℟ sup iram inimicoz meoz extēdes manū tuā ℟ saluū me fecit dextera tua. ℣. In quacunq; die inuocauero te exaudi me dñe multiplicabis in anima mea virtutem tuā. Secreta.

Hac nos dñe q̄s ad sācta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semp cōpetens deferamus obsequiū. Per d. Cōio. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis vtinā dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōio.

Sacramēti tui dñe venerāda pceptio: et mystico nos mūdet effectu. ℟ ppetua virtute defēdat. Per. Sup ppm. Hūiliate capita vrā deo. Oro

Subiectū tibi populū q̄s dñe ppiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mādatis. Per do minū nostrū. Feria.vi. Officium.

ac mecū dñe signū in bonum vt videant qui me oderunt ℟ confundant: qm̄ tu dñe adiuuisti me ℟ cōsolat⁹ es me. ℘s. Inclina dñe aurem tuā ℟ exaudi me qm̄ inops ℟ pauper ego sum. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Ieiunia nra q̄s dñe benigno fauore pleqre: vt sicut ab alimētis abstinem⁹ in corpore. ita a viciis ieiunem⁹ in mēte. Per. Lectio libri numeri. xx.

In diebus illis. Cōuenerūt filii israel aduersum moysen ℟ aaron: ℟ versi in seditionē dixerūt. Date nobis aquā: vt bibamus. Ingressiq; moyses ℟ aaron dimissa multitudine āte tabernaculū federis: corruerūt proni in terrā clamauerūtq; ad dñz atq; dixerūt. Dñe deus exaudi clamorem populi huius: ℟ aperi eis thesaurū tuū fontē aque viue vt satiati cesset murmuratio eorū. Et apparuit gloria dñi sup eos. Locutusq; est dñs ad moysen dicēs. Tolle virgam ℟ cōgrega populū. tu ℟ aaron frater tuus: ℟ loquimini ad petrā coram eis. et illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā de petra: bibet ois multitudo. ℟ iumenta ei⁹. Tulit igitur moyses virgā q̄ erat in cōspectu dñi sicut preceperat ei: congregata oī multitudine ante petrā. dixitq; eis Audite rebelles et increduli. Nūquid de petra hac vobis aquā poterimus elicere? Cūq; eleuasset moyses manū percutiens virga bis silicē: egresse sunt aque largissime. ita vt populus biberet et iumēta. Dixit dñs ad moysen et aarō. Quia nō credidistis michi vt sāctificaretis me coram filiis israel: non introducetis hos populos in terraz. quā dabo eis. Hec est aqua contradictiōis: vbi iurgati sunt filii israel contra dñm: ℟ sanctificatus est in eis. Gr. In deo sperauit cor meum ℟ adiutus sū ℟ refloruit caro mea: ℟ ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus.

Dñe nō scōm pctā nostra q̄ fecimus nos: neq; scōm iniq̄tates nras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nrarū antiquarū: cito anticipēt nos mie tue: q̄ pauper facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū

ōz ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ ppter gloriā nois tui dñe libera nos: ⁊ ppicius esto pctis nr̄is: ppter nomē tuū. Scōm iohannē. iiii.

In illos tp̄e. Venit ihesus in ciuitatē samarie q̄ dicit sichar: iuxta p̄ædium qđ dedit iacob ioseph filio suo Erat aūt ibi: fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic sup fontē hora aūt erat: quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquā. Dicit ei ihesus. Da michi bibere. Discipuli enī ei⁹ abierūt ī ciuitatē: vt cibos emerēt. Dicit ergo ei: mr̄ier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū bis bibere a me poscis. q̄ sū mulier samaritana. Nō enim coutuntur iudei: samaritanis. Respondit ihesus: et dixit ei. Si scires donū dei. ⁊ quis est q̄ dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo. ⁊ dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dñe. neq; in quo haurias habes: ⁊ puteus altus est. Unde ergo habes aquā viuā: Nūquid tu maior es patre nostro iacob. q̄ dedit nobis puteū. ⁊ ip̄e ex eo bibit ⁊ filii eius ⁊ pecora ei⁹: Rñdit ihesus: ⁊ dixit ei. Oīs q̄ bibit ex aqua hac: sitiet ineternū. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō sitiet ineternū. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque saliētis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dñe: da michi hāc aquā: vt non sitiā. neq; veniam huc haurire. Dicit ei ihesus. Uade voca virū tuū: ⁊ veni huc. Rñdit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihesus Bene dixisti: q̄r non habeo virū. Quinq; enī viros habuisti: ⁊ hunc quē habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe: video q̄r p̄ropheta es tu Patres nostri in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis. q̄r hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mulier crede michi: q̄r venit hora. quando neq; in mōte hoc. neq; in hierosolymis adorabitis patrē. Uos adoratis qđ nescitis: nos adoramus qđ scimus. q̄r salus ex iudeis est. Sed venit hora ⁊ nunc est: qñ veri adoratores adorabūt patrē in spū ⁊ veritate. Nā et pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus est deus: ⁊ eos q̄ adorant eū. in spū ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit: q̄ dicitur xp̄s. Cum ergo venerit: ille nobis annūciabit oīa. Dicit ei ihesus. Ego sum: qui loquor tecum. Et cōtinuo venerūt discipuli eius: ⁊ mirabantur. q̄r cū muliere loquebat. Nemo tamē dixit ei quid queris: aut qđ loqueris cū ea. Reliquit ergo hydriā suā mulier: ⁊ abiit in ciuitatē. ⁊ dicit illis hominibus. Uenite ⁊ videte hoīem: qui dixit michi oīa quecūq; feci. Nūquid ipse est xp̄s: Exierūt ergo de ciuitate: et veniebant ad eū. Interea rogabant eū discipuli: dicētes. Rabbi: manduca Ille aūt: dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli ad inuicē. Nunquid aliquis attulit ei manducare: Dicit eis ihesus. Meus cib⁹ est. vt faciā voluntatē eius q̄ misit me: vt p̄ficiā opus eius. Nonne vos dicitis qđ adhuc quattuor menses sunt. ⁊ messis venit: Ecce dico vobis: leuate oculos vestros et videte regiones. q̄r albe sunt iam ad messem. Et q̄ metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructū in vitā eternā. vt ⁊ q̄ seminat simul gaudeat. ⁊ qui metit. In hoc enī est verbū verū: q̄r alius est q̄ seminat. et alius est q̄ metit. Ego misi vos metere: qđ vos nō laborastis. Alii laborauerunt: ⁊ vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate aūt illa / multi crediderunt in eū samaritanorū. ppter verbū mulieris testimoniū phibētis: q̄r dixit michi oīa quecūq; feci. Cum venissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eum vt ibi maneret. Et mānsit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt in eū p̄ropter sermonem eius: ⁊ mulieri dicebant. quia iam non p̄ropter tuā loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus ⁊ scimus: quia hic est vere saluator mūdi. Offr̄. Intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine. ℣. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum ⁊ exaudi me. Secreta.

Respice dñe p̄ropicius ad munera que sacramus: vt ⁊ tibi grata sit. et nobis salutaria semper existant. Per

dñm. Cõio. Qui bibent aquam quaz ego do dicit dominus samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Postcõio.

Huius nos dñe perceptio sacramẽti mũdet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per. Super populuz. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Presta qs oipotens deus: vt qui in tua protectione confidimus. cũcta nobis aduersantia te adiuuante. vincamus. Per d. ℭ Sabbato. Officium.

Verba mea auribꝰ percipe domine intellige clamorem meum: intẽde voci oratõis mee. ps. Rex meus & deus meus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta qs omps deus: vt qui se affligendo carnẽ ab alimẽtis abstinẽt. sectãdo iusticiã a culpa ieiunẽt. Per

Lectio danielis prophete. xiii.

In diebus illis. Erat vir in babilone: & nomẽ eius ioachim. Et accepit vxorẽ noie susannã filiã helchie: pulchrã nimis. & timentẽ deũ. Parẽtes autẽ illius. cũ essent iusti: erudierunt filiã suã scõm legẽ moysi. Erat aũt ioachim diues valde: & erat ei pomerium vicinũ domui sue. & ad ipm confluebant iudei eo qd esset honorabilior oim. Et constituti sunt duo senes iudices i anno illo: de quibus locutus est dñs. quia egressa est iniquitas de babilone a senioribꝰ iudicibus. q̃ videbãtur regere populum. Isti frequẽtabant domũ ioachim: & veniebant ad eos oẽs q̃ habebant iudicia. Cũ aũt populus reuertisset post meridiẽ: ingrediebat susanna. & deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eã senes quotidie ingredientem et deambulantẽ: & exarserũt in cõcupiscentiam eius. Et auerterũt sensum suũ. et declinauerũt oculos suos vt nõ viderent celũ: neq recordarent iudicioz iustoz um Factũ est aũt cũ obseruarẽt diẽ aptum quãdo eã possent inuenire solã: ingressa est aliquando sicut heri. & nudiustertius. cuz duabus solis puellis. voluitq lauari in pomerio. Estus quippe erat, Et nõ erat ibi quisq̃: preter duos senes absconditos. cõtemplãtes eã. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleũ et smigmata: & ostia pomerii claudite vt lauer. Cũ aũt egresse essent puelle: surrexerũt duo senes. & accurrerũt ad eã & dixerũt. Ecce ostia pomerii clausa sunt: & nemo nos videt. & in cõcupiscentia tui sumus Quãobrem assentire nobis: & cõmisce re nobiscũ. Nõ si nolueris: dicemus testimoniũ contra te/ q̃ fuerit tecũ iuuenis. & ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna: & ait. Angustie michi sunt vndiq. Si enim hoc egero. mors michi est: si aũt nõ egero. nõ effugiã manus vestras. Sed melius michi est absq opere incidere in manus vras: q̃ peccare in conspectu dñi. Et exclamauit voce magna susãna: exclamauerũt aũt & senes aduersus eã. & cucurrit vnꝰ & aperuit ostia pomerii. Cũ autẽ audissent clamorẽ in pomerio famuli domꝰ: irruerunt p posticũ vt viderent quidnã esset. Postq̃ autẽ senes locuti sunt/ erubuerunt serui vehementer: qz nunq̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi. de susanna. Et facta est dies crastina. Cumq venissent populus ad virũ eius ioachim: venerunt et duo presbyteri/ pleni iniqua cogitatione aduersus susannã. vt interficerẽt eã. Et dixerũt coram populo. Mittite ad susannã filiã helchie: vxorẽ ioachim. Et statim miserũt. Et venit cum parentibus & filiis: et vniuersis cognatis suis. Flebãt igitur sui: & oẽs q̃ eã nouerant. Cõsurgentes aũt duo presbyteri in medio populi: posuerũt manus suas sup caput eius. Que flẽs suspexit ad celũ. Erat aũt cor eius: fiduciã habẽs in dño. Et dixerũt presbyteri. Cũ deambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cũ duabus puellis. & clausit ostia pomerii. & dimisit a se puellas. Venitq ad eã adolescens/ q̃ erat absconditus: & concubuit cũ ea. Porro nos cum essemus i angulo pomerii. vidẽtes iniquitatẽ: cucurrimus ad eos. et vidimus eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ nequiuimꝰ cõprehẽdere. qz fortior nobis erat: & apto ostio exiliuit. Hanc aũt cũ apprehen-

dissemus: interrogauimus quisnã esset adolescẽs. & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo. quasi senioribus & iudicibus populi: & condẽnauerũt eã ad mortẽ. Exclamauit aũt voce magna susãna: & dixit. Deus eterne. q̃ ablcõditorũ es cognitor/ qui nosti oĩa anteq̃ fiãt: tu scis. qm̃ falsum cõtra me tulerũt testimoniũ. Et ecce morior: cũ nichil horũ fecerim. q̃ isti maliciose cõposuerũt aduersũ me. Exaudiuit aũt dñs vocẽ eius. Cũq; duceretur ad mortẽ: suscitauit deus spiritũ pueri iunioris. cui nomẽ daniel. Et exclamauit voce magna. Mũdus ego sũ: a sanguine huius. Et cõuersus ois populus ad eũ: dixit. Quis est iste sermo. quẽ tu locutus es: Qui cũ staret ĩ medio eorũ: dixit. Sic fatui filii israel/ nõ iudicãtes neq; qd̃ verũ est cognoscẽtes: condẽnastis filiã israel. Reuertimini ad iudiciũ: qr falsũ testimoniũ locuti sũt aduersus eã. Reuersus est ergo populus/ cum festinatõe: & dixit ad eos daniel. Separate illos abinuicẽ procul: & diiudicabo eos. Cũ ergo diuisi essent/ alter ab altero: vocauit vnũ de eis. & dixit ad eũ. Inueterate dierũ malorũ: nũc venerũt peccata tua q̃ operabaris prius. iudicãs iudicia iniusta innocẽtes opprimẽs. & dimittẽs noxios. dicẽte dño. innocẽtem & iustũ. nõ interficies. Nunc ergo si vidisti eã: dic sub qua arbore videris eos colloquẽtes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit aũt daniel. Recte mentitus es in caput tuũ. Ecce enĩ angelus dñi. accepta sentẽtia ab eo: scindet te mediũ. Et amoto eo: iussit venire alium. & dixit ei. Semẽ chanaan & nõ iuda: species decepit te/ et cõcupiscentia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus israel: & ille timẽtes. loquebant vobis. Sed nõ filia iuda. sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nũc ergo dic mihi: sub qua arbore cõprehẽderis eos loquẽtes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit aũt ei daniel. Recte mẽtitus es & tu i caput tuũ. Manet enĩ angelus dñi gladium habens: vt secet te mediũ. & interficiat vos. Exclamauit itaq; ois cet⁹ /vocẽ magna: & benedixerunt deũ. qui saluat sperantes in se. Et cõsurrexerũt aduersus duos presbyteros: cõuicerat enĩ eos daniel/ ex ore suo. falsum dixisse testimoniũ. Fecerũtq; eis sicuti male egerant aduersus primũ: et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innocens: in die illa. Gr. Si ambulẽ in medio vmbre mortis non timebo mala: qm̃ tu mecum es dñe. ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Secundum iohannem. viii.

In illo tpe. Perrexit iesus in montẽ oliueti: & diluculo itez venit in templũ. Et ois populus venit ad eũ: et sedens docebat eos. Adducunt aũt scribe & pharisei mulierẽ. in adulterio deprehensam: & statuerũt eã in medio. & dixerũt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aũt moyses mãdauit nobis: huiusmodi lapidare. Tu ergo q̃d dicis: Hoc aũt dicebant tẽptantes eũ: vt possent accusare eum. Iesus aũt inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cũ aũt perseuerarent/ interrogantes eum: erexit se/ & dixit eis Qui sine peccato est vestrũ: primus in illã lapidẽ mittat. Et itez inclinans: scribebat in terra. Audiẽtes aũt/ vnus post vnũ exibant: incipientes a senioribus. Et remãsit solus iesus: & mulier in medio stans. Erigẽs aũt se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sunt q̃ te accusabãt: Nemo te condemnauit. Que dixit. Nemo dñe. Dixit aũt ei iesus. Nec ego te condẽnabo. Vade: & iã amplius noli peccare. Offr. Gressus meos dirige dñe scõm eloquiũ tuum: vt nõ dñetur mei omnis iniusticia domine. ℣. Declaratio sermonum tuorũ illuminat me: & intellectum dat parvulis. Secreta.

Efficiatur hec hostia quesum⁹ domine solẽnibus grata ieiuniis: et vt tibi fiat acceptior. purificatis mentibus immoletur. Per dñm. Cõio. Nemo te condẽnauit mulier: nemo dñe: nec ego te condẽnabo iã amplius noli peccare. Postcõio.

Quesumus omnipotens deus: vt inter eius mẽbra numeremur. cuius corpori communicauimus & sanguini. iesu xpi filii tui dñi nostri. Qui

tecū viuit et regnat. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio. Oretēde dñe fidelib⁹ tuis dexteraz celestis auxilii: vt te toto corde pquirāt. et q̄ digne postulāt. assequi mereantur. Per. ¶ Dñica media. xl. Officium. Letare hierusalē et cōuentū facite oēs q̄ diligitis dñm: gaudete cū leticia q̄ in tristicia fuistis: vt exultetis et satiemini ab vberibus cōsolationis vestre. ps. Letatus sum in his q̄ dicta sunt michi: in domum dñi ibimus. Oratio. Concede q̄s oīpotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur. tue gratie consolatōe respiremus Per dñm. Ad galathas. iiii. Fratres. Scriptū est. quoniā abraham duos filios habuit: vnū de ancilla. et vnū de libera. Sed q̄ de ancilla: scōm carnē natus est. Qui autē de libera: pr repromissionē. q̄ sunt per allegoriā dicta. Hec enī sunt duo testamenta. Unū quidē in monte syna in seruitutē generās: q̄ est agar. Syna enī mons est in arabia: q̄ coniunctus est ei q̄ nunc est hierusalē / et seruit cū filiis suis. Illa aūt q̄ sursum est hierusalē / libera est: que est mater nostra. Scriptū est enim. Letare sterilis q̄ non paris: erūpe et clama q̄ nō parturis. quia multi filii deserte magis q̄ ei⁹ q̄ habet virū. Nos aūt fratres: scōm ysaac promissionis filii sum⁹. Sed quomodo tūc is q̄ scōm carnē natus fuerat persequebatur eū / qui scōm spiritū: ita et nūc. Sed quid dicit scriptura: Eiice ancillam: et filiū eius. Non enī heres erit filius ancille: cū filio libere Itaq; fratres: non sumus ancille filii. sed libere. Qua libertate: christus nos liberauit. Grad. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in dño sicut mons syō nō cōmouebitur in eternum qui habitat in hierusalē. Mōtes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsq; in seculum. Secundum iohannem. vi. In illo tpe. Abiit iesus trans mare galilee / q̄d est tyberiadis: et sequebatur eum multitudo magna / quia videbant signa que faciebat sup̄ his / qui infirmabantur. Subiit ergo in montē iesus: et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha: dies festus iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos iesus. et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde ememus panes vt mādu-cent hi. Hoc aūt dicebat: tēptans eum. Ipse enī sciebat: q̄d esset facturus. Rñdit ei philippus. Ducētor denarior panes nō sufficiūt eis: vt vnusq̄sq; modicū q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic: q̄ habet quinq; panes ordeaceos. et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tātos? Dicit ergo iesus. Facite hoies discūbere. Erat aūt fenū multū: i loco. Discubuerūt ergo viri: numero quasi q̄nq; milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gr̄as egisset / distribuit discūbētibus. Similiter et ex piscib⁹: quātū volebāt. Ut aūt impleti sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerunt fragmēta: ne pereāt. Collegerūt ergo: et impleuerunt duodeci cophinos fragmētor. ex q̄nq; panibus ordeaceis q̄ supfuerūt his q̄ māducauerant. Illi ergo hoies cū vidissent q̄d fecerat signū: dicebāt. Qr hic est vere ppheta: q̄ vēturus est in mundū. Offr. Laudate dñm qr benignus est: psallite noi eius q̄m suauis est oia q̄cunq; voluit fecit in celo et in terra. Secreta. Annue nobis quesumus domine: vt et diuinis semper solennitatibus occupemur: et mysteriis sacris mente pariter congruamur et corpore. Per dñm nostrum. Prefatio quotidiana. Cōio. Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum: illuc enī ascenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine. Postcōio. Da nobis quesumus misericors deus: vt sancta tua quibus incessāter explemur. sinceris tractemus obsequiis. et fideli semper mente sumamus. Per dñm nostrum iesum xp̄m. ¶ Feria secunda. Officium.

Deus in nõe tuo saluũ me fac/ & in virtute tua iudica me: de⁹ exaudi oratiõnẽ meã. ℣s. Quia alieni insurrexerũt aduersũ me: & fortes q̃sierũt aiaz meã. Flectam⁹ genua. Leuate. Dõ

Oresta q̃s ops deus: vt obseruationes sacras ãnua deuotõe recolentes. & corpore tibi placeamus et mente. Per dñm. Lectio libri regum. iii. iii.

In diebus illis. Venerũt due mulieres meretrices ad regẽ salomonẽ: steteruntq; coram eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe: ego & mulier hec: habitabamus in domo vna. et peperi apud eam. in cubiculo. Tertia vero die postq̃ ego peperi: peperit & hec. Et eramus simul: nullusq; alius in domo nobiscum exceptis nobis duab⁹. Mortuus est autẽ filius mulieris hui⁹ nocte: dormiens q̃ppe oppressit eũ. Et cõsurgẽs in tẽpestate noctis silẽtio: tulit filiũ meũ de latere meo ancille tue dormiẽtis. et collocauit in sinu suo. suũ aũt filiũ/ q̃ erat mortuus. posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane vt datẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligẽtius/ intuẽs clara luce: deprehẽdi non esse meũ quẽ genuerã. Rñdit altera mulier. Mõ est ita: sed filius tuus mortuus est. meus autẽ viuit. Ecõtrario: illa dicebat. Mentiris Filius meus quippe viuit: et filius tu⁹ mortuus est. Atq; in hunc modũ: contẽdebant coram rege. Tũc rex ait. Hec dicit. filius meus viuit. & filius tuus mortu⁹ est: & ista rñdit/ non: sed filius tuus mortuus est. meus aũt viuit. Dixit ergo rex Afferte michi gladiũ. Cũq; attulissent gladiũ coram rege: ait. Diuidite infãtem viuũ/ in duas partes: & date dimidiam partẽ vni. & dimidiã partẽ alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus. ad regẽ: cõmota sunt quippe viscera eius sup filio suo. Obsecro dñe: date illi infãtem viuũ. & nolite interficere eũ. Econtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sz diuidat. Respõdit rex: et ait. Date huic infantẽ viuũ: et nõ occidat. Hec est enĩ mater eius. Audiuit itaq; oĩs israel iudiciũ. qõ iudicasset rex: & timuerũt regẽ. Videtes sapiẽtiã dei esse in eo: ad faciẽdũ iudiciũ. Gr. Esto michi ꝓtectorẽ: & in locũ refugii vt saluũ me facias ℣. De⁹ in te speraui dñe nõ confundar ineternum. Tractus.

Dñe nõ scõm pctã nostra q̃ fecimus nos: neq; scõm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos mie tue: q; pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ dz. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃: & ꝓpter gloriã nõis tui dñe libera nos: & ꝓpitius esto pctis nr̃is ꝓpter nomẽ tuũ. Scõm iohannẽ. ii.

In illo tẽpore. Prope erat pascha iudeorum: & ascendit ihesus hierosolymã. Et inuenit in templo vendentes oues & boues & colũbas: et nũmularios sedentes. Et cũ fecisset quasi flagellum de funiculis: oẽs eiecit de templo. Oues quoq; & boues/ & numinulariorũ effudit es: & mensas subuertit. Et his q̃ colũbas vendebant: dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domũ patris mei. domum negociatiõis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptuz est. zelus domus tue. comedit me. Responderunt ergo iudei: & dixerunt ei. Qõ signũ ostẽdis nobis. q; hec facis. Respõdit ihesus: & dixit eis. Soluite templum hoc: & in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatũ est templũ hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis: sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis recordati sũt discipuli eius. quia hoc dicebat. & crediderunt scripture & sermoni quem dixit ihesus. Cum aũt esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt ĩ nomine eius. videntes signa eius que faciebat. Ipse autem ihesus non credebat semetipm eis: eo quod ipse nosset omnes. et quia opus ei non erat vt quis testimoniuz perhiberet de homine. Ipse enĩ sciebat: quid esset in homine. Offr. Jubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia intrate in cõspectu eius in exultatiõe quia dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos & non ipsi nos: nos autem populus eius & oues pascue eius. Secreta.

Tuis dñe q̃sumus operare mysteriis: vt hec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per dominum. Cõio. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Postcõio. Quos diuinis dñe reficis sacramẽtis. tuis q̃s sustenta p̃sidiis: et quos beneficiis tẽpoꝛalib⁹ refoues. pasce ꝑpetuis. Per dñm. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oꝛatio. Deprecationẽ nostrã q̃s dñe benignus exaudi: ⁊ quibus supplicã di p̃stas affectũ. tribue defensiõis auxiliũ. Per dñm. ¶ Feria.iii. Officium. Exaudi deus oꝛationẽm meã et ne despexeris deprecationem meam intende in me ⁊ exaudi me. ℣s. Contristatus sum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus sum a voce inimici Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio. Sacre nobis q̃s dñe obseruatõis iunia: ⁊ pie cõuersatõis augmẽtũ. ⁊ tue ꝑpiciatõis ꝛtinuũ p̃sẽtẽt auxiliũ. Per dñm. Lectio libꝛi exodi. xxxii. In diebus illis Locutus est dñs ad moysen dicẽs. Descẽde de mõte: qꝛ peccauit populus tuus quẽ eduxisti de terra egypti. Recesserũt cito de via. quã ostendisti eis: fecerũtq; sibi vitulũ conflatilẽ. ⁊ adoꝛauerũt. atq; ĩmolãtes ei hostias dixerũt. Isti sũt dii tui israel: q̃ te eduxerũt de terra egypti. Rursũq; ait dñs ad moysen. Cerno qõ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat furoꝛ meus cõtra eos. et deleã eos. faciãq; te in gentẽ magnã. Moyses autẽ oꝛabat dñm deũ suum dicẽs. Cur dñe iracscit furoꝛ tuus cõtra populũ tuum. quẽ eduxisti de terra egypti/ in foꝛtitudine magna. ⁊ in manu robusta: Ne q̃so dicant egyptii callide eduxit eos: vt ĩterficeret in montibus. ⁊ deleret eos de terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis sup nequitia populi tui. Recoꝛdare abꝛaham/ isaac/ ⁊ israel seruoꝛ tuoꝛ: q̃bus iurasti p temetipsum dicens. Multiplicabo semẽ vestrũ/ sicut stellas celi: ⁊ vniuersam terrã hanc de qua locutus sum dabo seminiꝫ vestro. ⁊ possidebitis eam semp. Placatusq; est dñs: ne faceret maluꝫ. qõ locutus fuerat aduersus populũ suum. Et misertus est populo suo: dñs deus noster. Gꝛ. Exurge domine opem nobis: ⁊ libera nos p̃pter nomẽ tuũ. ℣⁹. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annunciauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eoꝝ: et in diebus antiquis. Secundum iohannem. vii. In illo tpe. Jam die festo mediãte: ascẽdit iesus in templũ ⁊ docebat Et mirabant iudei: dicentes. Quomodo hic litteras scit. cũ non didicerit: Rñdit eis iesus: ⁊ dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius q̃ misit me. Si q̃s voluerit/ volũtatẽ eius facere: cognoscet de doctrina. vtrũ ex deo sit. an ego a meipso loquar. Qui a seipo loquit: gloꝛiã pꝛiã querit. Qui aũt querit gloꝛiã eius q̃ misit illũ: hic verax est. ⁊ iniustitia i illo nõ est. Nõne moyses dedit vobis legẽ. ⁊ nemo ex vobis facit legem: Quid me q̃ritis interficere: Rñdit ei turba: et dixit. Demoniũ habes. Quis te querit ĩterficere: Rñdit iesus: ⁊ dixit eis. Vnũ opus feci: et oẽs miramini. Propterea moyses. dedit vobis circũcisionẽ: nõ qꝛ ex moyse est. sed ex patribus. Et in sabbato circũciditis hoiem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbato. vt nõ soluatur lex moysi: michi ĩdignamini. q̃a totũ hoiem sanũ feci in sabbato. Nolite iudicare scõm faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebant aũt quidã ex hierosolymis. Nõne hic est. quẽ querũt interficere: Ecce palã loquit: ⁊ nichil ei dicũt Nunq̃d vere cognouerũt pꝛincipes. q̃a hic est xp̃s. Sed hunc scimus vnde sit. Chꝛistus autẽ cũ venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo / docens in tẽplo iesus: dicens. Et me scitis: et vnde sim scitis. Et a meipo nõ veni: sed est verus qui misit me. quẽ vos nescitis. Ego autez scio eũ. Et si dixero/ qꝛ nescio eũ: ero similis vobis mẽdax. Sed scio eũ: qꝛ ab ipo sum. ⁊ ipe me misit. Querebant ergo eũ appꝛehẽdere: ⁊ nemo misit in illũ manus. qꝛ nondũ venerat hoꝛa ei⁹. De turba aũt: multi crediderũt i eũ. Offꝛ.

Expectãs expectaui dñz ⁊ respexit me ⁊ exaudi uit deprecationẽ meã ⁊ imisit i os meũ canticũ nouũ: hymnũ deo nr̃o. ℣. Statuit supra petrã pedes meos ⁊ direxit gressus meos. Secreta

Hideliũ tuoꝝ dñe q̃s hostias ppi cius intuere: vt qd̃ oblatũ est per obsequiũ ⁊ deuotoꝝ vota famuloꝝ tua potius propiciatõe firmẽt. Per ℣. Cõio. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in noie domini dei nostri magnificabimur. Postcõio.

Protexit nobis q̃s dñe sacer cibus po tusq; salutaris: ⁊ q̃ tẽporalẽ vitaz muniat ⁊ prestet eternã. Per. Sup populũ. Humiliate capita vr̃a deo. Orõ.

Miserere quesumus domie popu lo tuo: ⁊ continuis tribulationi bus laborantẽ. ppicius respirare conce de. Per dñm. ℂ Feria.iii. Officium.

Dum sanctificatus fuero i vo bis congregabo vos de vniuersis terris ⁊ effundã super vos aquã mundã: et mundabimini ab oĩbus inquinamẽtis vestris: ⁊ dabo vo bis spiritũ nouũ. ps. Benedicã dominũ in oĩ tempore: semp laus eius in ore meo. Sequi tur orõ sine Dñs vobiscũ. ℟. tiñ cũ Oremus. ⁊ Flectam⁹ genua. Leuate. Orõ.

Deus qui ⁊ iustis premia merito rũ. ⁊ peccatoribus p ieiuniũ ve niã prebes. miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio. indulgentiã valeat percipere delictoꝝ um. Per dñm Lectio ezechielis prophete. xxxvi.

Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomẽ meũ magnũ: vt sciãt gen tes q̃ ego dñs. cũ sctificatus fuero i vo bis coram eis. Tollã q̃ppe vos de gentib⁹ ⁊ cõgregabo vos de vniuersis terris: et adducã vos in terrã vestrã. Et effundã sup vos aquã mundã: et mũdabimini ab oĩbus inq̃namẽtis vestris. ⁊ ab vni uersis idolis vestris. mundabo vos. Et dabo vobis coꝝ nouũ ⁊ spiritũ nouũ po nã in medio vestri. Et auferã coꝝ lapi deum de carne vestra: ⁊ dabo vobis coꝝ carneũ / ⁊ spiritũ meũ ponam in medio vestri. Et faciã vt in preceptis meis am buletis: ⁊ iudicia mea custodiatis. ⁊ ope remini. Et habitabitis in terra. quã de di patribus vestris: ⁊ eritis michi in po pulũ. ⁊ ego ero vobis in deũ. Dicit dñs: oipotens. Gr̃. Venite filii audite me timo rẽ dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eũ ⁊ illumina mini ⁊ facies vestre nõ cõfundent. Nõ repe tatur gr̃: sed sequat Dñs vobiscum. et Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta q̃s ops deus: vt quos ieiu nia votiua castigant. ipsa quoq; deuotio sancta letificet. vt terrenis affe ctibus mitigatis / facilius celestia capia mus. Per dñm. Hic dicunt memorie cõ suete. Lectio Isaie prophete. primo

Hec dicit dñs deus. Lauamini mũ di estote: auferte malũ cogitatio nũ vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere perverse: discite benefacere. Quere ite iudiciũ: subuenite oppresso / iudicate pupillo / defendite viduã / ⁊ venite ⁊ ar guite me dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabun tur. Et si fuerint rubra quasi vermicu lus: velut lana alba erunt. Si voluerit tis / ⁊ audieritis me: bona terre comede tis. Dicit dñs: oiñps. Gr̃. Beata gens cu ius est dñs deus eoꝝ populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spũ oris eius ois virtus eoꝝ um. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ ⁊ dimitte oia pcã mea. ℣. Ad te leuaui aiaz meã de⁹ me⁹ in te confido nõ erubescã: neq; irrideãt me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi q̃ te expectãt nõ confundent confundant oes facientes vana. Scdz iohẽm. ix.

In illo tpe. Preteriens ihesus: vidit hoiem cecũ a natiuitate. Et interro gauerũt eũ: discipuli sui. Rabbi: q̃s pec cauit. hic. aut parẽtes eius. vt cec⁹ nasce ret. Rñdit ihesus. Neq; hic peccauit. ne q; parẽtes eius: sed vt manifestent ope ra dei in illo. Me oportet operari opera eius. qui misit me: donec dies est Venit nox: q̃ nemo potest operari. Quãdiu i mũdo sũ: lux sum mũdi. Hoc cũ dixisset: exputit in terrã. ⁊ fecit lutũ ex sputo. ⁊ li nuit lutũ sup oculos ei⁹. ⁊ dixit ei. Va de ⁊ laua i natatoria syloe: qd̃ interp̃tat missus. Abiit ergo ⁊ lauit: ⁊ venit vidẽs Itaq; vicini ⁊ q̃ viderant eũ prius. quia

mendicus erat:dicebāt. Nōne hic est q̄ sedebat. ⁊ mēdicabat:Alii dicebant q̄a hic est:alii aūt nequaq̄.Sz similis est ei⁹ Ille vero dicebat:q̄z ego sū.Dicebāt ergo ei. Quō aperti sunt oculi tui:Rn̄dit ille homo q̄ dicit̄ ihesus:lutū fecit ⁊ vnxit oc'os meos.⁊ dixit michi.Vade ad natatoriā syloe:⁊ laua.Et abii:⁊ laui/⁊ vidi.Dixerūt ei.Vbi est ille:Ait. Nescio. Adducūt eū ad phariseos: q̄ cecus fuerat.Erat autē sabbatū qñ lutū fecit ihesus:⁊ aperuit oculos eius.Iteruz ergo interrogabāt eū pharisei:quō vidisset. Ille aūt:dixit eis.Lutū posuit michi sup oculos:⁊ laui ⁊ video.Dicebāt ergo ex phariseis:q̄dā Non est hic homo a deo: q̄ sabbatū nō custodit.Alii aūt dicebāt. Quō potest homo pctōr hec signa facere:Et scisma erat inter eos.Dicūt ergo ceco iteruz.Tu q̄d dicis de eo.q̄ aperuit oculos tuos:Ille autē dixit: q̄z ypheta est. Non crediderūt ergo iudei de eo.q̄z cecus fuisset et vidisset: donec vocauerūt parētes eius q̄ viderat.⁊ interrogauerūt eos dicentes.Hic est filius vester. quē vos dicitis:q̄z cecus nat⁹ est:Quomodo ergo nūc videt:Respōderūt eis parētes eius:⁊ dixerūt.Scimus q̄z hic est filius noster:⁊ quia cecus natus est. Quomodo autē nūc videat nescimus: aut q̄s eius aperuit oculos nos nescim⁹ Ip̄m interrogate:etatē habet.Ip̄e de se loquat. Hec dixerūt parētes eius: q̄z timebāt iudeos.Jā enī conspirauerāt iudei:vt si q̄s eū confiteret̄ esse xp̄m.extra synagogā fieret.Propterea parētes ei⁹ dixerūt:q̄z etatē habet.ip̄m interrogate. Vocauerūt ergo rursū hoīem/q̄ fuerat cecus:⁊ dixerūt ei.Da gloriam deo. Nos scimus:q̄z hic homo pctōr est.Dixit ergo ille. Si pctōr est nescio:vnum scio.q̄z cecus cū essē/modo video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi. aut quō aperuit tibi oculos:Rn̄dit eis. Dixi vobis iā:⁊ audistis. Quid iterū vultis audire:Nunq̄d et vos vultis discipuli ei⁹ fieri:Maledixerūt ergo ei:et dixerunt. Tu discipulus illius sis:nos aūt moysi discipuli sum⁹.Nos scim⁹.q̄z moysi locutus est deus:hunc aūt nescimus vnde sit.Respōdit ille homo:⁊ dixit eis.In hoc enī mirabile est/q̄z vos nescitis vnde sit:⁊ aperuit oculos meos. Scimus aūt:q̄z pctōres deus nō audit. Sed si q̄s dei cultor est/⁊ volūtatē eius facit:hunc exaudit.A seculo nō est auditū: q̄a aperuit q̄s oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo:nō poterat facere q̄cq̄.Rn̄derūt: et dixerūt ei.In pctis natus es totus:⁊ tu doces nos:Et eiecerunt eū foras. Audiuit ihesus.q̄z eiecerūt eū foras:⁊ cū inuenisset eū dixit ei.Tu credis in filiū dei: Rn̄dit ille: et dixit. Quis est dñe.vt credā in eū:Et dixit ei ihesus. Et vidisti eū: ⁊ q̄ loquit̄ tecū.ip̄e est. At ille ait. Credo dñe.Et p̄cidens: adorauit eum. Offr̄.

Benedicite gētes dominū deū nostrū ⁊ obaudite vocē laudis eius q̄ posuit aīam meā ad vitā: ⁊ non dedit cōmoueri pedes meos: benedictus dñs q̄ non amouit deprecationē meam ⁊ miam suā a me.℣. Jubilate deo oīs terra psalmū dicite noi eius:date gloriā laudi eius. Secreta.

Supplices te rogamus oīp̄s deus: vt his sacrificiis pctā nostra mūdentur.q̄z tunc verā nobis tribuis ⁊ mētis ⁊ corporis sanitatē.Per dñm. Cōio.

Lutum fecit ex sputo dñs ⁊ liniuit oculos meos ⁊ abii ⁊ laui ⁊ vidi ⁊ credidi deo. Postcōio.

Sacramēta q̄ sumpsimus dñe deus noster:⁊ spiritualibus nos instruant alimentis. et corporalibus tueantur auxiliis.Per dñm. Sup populū Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium:⁊ vt petentibus desiderata concedas. fac eos q̄ tibi placita sunt.postulare.Per d.

C Feria quinta. Officium.

Letetur cor querētium dominū: querite dominū ⁊ confirmamini/querite faciem eius semper ps. Confitemini domino ⁊ inuocate nomē ei⁹: annunciate inter gentes opera eius. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta q̄s oīp̄s deus:vt quos ieiunia votiua castigāt.ip̄a quoq̄z deuotio sctā letificet.vt terrenis affectib⁹ mitigatis.facili⁹ celestia capiam⁹.Per.

Lectio libri regum. iiii.iiii.

In dieb⁹ illis. Venit mulier sunamitis ad heliseū pphetā in montē carmeli. Cūq; vidisset eam vir dei de cōtra: ait ad giezi puerū suū. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursū eius: & dic ei. Recte ne agit circa te: & circa virū tuū. & circa filiū tuū? Que rndit. Recte. Cūq; venisset ad virū dei in montē: appręhendit pedes eius. Et accessit giezi: vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eā: aīa enī eius in amaritudie est. Et dñs celauit a me: & nō indicauit michi. Que dixit illi. Nunq̄d petiui filiū a dño meo? Nūq̄d nō dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tuos: & tolle baculū meū in manu tua & vade. Si occurrerit tibi hō. nō salutes eū: & si salutauerit te q̄spiā nō rndeas illi. et pones baculū meū sup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs. Et viuit aīa tua: nō dimittā te. Surrexit ergo: & secutus est eā. Giezi aūt pręcesserat āte eos: & posuerat baculū sup faciē pueri. & nō erat vox neq; sensus. Reuersusq; est giezi in occursū eius: & nūciauit ei dicēs Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domū: & ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiū sup se. & sup puerū: & orauit ad dñm Et ascēdit & incubuit sup puerū: posuitq; os suū sup os eius. & oculos suos sup oculos eius. & manus suas sup manus eius. & incuruauit se sup eū. et calefacta est caro pueri. At ille reuersus: deābulauit ī domo semel huc et illuc. Et ascēdit & incubuit sup puerū: & oscitauit puer septies. aperuitq; oculos suos. At ille vocauit giezi: & dixit ei. Voca sunamitem hāc. Que vocata: ingressa est ad eū. Cui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa et corruit ad pedes ei⁹: et adorauit sup terrā. Tulitq; filiū suū: & egressa est. Heliseus vero: reuersus est in galgala. ℣. Respice dñe in testamentū tuū: & aīas paupertū tuorū ne obliuiscaris in finē. ℟. Exurge dñe & iudica causam tuam: memor esto obprobrii seruorū tuorū.

Secundum iohannem. v.

In illo tpe. Dixit ihesus turbis iudeorū. Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor. Propterea ergo magis q̄rebāt eū iudei interficere: q; nō solū soluebat sabbatū. sed et patrē suū dicebat deū. equalē se faciēs deo. Rndit itaq; ihesus: et dixit eis. Amen amē dico vobis: non potest filius a se facere q̄cq̄. nisi qd viderit patrē facientē. Quecūq; enī ille fecerit: hec & filius similiter facit. Pater enī diligit filiū: & oīa demonstrat ei que ipe facit. Et maiora his demōstrabit ei opera: vt & vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Neq; enī pater iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio. vt oēs honorificent filiū. sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filiū: non honorificat patrē qui misit illum. Amen amē dico vobis: q; qui verbū meū audit. & credit ei q̄ misit me habet vitā eternā. Et in iudiciū nō veniet: sed transiet a morte in vitā. Amen amē dico vobis: q; venit hora & nūc est. quādo mortui audient vocē filii dei. & q̄ audierint viuēt. Sicut enī pater habet vitam in semetipo: sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia fili⁹ hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt. audient vocē filii dei. Et procedēt q̄ bona fecerūt: in resurrectionē vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionē iudicii.

Offr. Domine ad adiuuandū me festina confundantur oēs aduersum me qui cogitant michi mala. ℟. Expectās expectaui dñm & respexit me de lacu miserie & de luto fecis.

Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt. pia munera deferentes. fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Cōio. Domine memorabor iusticie tue solius: de⁹ do cuisti me a iuuentute mea: & vsq; in senectam & senium deus ne derelinquas me.

Postcōio.

Celestia dona capientibus. quesumus dñe non ad iudiciū peruenire patiaris: que tuis fidelibus ad remedium prouidisti. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Populi tui deus institutor & rector pcta quibus impugnat expelle: vt semp tibi placit⁹. & tuo munimine sit se curus. Per dñm. ℭ Feria.vi. Officium

Meditatio cordis mei i conspectu tuo semp/dñe adiutor me⁹ & redēptor me⁹. ps. Celi enarrāt gloriā dei: & opera manuū eius annūciat firma mentū. Flectamus genua. Leuate. Orō.

Deus qui ineffabilibus mundū renouas sacramētis. presta qs: vt ecclesia tua eternis pficiat institutis. et temporalibus non destituatur auxiliis Per dñm. Lectio libri regum. iii. xvii.

In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat languor fortissimus. ita vt nō remaneret i eo alit⁹. Dixit ergo ad helyā. Quid michi & tibi vir dei: Ingress⁹ es ad me. vt rememorarent iniqtates mee. & interficeres filiū meū: Et ait ad eaz helyas. Da michi filiū tuuz. Tulitqz eū de sinu illius: & portauit eū in cenaculū vbi ipe manebat. & posuit eū sup lectū suum/& clamauit ad dñm & dixit. Dñe de⁹ me⁹: etiā ne viduā apud quā ego vtcūqz sustētor afflixisti/vt interficeres filiū ei⁹. Et expādit se atqz mēsus est sup puerū tribus vicibus: clamauitqz ad dñz & ait Dñe deus meus: reuertat′ orō aīa pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autez dñs vocē helye: & reuersa est aīa pueri i tra eū. & reuixit. Tulitqz helyas puerū: & deposuit eū de cenaculo/in inferiorem domū/& tradidit illū matri sue. & ait illi En viuit filius tu⁹. Dixitqz mulier ad helyā. Nunc in isto cognoui quoniā vir dei es tu: et verbum dñi in ore tuo verū est. Gz. Bonum est confidere in dño q̄ confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in dño: q̄ sperare in principibus. Tractus.

Dne nō scdm pcta nostra q̄ fecimus nos: neqz scdm iniqtates nras retribuas nobis. ℣. Dne ne memineris iniqtatū nrāz antiquarū: cito anticipēt nos mie tue: qz paupes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū ōr. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr: & ppter gloriā nois tui dne libera nos: & ppicius esto pctis nris: ppter nomē tuū. Scdm iohānem. xi.

In illo tpe. Erat qdam languens lazarus de bethania: de castello marie & marthe sororz eius. Maria aūt erat q̄ vnxit dñm vnguēto. & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabat. Miserunt ergo sorores eius ad eū: dicētes. Dñe: ecce quē amas infirmat. Audiēs aūt ihesus: dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortē: sed p gloria dei. vt glorificet filius dei per eā. Diligebat aūt ihesus martham & sororē eius mariā: et lazarū. Ut ergo audiuit q̄z infirmabatur: tunc qdē mānsit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi: nūc q̄rebāt te iudei lapidare: & iterū vadis illuc: Rndit ihesus. Nōne duodecī sunt horze diei: Si qs ambulauerit in die nō offendit: qz lucē huius mūdi videt. Si aūt ambulauerit i nocte offendit: qz lux nō est in eo. Hec ait: & post hec dicit eis. Lazarus amic⁹ noster dormit: sed vado vt a somno excitē eū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dñe: si dormit. saluus erit. Dixerat autez ihesus de morte eius: illi aūt putauerūt. qz de dormitōe sōni diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus: manifeste. Lazarus mortuus est: & gaudeo ppter vos vt credatis. qm̄ nō erā ibi. sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas q̄ dicit didimus: ad cōdiscipulos. Eamus & nos: et moriamur cū eo. Venit itaqz ihesus: & inuenit eū quattuor dies. iā in monumēto habentē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymā: quasi stadiis qndecim. Multi aūt ex iudeis. venerāt ad marthā & mariā: vt consolarent eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit qz ihesus venit: occurrit illi. Maria autē: domi sedebat Dixit ergo martha ad ihesū. Dne: si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortu⁹. Sed & nūc scio: qz q̄cunqz poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha. Scio: qz resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sū resurrectio: & vita. Qui credit in me: etiā si mortu⁹ fuerit. viuet Et oīs q̄ viuit & credit in me: nō morietur in eternū

Credis hoc:Ait illi.Utiq; dñe.Ego credidi.q; tu es xps filius dei viui:q in hūc mundū venisti.Et cū hec dixisset: abiit & vocauit mariā sororē suā silētio dicēs Magister adest:& vocat te.Illa vt audiuit:surrexit cito.& venit ad eū.Nōdum enī venerat iesus in castellū:sed erat adhuc i illo loco.vbi occurrerat ei martha Judei ergo q̄ erant cū ea in domo & consolabant eaz.cū vidissent mariā q; cito surrexit & exiit:secuti sunt eā dicētes/q; vadit ad monumētū vt ploret ibi.Maria ergo cum venisset vbi erat iesus:vidēs eū. cecidit ad pedes eius. et dixit ei. Dñe:si fuisses hic:nō esset mortuus frater meus.Jesus ergo vt vidit eā plorātē.& iudeos q̄ venerant cū ea plorantes: infremuit spiritu.& turbauit semetipz. & dixit.Ubi posuistis eū:Dicūt ei Dñe: veni et vide.Et lachrymatus est iesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū.Quidā aūt ex ipis dixerūt.Non poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere.vt & hic nō moreret.Jesus ergo rursum fremēs in semetipō:venit ad monumentū.Erat aūt spelūca:& lapis suppositus erat ei.Ait iesus.Tollite lapidē.Dicit ei martha:soror eius q̄ mortuus fuerat.Dñe:iā fetet:quatriduanus enī est.Dicit ei iesus.Nōne dixi tibi qm̄ si credideris. videbis gloriā dei:Tulerūt ergo lapidē.Jesus aūt eleuatis sursum oculis:dixit.Pater:gratias ago tibi:qm̄ audisti me.Ego aūt sciebā.q; sēp me audis:sed ppter populū q̄ circunstat dixi/vt credāt.q; tu me misisti.Hec cū dixisset:voce magna clamauit.Lazare:veni foras.Et statim pdiit q̄ fuerat mortuus.ligatus pedes & manꝰ institis:& facies illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus.Soluite eū:& sinite abire.Multi ergo ex iudeis.q̄ venerant ad mariā & marthā.& viderant q̄ fecit:crediderūt in eum.Offr. Populū humilē saluum facies dñe:& oculos superboz humiliabis qm̄ quis deus preter te dñe.℣. Clamor meus i cōspectu eius:introiuit in aures eiꝰ.Secreta.

Munera nos dñe q̄s oblata purificent:& te nobis faciāt iugiter esse placatū.Per dñm.Cōio. Uidens dominus flētes sorores lazari ad monumētū:lachrymatus est coram iudeis:& clamabat:lazare veni foras & prodiit ligatus manibus & pedibus q̄ fuerat quatriduanus mortuus. Postcōio.

Hec nos q̄sumus dñe participatio sacramēti:et a propriis reatibus indesinenter expediat.& ab oībus tueatur aduersis.Per dñm. Sup populuz. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus q̄s oꝑs deus:vt q̄ infirmitatis nostre consci. de tua pietate cōfidimus.sub tua protectōe semp gaudeamus.Per d. C. Sabbato. Officium.

Sitientes venite ad aquas dicit dñs:& qui nō habetis precium.venite & bibite cum leticia.ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem vestram inverba oris mei.Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Hiat q̄s dñe p gratiā tuā fructuosus nostre deuotōis affectus:q; tunc nobis proderunt suscepta ieiunia. si tua sint placita pietati. Per dominū. Lectio Isaie prophete. xlix.

Hec dicit dñs deus. In tēpore placito exaudiui te:& in die salutis auxiliatus sum tui Et seruaui te.& dedi te in fedus populi:vt suscitares terram.& possideres hereditates dissipatas.vt diceres his q̄ vincti sunt exite:& his q̄ in tenebris reuelamini.Sup vias pascent: & in oībus planis pascue eoz.Non esurient neq; sitiēt:& nō pcutiet eos estus & sol.q; miserator eoz reget eos.& ad fontes aquarū potabit eos.Et ponam oēs mōtes meos in viā:& semite mee exaltabunt.Ecce isti de longe veniēt:& ecce illi ab aquilone & mari.& isti de terra australi.Laudate celi & exultet terra:iubilate mōtes laudē.q; consolatus est dñs populū suū & pauperū suoz miserebit Et dixit syon.Dereliqt me dñs:et dñs oblitus est mei.Numq̄d obliuisci potest mulier infantē suū.vt non misereat filio vteri sui:Et si illa oblita fuerit:ego tamē nō obliuiscar tui.Dicit dñs:oēs. Gz. Tibi dñe derelictus est paup:pupillo tu eris adiutor.℣. Ut q̄d dñe recessisti lōge:despi-

eis i opꝛtunitatib⁹ in tribulatõe dũ supbit impius incẽdit pauꝑ. Stõm iohannem. viii.

In illo tpe. Dixit ihesus turbis iudeoꝝ. Ego sum lux mũdi. Qui sequit me/nõ ambulat i tenebꝛis: sed habebit lumẽ vite. Dixerũt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Rñdit ihesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniũ phibeo de meipso: verũ est testimoniũ meũ. qꝛ scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos aũt nescitis: vnde venio aut quo vado. Vos secũdũ carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quẽq̃. Et si iudico ego/iudiciũ meũ verum est: qꝛ solus non sũ. sed ego ⁊ q̃ misit me pater. Et in lege vꝛa scriptũ est: qꝛ duoꝝ hoim testimoniũ verũ est. Ego sũ q̃ testimoniũ phibeo de meipo: ⁊ testimoniũ phibet de me q̃ misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Rñdit ihesus. Neq̃ me scitis: neq̃ patrẽ meum. Si me sciretis: forsitã ⁊ patrẽ meũ sciretis. Hec verba locutus est ihesus i gazophilatio: docẽs in tẽplo. Et nemo apprehẽdit eũ: qꝛ nondũ venerat hoꝛa eiꝰ.

Offꝛ. Factus est dñs firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberatoꝛ meus sperabo in eum. ℣. Persequar inimicos meos ⁊ comprehẽdã illos ⁊ non conuertar donec deficiãt. Secreta

Oblationibus q̃s dñe placare suscepti: ⁊ ad te nr̃as etiã rebelles cõpelle ppiciꝰ voluntates. Per. Cõio. Dñs regit me ⁊ nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: sup aquã refectiõis educauit me.

Qua nos q̃sumus dñe Postcõio. q̃ sumpsimus sancta purificẽt: ⁊ operatiõis sue remedio. te nobis faciant esse placatuꝝ. Per dñm. Sup ppl̃z. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus q̃ sperantibus in te misereri potius q̃ irasci. da nobis digne flere mala q̃ fecimus: vt tue cõsolatiõis gratiam inuenire valeamus. Per dñz.

℣. Dñica in passione dñi. Officium.

Iudica me deꝰ ⁊ discerne causam meã de gente nõ sancta ab hoie iniquo et doloso eripe me: quia tu es deus meus ⁊ fortitudo mea. ℣. Emitte lucẽ tuã ⁊ veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuũ ⁊ in tabernacula tua. Ad hac die vsqꝫ ad pascha nõ dicit Gloria patri. post officiũ ad missam de tẽpoꝛali: nisi tãtũ in die cene q̃n epus celebꝛat. Oratio.

Quesumus oms deus. familiã tuã propicius respice: vt te largiẽte regat in coꝛpoꝛe. et te seruante custodiat in mente. Per dñm. Ad hebꝛeos. ix.

Fratres. Xps assistens põtifex futuroꝝ bonoꝝ: amplius ⁊ perfectius tabernaculũ nõ manufactũ. idest non huius creationis. neq̃ p sanguinẽ hircoꝝ aut vitulorꝝ. sed p ꝓpriũ sanguinẽ introiuit semel in sancta eterna redẽptione inuenta. Si enĩ sanguis hircoꝝ aut tauroꝝ. ⁊ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat. ad emũdationẽ carnis: quãtomagis sanguis xpi q̃ p spiritũ sanctũ semetipm obtulit immaculatũ deo. emundabit cõscientiã nostram ab operibus moꝛtuis. ad seruiẽdũ deo viuenti. Et ideo noui testamẽti mediatoꝛ est: vt moꝛte intercedẽte in redẽptionẽ earũ pꝛeuaricationũ q̃ erãt sub pꝛimo testamẽto/repꝛomissionẽ accipiãt. q̃ vocati sũt eterne hereditatis. In xpo iesu: dño nr̃o. Gꝛ. Eripe me dñe de inimicis meis: doce me facere volũtatẽ tuã. ℣. Liberatoꝛ meꝰ dñe de gẽtibꝰ iracũdis: ab insurgẽtibꝰ in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractꝰ

Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. Dicat nũc israel: sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. Etenim nõ potuerũt michi: supꝛa doꝛsũ meũ fabꝛicauerũt pctõꝛes. Qꝛolõgauerũt iniq̃tatẽ sibi: dñs iustus: cõcidet cerui-ces peccatoꝝ. Secundũ iohannem. viii.

In illo tpe. Dicebat ihesus turbis iudeoꝝ: ⁊ pꝛincipibus sacerdotum Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico: quare vos nõ creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Pꝛopterea vos nõ auditis: quia ex deo non estis. Rñderunt igit iudei: et dixerũt ei. Nõne bene dicimus nos. qꝛ samaritanus es tu. et demoniũ habes. Rñdit ihesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ. ⁊ vos inhonoꝛastis me Ego aũt nõ quero gloꝛiã meã: est q̃ q̃rat

ꝫ iudicet. Amen amen dico vobis: si qs sermonē meū seruauerit. moꝛtē non vidēbit ī eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus: qz demoniū habes. Abꝛaham moꝛtuus est. ꝫ pꝛophete: ꝫ tu dicis. si quis sermonē meū seruauerit. moꝛtē nō gustabit ī eternū. Numqd tu maioꝛ es patre nr̄o abꝛaham. q̄ moꝛtuus est: Et pphete: moꝛtui sunt. Quem teip̄m facis: Rñdit ihesus. Si ego glorifico meip̄m: gloꝛia mea nichil est. Est pater meus q̄ glorificat me: quē vos dicitis qz deus vester est. ꝫ nō cognouistis eū. Ego autē: noui eū. Et si dixero qz nō scio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: ꝫ sermonē eius seruo. Abꝛaham pater vester exultauit vt videret diē meū: et vidit et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes: ꝫ abꝛaham vidisti. Dixit eis ihesus. Amē amē dico vobis: ātēq̄ abꝛaham fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides: vt iacerent in eū. Ihesus aūt abscondit se: ꝫ exiuit de tēplo. Offꝛ. Cōfiteboꝛ tibi dñe in toto coꝛde meo retribue seruo tuo vt viuā ꝫ custodiam sermones tuos: viuifica me scd̄m verbū tuum dñe

Hostias fideliū tuoꝛ op̄s Secreta deus ppicius intuere ꝫ concede. ne cathena seculi captiuos teneat: quos passione filii tui ī oībus liberos esse voluisti. Qui tecū viuit. Pꝛefatio quotid. Hac die dū sacerdos se cōmunicat cātetur hec Cōio. Hoc coꝛpus quod pro vobis tradetur hic calix noui testamenti est in meo sanguine dicit dominus: hoc facite quotiēscunq̄ sumitis in meā cōmemoꝛationē. Postcōio.

Adesto nobis q̄sumus dñe deus noster: ꝫ quos tuis mysteriis recreasti. perpetuis defēde pꝛesidiis. Per dñm nostrum. ℂ Feria.ii. Officium.

Miserere michi dñe q̄m concul cauit me homo tota die bellans tribulauit me. ℣. Cōculcauerunt me inimici mei tota die: q̄m multi bellantes aduersum me. Non dicit. Gloria patri Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Sanctifica nos q̄sumus dñe nr̄a ieiunia: ꝫ cunctarū nobis ppicius indulgentiā largire culparū. Per dñm.

Lectio Jone pꝛophete. iii.

In diebus illis. Factū est verbū domini ad ionā pphetā scd̄o dicēs. Surge ꝫ vade in niniuē ciuitatem magnā: ꝫ pꝛedica in ea pꝛedicationē quam ego loquar ad te. Et surrexit ionas: ꝫ abiit in niniuē iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierum triū. Et cepit ionas introire ī ciuitatem itinere diei vni⁹: ꝫ clamauit ꝫ dixit. Adhuc quadꝛaginta dies: ꝫ niniue subuertet. Et crediderūt viri niniuite in dñō: ꝫ pꝛedicauerūt ieiuniū. ꝫ vestiti sūt saccis a maioꝛe vsq̄ ad minoꝛē. Et puenit verbū ad regē niniue: ꝫ surrexit de solio suo. ꝫ abiecit vestimentū suū a se. ꝫ indutus est sacco. ꝫ sedit ī cinere. et clamauit ꝫ dixit. in niniue ex oꝛe regis ꝫ pꝛincipū eius dicens. Hoīes ꝫ iumenta ꝫ boues ꝫ pecoꝛa nō gustent quicq̄. nec pascant ꝫ aquā nō bibant: ꝫ operiant saccis hoīes ꝫ iumenta clament ad deū in foꝛtitudine. Et cōuertat vir a via sua mala: ꝫ ab iniquitate q̄ est in manibus eoꝝ. Quis scit si conuertatur ꝫ ignoscat deus. ꝫ reuertatur a furoꝛe ire sue et non peribimus: Et vidit deus opera eoꝝ: quia cōuersi sunt de via sua mala. Et misertus est deus super maliciam. quaꝫ locutus fuerat vt faceret eis: ꝫ non fecit. Et misertus est populo suo: dominus de⁹ noster. Gꝛad. Deus exaudi oꝛationem meā auribus pcipe verba oꝛis mei. ℣. Deus in nois tuo saluū me fac: ꝫ ī virtute tua iudica me. Tract⁹

Ome nō scd̄m pctā nostra q̄ fecimus nos: neq̄ scd̄m iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nr̄aꝝ antiquarū: cito anticipēt nos mie tue: qz paupes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio dū ꝺꝛ ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: ꝫ ppter gloriā nois tui dñe libera nos: ꝫ ppicius esto pctis nr̄is: ppter nomē tuū. Scd̄m iohannē. vii.

In illo tp̄e. Miserunt pꝛincipes et pharisei ministros: vt apprehenderent ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū tempus vobiscū sum: ꝫ vado ad eū qui misit me. Queretis me et nō inuenietis: ꝫ vbi sum ego. vos nō potestis venire. Dixerūt ergo iudei: ad se-

Dum lucē habetis credite in lucem: vt filii lucis sitis. Hec locutus est ihesus: et abiit/ & abscondit se ab eis. Offr. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu ℣. Exaudi me in tua iusticia: & ne intres in iudicio cum seruo tuo domine. Secreta.

Ipsa maiestati tue dñe fideles populos cōmendet oblatio q̄ p filiū tuū dñm nostrū ihesum xp̄m recōciliauit inimicos. Qui tecū viuit & regnat. Cōio Erubescant & reuereātur simul qui gratulātur malis meis: induātur pudore et reuerentia qui maligna loquūtur aduersum me. Postcōio.

Satiati munere salutari. tuam domie misericordiā dep̄recamur: vt hoc eodem sacramēto quo nos temporaliter vegetas. efficias vite eterne participes. Per. Sup populū. Oratio.

Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & ad beneficia recolēda q̄b⁹ nos instaurare dignatus es. tribue venire gaudētes. Per. C Feria tertia. Officiū.

Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri ihesu xp̄i ī quo est salus vita & resurrectio nr̄a: p quez saluati & liberati sumus. p̄s. Deus misereat nostri & benedicat nobis: illumiet vultū suū sup nos & misereatur nostri. Oratio.

Omp̄s sēpiterne deus/ da nobis ita dñice passionis sacramēta pagere: vt indulgētiam p̄cipere mereamur. Per dñm. Lectio ieremie p̄phete. xi.

In diebus illis. Dixit ieremias. Dñe: demōstrasti michi & ego cognoui: tu ostēdisti michi studia eor̄. Et ego quasi agnus māsuetus q̄ portatur ad victimā: & non cognoui q̄ cogitauerūt sup me cōsilia dicētes. Mittamus lignū in panē eius: & eradam⁹ eū de terra viuentiū. et nomē eius nō memoret ampli⁹. Tu autē dñe sabaoth q̄ iudicas iuste. & p̄bas renes & corda: videā quelo vltionē tuā ex eis. Tibi enī reuelaui causam meā: dñe deus meus. Gr̄. Ego aūt dū michi molesti essent induebā me cilicio: & humiliabā in ieiunio aiam meā & oratio mea in sinu meo cōuertet. ℣. Judica dñe nocētes me expugna impugnātes me: apprehende arma & scutum/ & exurge in adiutoriū michi. Sequatur passio cum Dñs vobiscum. Passio dñi nostri ihesu xp̄i. Secūdū marcum. xiiii.

In illo tp̄e. Erat pascha: & azima post biduū. Et querebāt summi sacerdotes & scribe: quomodo ihesū dolo tenerēt. et occiderēt. Dicebāt aūt. s Nō in die festo. c Ne forte tumultus fieret in populo. Et cū esset ihesus bethanie in domo symonis leprosi & recūberet: venit mulier habēs alabastrum vnguēti nardi pistici p̄cioſi. & fracto alabastro effudit sup caput eius. Erāt aūt q̄dā indigne ferētes intra semetip̄os: et dicentes. s Ut quid perditio ista vnguēti facta est? Poterat enī vnguentū istud venūdari plus q̄ trecentis denariis: & dari pauperibus. c Et fremebāt ī eā. Ihesus aūt dixit. ✠ Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonū opus: operata est in me. Semp enī pauperes habetis vobiscū: & cū volueritis potestis illis benefacere Me aūt nō semp habebitis. Q̄d habuit hec fecit: p̄uenit vngere corp⁹ meū in sepulturā. Amē dico vobis: vbicūq̄ p̄dicatū fuerit euāgeliū istud in vniuerso mūdo. et q̄d fecit hec. narrabit in memoriam eius. c Et iudas scariothis vnus de duodecī: abiit ad sūmos sacerdotes. vt p̄deret eū illis. Qui audiētes gauisi sunt: & p̄miserūt ei pecuniā se daturos. Et q̄rebat: quomodo illū oportune traderet. Et p̄imo die azimor̄ quā do pascha īmolabāt: dicunt ei discipuli. s Quo vis eam⁹. & parem⁹ tibi vt manduces pascha? c Et mittit duos ex discipulis suis: & dixit eis. ✠ Ite in ciuitatē: & occurret vobis homo lagenā aque baiulās. Sequimini eū. Et quocūq̄ introierit: dicite dño domus. q̄r magister dicit Ubi est refectio mea. vbi pascha cū discipulis meis māducē? Et ip̄e vobis demōstrabit cenaculū grāde stratū: & illic parate nobis. c Et abierūt discipuli ei⁹. & venerūt in ciuitatē: et inuenerūt sicut dixerat illis. & parauerūt pascha. Vespere autē facto: venit cū duodecim. Et discūbentibus eis. & māducātibus: ait ihesus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex

vobis me tradet. q̄ mādūcat mecum. c At illi ceperūt cōtristari: et dicere ei singillatim. s Nunqd ego: c Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim: q̄ intingit mecum manū in catino. Et filius qdē hominis vadit: sicut scriptuz est de eo. Ue autē hoī illi: p quē filius hois tradetur. Bonū erat ei: si nō esset natus homo ille. c Et mādūcātibus illis: accepit iesus panem. ℣ benedicēs fregit ℣ dedit eis. ℣ ait. ✠ Sumite: hoc est coꝛpus meum. c Et accepto calice gratias agens dedit eis: et biberūt ex illo oēs. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamēti: q̄ p multis effundet. Amē dico vobis: q̄ iā non bibā de genimine vitis. vsq̄ i diem illū. cū illud bibā nouū in regno dei c Et hymno dicto: exierūt in montē oliuarū. Et ait eis iesus. ✠ Oēs vos scādalizabimini in me in nocte ista: q̄z scriptū est. Percutiā pastoꝛē: ℣ dispgentur oues. Sed postq̄ resurrexero: pꝛecedaz vos in galileā. c Petrus aūt: ait illi. s Et si oēs scādalizati fuerit: sed nō ego. c Et ait illi iesus. ✠ Amē dico tibi: q̄z tu hodie in nocte hac. pꝛiusq̄ gallus bis vocē dederit. ter me es negatur⁹. c At ille amplius loquebat. s Et si opoꝛtuerit me simul cōmoꝛi tecū: nō te negabo. c Similiter autē ℣ oēs dicebāt. Et veniūt i pꝛediū cui nomē gethsemani: ℣ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic: donec oꝛē. c Et assumit petrū ℣ iacobū. ℣ iohannē secū: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est aīa mea: vsq̄ ad moꝛtē. Sustinete hic: et vigilate. c Et cū pcessisset paululū. pꝛocidit sup terrā: et oꝛabat vt si fieri posset transiret ab eo hoꝛa. Et dixit. ✠ Abba pater: omia tibi possibilia sunt: transfer calicē hunc a me. Sed nō qd̄ ego volo: sed qd̄ tu. c Et venit: ℣ inuenit eos doꝛmiētes. Et ait petro. ✠ Symon doꝛmis: Nō potuisti vna hoꝛa vigilare mecū: Uigilate ℣ oꝛate: vt nō intretis in tēptationē. Spiritus quidem pꝛomptus est: caro autez infirma. c Et iterū abiens: oꝛauit eundē sermonē dicēs. Et reuersus denuo: inuenit eos doꝛmientes. Erāt enī oculi eoꝛ grauati: et ignoꝛabant quid responderēt ei. Et venit tertio: ℣ ait illis. ✠ Doꝛmite iā: ℣ requiescite. Sufficit. Uenit hoꝛa: ecce tradetur filiꝰ hois. in manus pctoꝝ. Surgite eamus: ecce q̄ me tradet pꝛope est. c Et adhuc eo loquēte: venit iudas scarioth vnus ex duodecim. et cū eo turba multa cū gladiis et lignis. missi a summis sacerdotibꝰ. ℣ senioꝛibus. ℣ scribis Dederat aūt traditoꝛ eis signū dicens. s Quēcunq̄ osculatus fuero. ipe est: tenete eū. ℣ ducite caute. c Et cū veniisset: statim accedēs ad eū ait. s Rabbi. c Et osculatus est eū. At illi manus iniecerūt in iesum: et tenuerūt eū. Unus autē de circunstātibus educens gladiū. pcussit seruū summi sacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et respōdēs iesus: ait illis. ✠ Tanq̄ ad latronē existis. cū gladiis ℣ lignis cōpꝛehēdere me. Quotidie erā apud vos in tēplo docēs: ℣ me nō tenuistis. Sed vt impleant scripture. c Tūc discipuli eius relinquētes eū: oēs fugerunt. Adolescēs aūt qdā sequebat eum amictus syndone sup nudo: ℣ tenuerūt eū. At ille reiecta syndone: nudus pfugit ab eis. Et adduxerūt iesum ad summū sacerdotē: ℣ cōuenerūt oēs sacerdotes. ℣ scribe / ℣ senioꝛes. Petrus aūt a lōge secutus est eū: vsq̄ intro in atriū sūmi sacerdotis. Et sedebat cū ministris: ℣ calefaciebat se ad ignē. Sūmi vero sacerdotes. ℣ oē consiliū q̄rebāt aduersus iesū testimoniū. vt eū moꝛti traderent: nec inueniebāt. Multi enī falsū testimoniū dicebāt aduersus eū: ℣ cōuenientia testimonia illoꝝ nō erant. Et qdā surgētes. falsum testimoniū ferebant aduersus eū: dicētes. s Qm̄ nos audiuimus eū dicētē. ego dissoluā templū hoc manufactū: ℣ post triduū aliud nō manufactū edificabo. c Et non erat conueniens: testimoniū illoꝝ. Et exurgēs summus sacerdos in mediuz: interrogauit iesum dicēs. s Nō respōdes q̄cq̄ ad ea. q̄ tibi obiiciunt ab his: c Ille aūt tacebat: ℣ nichil respondit. Rursum sūmus sacerdos interrogabat eum: ℣ dixit ei. s Tu es xp̄s filius dei benedicti: c Iesus

autem:dixit illi. ✠ Ego sum.Et videbitis filiū hois sedentē a dextris virtutis dei:⁊ venientē cū nubibus celi.c Scīs mus autē sacerdos scindēs vestimenta sua:ait.s Quid adhuc desideramus testes:Audistis blasphemiam. Quid vobis videt:c Qui oēs cōdēnauerunt eū: esse reū mortis.Et ceperūt qdā cōspuere in eum.⁊ velare faciē eius:⁊ colaphis eū cedere.⁊ dicere ei.s Prophetiza.c Et ministri:alapis eū cedebāt. Et cuz esset petrus in atrio seorsū:venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis.Et cū vidisset petrū calefacientē se:aspiciēs illū ait.s Et tu cū iesu nazareno eras:c At ille negauit dicens.s Neq scio neq noui: qd dicas.c Et exiit foras ante atriū:⁊ gallus cātauit. Rursū autē cū vidisset illā alia ancilla:cepit dicere circūstātibus.q hic ex illis est.At ille iterū negauit. Et post pusillū:rursus q astabāt dicebāt petro. s Uere ex illis es:nā ⁊ galileus es.c Ille autez cepit anathematizare ⁊ iurare:q nescio hoiem istū quē dicitis.Et statim iteruz gallus cātauit.Et recordatus est petrus verbi qd dixerat ei iesus:priusq gallus cātet bis.ter me negabis. Et cepit flere.Et confestim mane cōsiliū faciētes summi sacerdotes cū senioribus ⁊ scribis.⁊ vniuerso cōsilio:vinciētes iesum duxerūt ⁊ tradiderūt pilato.Et interrogauit eū pilatus.s Tu es rex iudeorū:c At ille rndēs:ait illi. ✠ Tu dicis. c Et accusabant eū summi sacerdotes: in multis.Pilatus autē:rursum iterrogauit eū dicēs.s Non respōdes quicq: Uide in quātis te accusāt.c Jesus autē amplius nichil rndit:ita vt miraret pilatus. Per diē aūt festū dimittere solebat illis vnū ex victis:quēcūq petissēt. Erat autē q dicebat barrabas.q cū sediciosis erat vinctus:q in seditiōe fecerat homicidiū.Et cū ascēdisset turba:cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilat⁹ autē rndit eis:⁊ dixit.s Uultis dimittā vobis regē iudeorū:c Sciebat enī: qd p inuidiā tradidissēt eū sūmi sacerdotes. Pōtifices aūt cōcitauerūt turbā:vt magis barrabā dimitteret eis.Pilatus autem iterū respōdēs:ait illis.s Quid ergo vultis faciā regi iudeorū:c At illi iterū clamauerūt.s Crucifige eū.c Pilatus vero dicebat eis.s Quid enim malifecit:c At illi magis clamabāt.s Crucifige eū.c Pilatus aūt volens populo satisfacere:dimisit illis barrabā. et tradidit iesū flagellis cesū.vt crucifigeret. Milites aūt duxerunt eū intro in atriū pretorii:⁊ cōuocāt totā cohortē.⁊ induunt eū purpura.⁊ imponūt ei plectētes spineā coronā.et ceperūt salutare eū dicētes.s Aue rex iudeorū.c Et percutiebāt caput eius arūdine.⁊ cōspuebāt eum:⁊ ponētes genua adorabant eū. Et postq illuserunt ei:exuerūt illū purpura. et induerunt eū vestimentis suis. et educunt illū vt crucifigerent eū. Et angariauerunt pretereuntē quempiā symonē cyreneū venientē de villa patrē alexādri ⁊ rufi:vt tolleret crucē eius.Et perducunt illū in golgotha locū:qd est interpretatū caluarie locus.Et dabant ei bibere myrrhatum vinū:⁊ nō accepit.Et crucifigentes eū:diuiserunt vestimēta eius mittētes sortē sup eis.qd quis tolleret.Erat autē hora tertia:⁊ crucifixerunt eū.Et erat titulus cause eius iscriptus: rex iudeorū.Et cū eo crucifigunt duos latrones.vnū a dextris.⁊ alū a sinistris eius:⁊ adimpleta est scriptura q dicit. Et cuz iniquis: reputatus est.Et pretereuntes blasphemabāt eum: mouentes capita sua et dicētes.s Vah qui destruis tēplum dei:⁊ in tribus diebus reedificas illud. Saluū fac temetipm: descendens de cruce.c Similiter ⁊ summi sacerdotes illudentes ad alterutrū: cū scribis. dicebant.s Alios saluos fecit:seipm non potest saluū facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus et credamus.c Et q cum eo crucifixi erāt:cōuiciabātur ei. Et facta hora sexta:tenebre facte sunt p totā terrā/usq in horā nonā.Et hora nona: exclamauit iesus voce magna dicens. ✠ Heloy:heloy.lamazabathani:c Qd est interpretatū. ✠ Deus meus:deus meus:vt qd dereliquisti me:c Et qdaz

de circunstantibus audientes:dicebãt. s Ecce helyã vocat. c Currẽs aũt vnus ℣ implens spongiã aceto: circũponẽsq; calamo. potũ dabat ei dicẽs. s Sinite: videamus si veniat helyas ad deponẽdũ eũ. c Jesus aũt emissa voce magna: expirauit. ℟ Hic fiat genuflectio dicendo Pater noster. Aue maria. In manꝰ tuas. c Et velũ templi scissum est in duo: a sũmo vsq; deoꝛsum. Videns aũt centurio q̃ ex aduerso stabat. qꝛ sic clamãs expirasset:ait. s Vere homo hic. filius dei erat. c Erant aũt ℣ mulieres de longe aspiciẽtes:ĩter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoꝛis. et ioseph mater ℣ salome. Et cũ esset in galilea sequebantur eũ et ministrabant ei: ℣ alie multe que simul cum eo ascenderant hierosolymam. Euangelium.

Et cũ iam sero factuꝫ esset. qꝛ erat parasceue qđ est ante sabbatum: venit ioseph ab arimathia. nobilis decurio. q̃ ℣ ipe erat expectans regnũ dei. Et audacter introiuit ad pilatũ: ℣ petiit coꝛpus ihesu. Pilatus aũt: mirabat si iã obiisset. Et accersito cẽturione: interrogauit eũ. si iã moꝛtuus esset. Et cum cognouisset a cẽturione: donauit coꝛpus ioseph. Joseph aũt mercatus syndonẽ. ℣ deponẽs eũ inuoluit syndone: ℣ posuit eũ in monumẽto. qđ erat excisum de petra. Et aduoluit lapidẽ: ad ostiũ monumenti. Offert. Custodi me dñe de manu peccatoꝛis: ℣ ab hoĩbus ĩiquis eripe me dñe. ℣. Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos abscõderunt superbi laqueum michi. Secreta.

Oicate tibi plebis dñe q̃s oblationes sanctifica: vt a terrene vetustatis cõuersatõe mundati celestis vite pfectibus innouemur. Per dñm. Cõio. Aduersum me exercebañ qui sedebant in poꝛta: ℣ in me psallebant qui bibebant vinum: ego vero oꝛationẽ meã ad te dñe tempus beneplaciti deus in multitudine mie tue. Postcõio.

Repleti dñe sacris muneris gratia supplices exoꝛamus: vt q̃ gustu coꝛpoꝛeo dulci veneratõe cõtingimus. dulcioꝛa mẽtibꝰ sentiamꝰ. Per ð. Sup ppm. Humiliate capita vra deo. Oco.

Tua nos misericoꝛdia deus et ab omni surreptione vetustatis expurget: ℣ capaces sancte nouitatis efficiat. Per dñm. ℂ Feria.iiii. Officium.

In noie dñi omne genu flectatur celestiũ terrestriũ ℣ inferꝛoꝛ qꝛ dñs factꝰ est obediẽs vsq; ad moꝛtẽ: moꝛtem aũt crucis: ideo dñs ihesus xp̃s i gloꝛia est dei patris. ℘s. Dñe exaudi oõnẽ meã: ℣ clamoꝛ meꝰ ad te veniat. Sequat oco sine Dñs vobiscũ. sed tm̃ cũ Oꝛemus. ℣ Flectamus ge. Oco.

Presta q̃s ops deus: vt q̃ nr̃is excessibus ĩcessãter affligimur. p vnigeniti tui passionẽ liberemur. Qui te. Lectio Jsaie pꝛophete. lxii. ℣. lxiii.

Hec dicit dñs deus. Dicite filie syon: ecce saluatoꝛ tuus venit. Ecce merces eius cũ eo: ℣ opus illius coꝛã illo Quis est iste q̃ venit de edom. tictis vestibus de bosra: Iste foꝛmosus in stola sua: gradiẽs in multitudine foꝛtitudinis sue. Ego q̃ loquoꝛ iusticiam: ℣ ppugnatoꝛ sum ad saluãdũ. Quare ergo rubꝛũ est indumẽtũ tuũ. et vestimẽta tua sicut calcãtiũ in toꝛculari: Toꝛcular calcaui solus: ℣ de gẽtibꝰ non est vir mecũ. Calcaui eos i furoꝛe meo: ℣ conculcaui eos i ira mea. Et aspsus est sãguis eoꝛ sup vestimẽta mea: ℣ oĩa ĩdumẽta mea inq̃naui. Dies enĩ vltiõis in coꝛde meo: annꝰ retributiõis mee venit. Circũspexi. ℣ nõ erat auxiliatoꝛ: q̃liui et nõ fuit q̃ adiuuaret. Et saluauit michi bꝛachium meũ: ℣ ĩdignatio mea ipse auxiliata est michi. Et ꝛculcaui ppꝭos i furoꝛe meo: ℣ iebꝛiaui eos ĩdignatõe mea: ℣ detraxi i terrã virtutẽ eoꝝ. Miserationũ dñi recoꝛdaboꝛ. Laudẽ dñi annũciabo. sup oĩbus q̃ reddidit nobis: dñs deus nr̃. Gr̃.

Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribuloꝛ velociter exaudi me. ℣. Saluũ me fac deꝰ qm̃ intrauerũt aq̃ vsq; ad aiam meã: infixus sũ i limo pfundi ℣ nõ est substãtia. Sequat Dñs vobiscũ. Oꝛemꝰ. Flectamus ge. Oco.

Deus qui p nobis filiũ tuũ crucis patibulũ subire voluisti: vt inimica nobis expelleres potestatẽ concede nobis famulis tuis. vt resurrectõis eiꝰ

gratiã cõsequamur. Per eundē. Hic dñr mēoꝛie ꝙsuete. Lctō Isaie ꝓphete. liii.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñe: qs credidit auditui nr̄o. ⁊ bꝛachium dñi cui reuelatū est: Et ascendet sicut virgultū coꝛã eo: ⁊ sicut radix de terra sitiẽti. et non est species ei neq; decoꝛ. Et vidimus eū. ⁊ nō erat aspectus: ⁊ desiderauimus eū despectū. ⁊ nouissimū virorꝫ virū dolorꝫ ⁊ scientē infirmitatē Et quasi absc̄ditus vult⁹ eius ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eū. Uere lãguoꝛes nr̄os ipse tulit: ⁊ dolorꝫ nr̄os ipse poꝛtauit. Et nos putauimus eum quasi leꝓrosum: ⁊ ꝓcussum a deo et humiliatū. Ipse aũt vulneratus est ꝓpter iniq̃tates nr̄as: attritus est ꝓpter scelera nr̄a. Disciplina pacis nr̄e sup eū: ⁊ liuoꝛe ei⁹ sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus: vnusq̃sq; in viã suã declinauit. ⁊ dñs posuit in eo iniquitatē oim nr̄m. Oblatus est qꝛ ipe voluit: ⁊ nō aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducet: ⁊ quasi agnus coꝛã tondente se obmutescet. ⁊ non aperiet os suū. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est: generationē eius q̃s enarrabit: Qꝛ ablcisus est de terra viuentiū. Pꝛopter scelus populi mei ꝓcussit eū: ⁊ dabit impios ꝓ sepultura. ⁊ diuitē ꝓ moꝛte sua. eo q; iniq̃tatē non fecerit. neq; dolus fuerit in oꝛe eius. ⁊ dñs voluit conterere eū in infirmitate. Si posuerit ꝓ ꝓctō aiam suã: videbit semē lõgeuū/ ⁊ voluntas dñi in manu eius dirigef. ꝓ eo qꝺ tradidit in moꝛtē aiam suã/ ⁊ cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multoꝝ tulit: ⁊ ꝓ trãsgressoꝛibus rogauit vt nō perirent Dicit dñs: ops. Chorus alternati dicat tractū: ita q; dū ꝟ. canit chor⁹ ex illa parte stare tenet alia parte chori interim sedẽte: ⁊ sic ꝓcantet tot⁹ tract⁹ a choro qñ cũq; dꝛ tractus a choro in stallis a septuagelima vsq; ad pascha. Tractus.

Dñe exaudi oꝛationē meã et clamoꝛ meus ad te veniat. Ne auertas faciē tuam a me: in quacũq; die tribuloꝛ inclina ad me aurem tuã. In quacũq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fumus dies mei ⁊ ossa mea sicut in liꝛnio cõfricta sunt. Percussus sũ sicut fenũ ⁊ aruit coꝛ meũ: qꝛ oblitus sum mãducare panẽ meũ. Tu exurgẽs dñe miserebeꝛis syõ: qꝛ venit tẽpus miserẽdi ei⁹. Sequatur passio cũ Dñs vobiscũ. Passio dñi nostri iesu xp̄i Scd̄m lucam. xxii.

In illo tpe. c Appꝛopinquabat aũt dies festus azimoꝝ. q̃ dicitur pascha: ⁊ querebãt pꝛincipes sacerdotum ⁊ scribe. quomodo iesũ interficerẽt. Timebant vero plebẽ. Intrauit aũt sathanas in iudã. q̃ cognominabat scarioth vnũ de duodecĩ: ⁊ abiit et locutus est cũ pꝛincipibus sacerdotũ ⁊ magistratib⁹. quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopondit. Et querebat opoꝛtunitatē: vt traderet illũ sine turbis. Uenit autẽ dies azimoꝝ. in qua necesse erat occidi pascha: ⁊ misit petrũ ⁊ iohannẽ dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha: vt manducemus. c At illi dixerũt. s Ubi vis paremus: c Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeũtibus vobis in ciuitatẽ: occurret vobis homo q̃dã amphoꝛã aque poꝛtans. Seq̃mini eū in domũ in quã intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi ẽ diuersoꝛiũ. vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ: Et ipse vobis ostendet cenaculũ magnũ stratũ: ⁊ ibi parate. c Euntes aũt inuenerũt sicut dixit illis: ⁊ parauerũt pascha. Et cũ facta esset hoꝛa discubuit: et duodecĩ apli cũ eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: anteq̃ patiar. Dico enĩ vobis: qꝛ ex hoc nõ manducabo illud. donec impleat in regno dei. c Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit. ✠ Accipite: ⁊ diuidite inter vos Dico enĩ vobis: q; nõ bibã de generatõe vitis. donec regnũ dei veniat. c Et accepto pane. gratias egit et fregit: et dedit eis dicẽs. ✠ Hoc est coꝛpus meũ q; ꝓ vobis datur: hoc facite in meã commemoꝛationē. c Similiter ⁊ calicẽ: postq̃ cenauit dicens. ✠ Hic est calix nouũ testamẽtum in sanguine meo: q̃ ꝓ vobis fundet. Uerũtamẽ ecce manus tradentis me: mecũ est in mẽsa. Et q̃dez filius

hominis:scom qđ diffinitum est vadit Uerũtamen ve hoi illi:p quẽ tradetur. c Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis:q̃ hoc facturꝰ esset. Facta est aũt ꝛ cõtentio inter eos:q̃s eoꝝ videret esse maioꝛ. Dixit autẽ eis. ✠ Reges gẽtiũ dominant eoꝝ:ꝛ q̃ potestatẽ habent sup eos benefici vocant. Uos autẽ non sic. Sed q̃ maioꝛ est in vobis; fiat sicut minoꝛ. Et q̃ pꝛecessoꝛ est:sicut ministrator. Nam q̃s maioꝛ est. q̃ recũbit/an qui ministrat: Nõne q̃ recumbit: Ego aũt in medio vestrũ sum:sicut q̃ ministrat. Uos aũt estis:q̃ pmansistis mecũ in tẽtationibus meis. Et ego disponovobis sicut disposuit michi pater meꝰ regnũ. vt edatis ꝛ bibatis super mensam meã in regno meo:ꝛ sedeatis super thꝛonos duodecim. iudicãtes duodecim tribus israel. c Ait aũt dñs symoni. ✠ Symõ: ecce sathanas expetiuit vos: vt cribꝛaret sicut triticũ. Ego autem rogaui pꝛo te:vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquã do conuersus:confirma fratres tuos. c Qui dixit ei. s Dñe:tecũ paratus sum ꝛ in carcerẽ. ꝛ in moꝛtẽ ire. c Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre:nõ cãtabit hodie gallus. donec ter abneges nosse me. c Et dixit eis. ✠ Quãdo misi vos sine sacculo ꝛ pera. ꝛ calciamẽtis:nunqd aliqd defuit vobis: c At illi dixerũt. s Nichil. c Dixit ergo eis. ✠ Sed nũc q̃ habet saculũ:tollat similiter ꝛ perã. Et q̃ non habet:vẽdat tunicã suã. ꝛ emat gladium. Dico enim vobis:qm̃ adhuc hoc qđ scriptũ est opoꝛtet impleri in me. Et cũ iniquis deputatus est. Etenim ea q̃ dicta sũt de me: finẽ habent. c At illi dixerunt. s Dñe: ecce gladii duo hic. c At ille dixit eis. ✠ Satis est. c Et egressus: ibat secundũ cõsuetudinẽ. in montẽ oliuarũ. Secuti sunt aũt illũ:ꝛ discipuli. Et cũ p uenisset ad locũ:dixit illis. ✠ Oꝛate:ne intretis in tẽptationẽ. c Et ipe auulsus est ab eis:quãtũ iactꝰ est lapidis. Et positis genibus:oꝛabat dicẽs. ✠ Pater:si vis trãsfer calicẽ istuc a me. Uerũtamẽ nõ mea volũtas:sꝛ tua fiat. c Apparuit aũt illi angelus de celo:cõfoꝛtãs eũ. Et factus in agonia:plꝛius oꝛabat. Et factus est sudoꝛ eius sicut gutte sãguinis decurrẽtis in terrã. Et cũ surrexisset ab oꝛatõe ꝛ venisset ad discipulos suos:inuenit eos doꝛmiẽtes. pꝛe tristicia. Et ait illis. ✠ Quid doꝛmitis: Surgite:oꝛate. ne intretis in tẽptationẽ. c Adhuc eo loquente:ecce turba. ꝛ q̃ vocabat iudas vnus de duodecim. ãtecedebat eos. Et appꝛopinquauit iesu:vt oscularet eum Jesus aũt:dixit illi. ✠ Juda:osculo filium hois tradis: c Uidẽtes aũt hi q̃ circa ipm erãt. qđ futurũ erat:dixerũt ei. s Dñe:si pcutimus i gladio: c Et pcussit vnus ex illis seruũ pꝛincipis sacerdotũ:ꝛ amputauit auriculã eius dexterã. Rñdens aũt iesus:ait. ✠ Sinite:vsq̃ huc c Et cũ tetigisset auriculã eius: sanauit eũ. Dixit aũt iesus ad eos q̃ venerãt ad se pꝛincipes sacerdotũ. et magistratus tẽpli:ꝛ senioꝛes. ✠ Quasi ad latronem existis cũ gladiis ꝛ fustibus:cum quoti die vobiscũ fuerim in tẽplo. ꝛ nõ extẽdistis manus in me. Sed hec est hoꝛa vestra:ꝛ potestas tenebꝛarũ. c Cõpꝛehendentes autẽ eũ:duxerunt ad domũ pꝛincipis sacerdotũ. Petrus vero:sequebat eũ a longe. Accenso autẽ igne in medio atrii ꝛ circunsedentibus illis:erat petrꝰ in medio eoꝝ. Quẽ cuꝝ vidisset ancilla quedã sedentẽ ad lumen:et eum fuisset intuita. dixit. s Et hic cuꝝ illo erat. c At ille negauit eũ dicẽs. s Mulier:nõ noui illũ. c Et post pusillũ:alius vidẽs eũ dixit. s Et tu de illis es. c Petrus vero ait s O homo:nõ sum. c Et ĩteruallo facto quasi hoꝛevnius:alius q̃dã affirmabat dicẽs. s Uere. ꝛ hic cũ illo erat: nã ꝛ galileꝰ est. c Et ait petrꝰ. s Homo: nescio q̃d dicis. c Et ꝛtinuo adhuc eo loquẽte: cãtauit gallus. Et cõuersus dñs:respexit petrũ. Et recoꝛdatꝰ est petrus verbi dñi sicut dixerat:q̃ pꝛiusq̃ gallus cãtet ter me negabis. Et egressꝰ foꝛas petrꝰ: fleuit amare. Et viri q̃ tenebãt illũ:illudebãt ei cedẽtes. Et velauerũt eũ. ꝛ pcutiebãt faciẽ eiꝰ:ꝛ iterrogauerũt eũ dicẽtes. s Pꝛophetiza:q̃s est q̃ te percussit: c Et alia multa blasphemãtes: dicebãt i

eum. Et vt factus est dies: cōuenerunt
seniores plebis. & principes sacerdotū &
scribe. et duxerūt illū in consiliū suū di-
cētes. s Si tu es xps: dic nobis. c Et ait
illis. ✠ Si vobis dixero: non credetis
michi. Si aūt & interrogauero: nō respō
debitis michi. neq; dimittetis. Ex hoc
aūt: erit filius hois sedēs a dextris vir-
tutis dei. c Dixerūt aūt oēs. s Tu ergo
es filius dei: c Qui ait. ✠ Vos dicitis:
quia ego sum. c At illi dixerūt. s Quid
adhuc desideramus testimoniū: Ipsi
enī audiuimus de ore eius. c Et surgēs
oīs multitudo eor: duxerūt illū ad pila
tū. Ceperūt aūt accusare eū dicentes. s
Hūc inuenimus subuertentē gentē no-
strā. & phibentē tributa dari cesari: & di
centē. se xpm regē esse. c Pilatus aūt: in
terrogauit eū dicēs. s Tu es rex iudeo-
rū: c At ille rndens: ait. ✠ Tu dicis. c
Ait autē pilatus ad principes sacerdotū:
& turbas. s Nichil inuenio cause: in hoc
hoīe. c At illi inualescebāt dicētes. s Cō
mouit populū docēs p vniuersā iudeā:
incipiēs a galilea vsq; huc. c Pilat⁹ aūt
audiēs galileā: interrogauit si homo ga-
lileus esset. Et vt cognouit qđ de hero-
dis potestate eēt: remisit eū ad herodē.
q & ipe erat hierosolymis illis dieb⁹. He
rodes autē vilo iesu: gaudius est valde.
Erat enī cupiēs ex multo tēpore videre
eū: eo q audierat multa de eo. & spabat
signū aliqđ videre ab eo fieri. Interro-
gabat aūt illū: multis sermonibus. At
ipe nichil illi rndebat. Stabāt aūt prin
cipes sacerdotū & scribe: constāter accusā-
tes eū. Spreuit aūt illū herodes cū exer
citu suo: & illusit indutū veste alba. & re-
misit ad pilatū. Et facti sūt amici hero-
des & pilatus: in ipa die. Nā antea: simi
ci erāt adiuicē. Pilat⁹ aūt cōuocatis pri
cipibus sacerdotū & magistratib⁹ & ple
be: dixit ad illos. s Obtulistis mihi hūc
hoiem quasi auertētē populū: & ecce ego
coram vobis interrogās. nullā causā inue-
nio in hoīe isto. ex his in qbus eū accusa
tis. Sed neq; herodes. Nam remisi vos
ad illū: et ecce nichil dignū morte actum
est ei. Emēdatū ergo illū: dimittā. c Ne
cesse aūt habebat. dimittere eis: p diem
festū vnū. Exclamauit autē simul vni-
uersa turba: dicēs. s Tolle hūc: & dimit
te nobis barrabā. c Qui erat ppter sedi
tionē quādā factā in ciuitate & homici-
diū: missus in carcerē. Iterū aūt pilat⁹
locutus est ad illos: volēs dimittere ie-
sū. At illi sic clamabāt dicētes. s Cruci-
fige: crucifige eū. c Ille aūt tertio: dixit
ad illos. s Quid enī mali fecit iste: Nul
lā causam mortis: inuenio in eo. Corripiā
ergo illū: et dimittā. c At illi instabāt vo
cibus magnis. postulātes vt crucifige-
rē: & inualescebāt voces eor. Et pilat⁹
adiudicauit fieri petitionē eor. Dimi-
sit aūt illis eū q ppter homicidiū & sedi-
tionē missus fuerat in carcerē. quē pete
bāt: iesū vero tradidit voluntati eor. Et
cū ducerēt eū: apprehēderūt symonem
quēdā cyrenēsem. venientē de villa. & im
posuerūt illi crucē portare post iesū. Se
quebat autē illū multa turba populi et
mulierū: q plāgebāt & lamentabant eū
Cōuersus aūt ad illas iesus: dixit. ✠ Fi
lie hierusalē nolite flere sup me: sed sup
vosīpas flete. & sup filios vros. Qm ec-
ce venient dies: in qbus dicēt. Beate steri
les & vētres q nō genuerūt: & vbera q nō
lactauerūt. Tūc incipient dicere mōtib⁹
cadite sup nos. et collibus. operite nos.
Qr si in viridi ligno hec faciūt: in arido
qđ fiet: c Ducebāt aūt & alii duo nequā
cū eo: vt interficerent. Et postq; venerūt
in locū q vocat caluarie: ibi crucifixerūt
eū. Et latrones: vnū a dextris & alter a
sinistris. Iesus autē dicebat. ✠ Pater:
dimitte illis: nō enī sciūt qđ faciūt. c Di
uidētes vero vestimēta eius: miserunt
sortes. Et stabat populus expectans: et
deridebāt illū principes. cū eis dicētes. s
Alios saluos fecit. seipm saluū faciat: si
hic est xps dei electus. c Illudebāt autē
ei & milites accedētes: & acetū offerētes
illi dicētes. s Si tu es rex iudeor: saluū
te fac. c Erat aūt & superscriptio scripta
sup illū litteris grecis & latinis & hebrai
cis: hic est rex iudeor. Unus aūt de his
q pendebāt latronibus. blasphemabat
eum: dicēs. s Si tu es xps: saluū fac te-

metipm ꝙ nos. c Ridens aūt alter: increpabat illū dicēs. s Neq; tu times deū: q̄ in eadē dānatōe es. Et nos q̄dē iuste. nā digna factis recipimus: hic vero nichil mali gessit. c Et dicebat ad iesū. s Dñe: memēto mei: cū veneris in regnū tuū. c Et dixit illi iesus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradyso. c Erat autē fere hora sexta: ꝙ tenebre facte sūt i vniuersa terra. vsq; i horā nonā. Et obscuratus est sol: ꝙ velū tēpli scissum est mediū. Et cū dixerit diaconus. Velū templi scissum est. Velū ante altare cadere permittat. Et clamans voce magna iesus: ait. ✠ Pater: in manus tuas: commendo spiritū meū. c Et hec dicens expirauit. Hic fiat genuflectio dicēdo. Pater noster. Aue maria. In manus tuas. c Videns aūt centurio q̄d factū fuerat: glorificauit deū dicens. s Vere: hic homo iustus erat. c Et ois turba eor. qui simul aderāt. ad spectaculū istud. et videbāt q̄ fiebāt: pcutiētes pectora sua reuertebant. Stabant autē oēs noti eius a longe: et mulieres q̄ secuti erant eum a galilea hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir nōie ioseph q̄ erat decurio vir bonus ꝙ iustus: hic nō consenserat cōsilio ꝙ actibus eor. ab arimathia ciuitate iudee. q̄ expectabat ꝙ ipe regnū dei. Hic accessit ad pilatuz: et petiit corpus iesu. Et depositū inuoluit syndone: et posuit eū in monumēto excisso. In quo nōdum quisq̄: positus fuerat. Offy. Dñe exaudi orationē meam: et clamor meus ad te pueniat. ℣. Ne auertas faciē tuam ne auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munus oblatum/ ꝙ dignāter operare: vt q̄d passionis filii tui dñi nostri mysterio gerim⁹. piis affectibus cōsequamur. Per eūdē. Cōio. Potū meū cum fletu temperabā q̄ eleuās allisisti me: ꝙ ego sicut fenū arui tu aūt dñe ineternū pmanes: tu exurgēs miserebe ris syō: quia venit tēpus miserēdi eius. Postcōio.

Largire sensib⁹ nr̄is ops deus: vt p temporalē filii tui mortē. quā mysteria venerāda testant. vitā nobis dedisse ppetuā ꝙ fidam⁹. Per eūd. Supplices ppl'm. Hūiliate capita vr̄a deo. Oro.

Respice q̄s dñe sup hanc familiam tuā p quā dñs noster iesus xp̄us nō dubitauit manibus tradi nocentiū: ꝙ crucis subire tormētū. Qui tecū viuit

¶ Feria.v.i cena dñi. In primis fiat reconciliatio peniteñ. hoc modo. Mona cātata pgat excellēter sacerdos ad ostiū ecclesie occid. indutus vestib⁹ sacerd. i cappa serica rubea cū duob⁹ diaco. albis cū amictib⁹ indutis absq; subdiaco. ꝙ sine cruce p mediū chori p̄ced. vexillo cilicino sintq; p̄sentes i atrio ecclesie qui reconciliandi sunt. Et si epus adest/ principalis archid. ex parte penitē. sc̄z extra ostiū eccl'ie i cappa serica legat hāc lect.

Adest o venerabilis pōtifex tempus acceptū dies ppiciatiōis diuine ꝙ salutis humane: qua mors interitū ꝙ vita accepit eterna principiū: quādo in vinea dñi sabaoth sic nouor palmitū plantatio facienda est: vt purget execatio vetustatis. Quāuis enī a diuitiis bonitatis dei nichil temporis vacet nūc tamē ꝙ largior est p indulgentiā remissio peccator: ꝙ copiosior p gratiam assumptio renascētiū. Augemus regenerandis: crescimur reuertis. Lauāt aque: lauant lachryme. Inde est gaudiū de assumptiōe vocator: hinc leticia de absolutiōe penitentiū. Inde est q̄d supplices tui postea q̄ in varias formas criminū neglectu mādator celestiū ꝙ morū pbabiliū translgressione ceciderunt: humiliati itaq; pstrati pphetica ad deum voce clamāt dicētes. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus: iniquitatez fecimus. Miserere nostri dñe vocē angelicā non frustratoria aure capientes: beati q̄ lugent: quoniā ipsi consolabunt. Manducauerūt sicut scriptū est panē dolor is: lachrymis stratū rigauerunt: cor suū luctu corpus ieiuniis affligerūt: vt animarū reciperēt quā pdiderant sanitatē. Vnicū est itaq; penitētie suffragiū: q̄d ꝙ singulis prodest ꝙ omnibus in cōmune succurrit. Reintegra ergo in eis apostolice pontifex quicq̄d diabolo suadēte/ seuiente/ scindēte corru-

ptum est: ⁊ orationū tuarū patrocinantibus meritis per diuine reconciliatōis gratiā facholes primos deo: vt qui antea in suis puersitatibus displicebant/ nūciam placere se dño in regionē viuorū deuicto mortis sue auctore gratulētur. Que lectio nō legat epo abiente. Finita lectōe incipiat ēps ān. Uenite venite. infra predictū ostiū quersus ad borialē signū faciēdo cū manu quasi vocando. Deīde diaconus ex parte peniteñ. scz extra ostiū dicat. Flectamus genua. alius diacon⁹ ex parte epi dicat. Leuate. ⁊ ita fiat tribus vicibus. Ita tñ q̄ post tertiā repetitionē ān. nō dr Flectamus genua sed chorus plequat totā ān. cātore incipiente. Filii audite me timorē dñi docebo vos ps. Benedicā. Totus ps dr cuz Gloria patri. Et post vnūquēq; v. repetat ān. Dū ps canit a choro cū ān. semp manu atim penitētes ab aliquo presbytero de choro habitu nō mutato reddant sacerdoti executori officii ⁊ ab ipo restituant ecclie gremio. Tamen si ēps ps̄ens fuerit penitētes a ps̄bytero reddāt archid. ⁊ ab ipo reddant epo. ⁊ ab ipo restituāt ecclie gremio. Quib⁹ expletis: pcessio more solito in chorū redeat. Deinde psternāt se oēs et dicāt clerici in choro septē pos penitētiales cū Gl̄ia p̄ri. et Sicut erat. Sacerd vero cū suis ministris dicat p se septē pos cū Gl̄ia p̄ri ⁊ Sicut erat ⁊ ān. Ne reminiscaris. cū Kyrieleyso. Xp̄e. Kyrie. Pater noster. ātc altare sicut in die cinerū prenotatū est. Deinde erigēs se sacerd quersus ad australē corā dextro cornu altaris sine nota dicat. Et ne nos. Sed libera. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Conuertere dñe vsq̄quo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Mitte eis dñe auxiliū de scto. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriā nois tui dñe libera nos: et propicius esto peccatis nostris pter nomen tuum. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cum spū tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicatiōibus nr̄is ⁊ me q̄ etiā mia tua primus idigeo clemēter exaudi: ⁊ quē nō electione meriti. sed dono gr̄e tue cōstituisti operis hui⁹ ministrū da fiduciā tui muneris exequēdi: ⁊ ipe in nr̄o ministerio qđ tue pietatis est opare. Per xp̄m. Et dñr oēs oratōes: ⁊ terminent sub tono lectionis: ⁊ oēs orōes cū Oremus. nō dr Dñs vobiscū nisi āte primā orōez tñ. Aliter.

Deus humani generis benignissime conditor. et misericor dissimie reformator qui hominē inuidia diaboli ab eternitate deiectū vnici filii tui sāguine redemisti. viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras. et qui non deserinquis deuios: assume correctos. moueant pietatē tuam q̄sumus dñe hoz famulorz tuorz lachrymosa suspiria. tu eorz medere vulneribus. tu iacētibus manū porrige salutarē. ne ecclesia tua aliqua sui corporis portiōe vastetur. ne grex tuus detrimētū sustineat: ne de familie tue dāno inimicus exultet. ne renatos lauacto salutari mors scda possideat. Tibi ergo dñe supplices preces ⁊ cordis fletū effūdimus. tu parce confitentibus. vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant. quatenus in tremendi iudicii die sententiā eterne dānationis euadant: ⁊ nesciant piissime pater quod terret i tenebris. qđ stridet in flammis: atq; ab erroris sui via ad iter reuersi iustitie. nequaq̄ vltra vulneribus saucientur. sed integrū sit eis atq; perpetuum. et quod gratia tua contulit ⁊ quod misericordia reformauit. Per eundē christum dñm nostrum. Alia oratio.

Domine sancte pater omnipotēs eterne deus: qui vulnera nostra curare dignatus es. te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes. vt precibus nostris aurē tue pietatis inclinare dignetis. atq; ad penitentiam confessione mouearis. remittasq; omnia crimina ⁊ peccata vniuersa condones. desq; his famulis tuis domine pro suppliciis veniā. pro merore leticiā. pro morte vitam. vt qui ad tantā spem celestis apicis deuoluti sunt/ de

tua mia cōfidētes.ad bona pacifici pr̄e-
mii tui atq; ad celeſtia dona peruenire
mereanť.Per xp̄m dn̄m nr̄m.Hic non
dr̄ Oremꝰ.ſed ſacerd̄.ad pp̄z cōuerſus
manu extēſa ſine nota dicat abſolutōez

Abſoluimus vos vice beati petri
apr̄oz pr̄icipis. cui collata eſt a
dn̄o poteſtas ligādi atq; ſoluēdi: ⁊ quā-
tū ad vos pt̄inet accuſatio.et ad nos re-
miſſio. ſit vobis oīpotens deus vita et
ſalus.⁊ oīm peccatoz veſtroz pius in-
dultoz. Qui viuit ⁊ regnat cum deo pa
tre in vnitate ſp̄ūſancti deus. Per. ⁊c.
Et ſic ſurgāt oēs a p̄ſtratōe oſculantes
formulas vel terram: ſacerdote dicēte.
Qui viuit.⁊ ſi ep̄us adeſt dicat benedi-
ctionē.Deinde incipiatur miſſa ſolēni-
ter ſine regimine choꝛi. Officium.

Nos autē gloꝛiari opoꝛtet i cru
ce dn̄i noſtri ieſu x̄pi i quo eſt
ſalus vita ⁊ reſurrectio nr̄a:p
quē ſaluati et liberati ſumus. p̄s. Deus
miſereat noſtri ⁊ bn̄dicat nobis:illuminet vul-
tū ſuū ſup nos ⁊ miſereat noſtri. Si ep̄s cele
bꝛet dr̄ Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſp̄ūi ſancto.et ſi-
ue ep̄us celebꝛet ſiue nō dr̄ cātus de Cō-
ditoꝛ.kyꝛie. ablq; verſibus. Si epiſco-
pus celebꝛet dicitur. Gloꝛia in excelſis.
aliter .. ſequatur Oꝛemus. ſine Flec-
tamus genua.Luate. Oꝛatio.

Deus a quo ⁊ iudas p̄ditoꝛ reatus
ſui penā ⁊ confeſſionis ſue latro
p̄miū ſumpſit.concede nobis tue p̄o
piciationis effectū: vt ſicut in paſſione
ſua ieſus x̄ps dn̄s noſter diuerſa vtri-
q; intulit ſtipendia meritoz / ita nobis
ablato vetuſtatis errore reſurrectionis
ſue gratiam largiatur. Qui tecū viuit
⁊ regnat. Ad coꝛinthios. i.xi.

Fratres. Cōuenientibus vobis in
vnū:iam nō eſt dn̄icā cenā man
ducare.Unuſquiſq; enī ſuā cenā p̄ſu-
mit ad māducādū.Et alius q̄dem eſu-
rit:alius aūt ebꝛius eſt. Nunq̄d domos
nō habetis ad māducandū ⁊ bibendū:
Aut eccleſiā dei contēnitis ⁊ cōfunditis
eos q̄ nō habēt:Quid dicā vobis:Lau
do vos/in hoc nō laudo. Ego enī accepi
a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis:q̄m dn̄s ieſus
in qua nocte tradebať:accepit panez: et
gratias agens fregit ⁊ dixit.Accipite et
māducate:hoc eſt coꝛpus meū qđ p̄ vo
bis tradeť.Hoc facite in meā cōmemo-
rationē.Similiter ⁊ calicē: poſtq̄ cena-
uit dicēs.Hic calix nouū teſtamentū eſt
in meo ſanguine:hoc facite quotieſcūq;
bibetis i meā cōmemoꝛationē. Quo
tienſcūq; enī manducabitis panē hunc
⁊ calicē bibetis:moꝛtē dn̄i annunciabi-
tis donec veniat. Itaq; quicūq; mandu
cauerit panē vel biberit calicē dn̄i indi-
gne:reus erit coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dn̄i.
Pꝛobet aūt ſeip̄m homo:⁊ ſic de pane il
lo edat:⁊ de calice bibat. Qui enī man-
ducat ⁊ bibit indigne.iudiciū ſibi man-
ducat ⁊ bibit:nō diiudicās coꝛpus dn̄i.
Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecil
les:et doꝛmiūt multi. Qđ ſi noſmetip-
ſos diiudicaremus:non vtiq; iudicare-
mur.Dū iudicamur aūt a dn̄o coꝛripi-
mur:vt nō cū hoc mūdo dānemur.Hec
p̄dicta ep̄la legať i pulpito:⁊ ibidē cā-
teť graď.a duobus pueris in ſuppellici-
is. Gr̄. X̄ps factus eſt p̄ nobis obediens vſq;
ad moꝛtē:moꝛtē autem crucis.℣.Pꝛopter qđ ⁊
deus exaltauit illū:⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſup
omne nomen.Repetať graď:niſi ep̄s cele-
bꝛet. Euangeliū legať in pulpito moꝛe
dn̄icali. Secundum iohannem. xiii.

Ante diē feſtū paſche.ſciens ieſus
q̄z venit hoꝛa eius.vt trāſeat ex
hoc mūdo ad patrē:cū dileꝛiſſet ſuos q̄
erant in mūdo.in finē dileꝛit eos.Et ce
na facta cuz diabolus tā miſiſſet in coꝛ.
vt traderet eum iudas ſymonis ſcario
this:ſciēs q̄z oīa dedit ei pater in manꝰ.
⁊ q̄z a deo exiuit.et ad deū vadit. ſurgit
a cena ⁊ ponit veſtimēta ſua.Et cū acce
piſſet lintheum p̄zecinxit ſe. Deide mi-
ſit aquā in peluim:⁊ cepit lauare pedes
diſcipuloz ſuoꝛum.⁊ extergere lintheo
quo erat p̄zecinctus.Uenit ergo ad ſy-
monen petrū:et dicit ei petrus.Dn̄e:tu
michi lauas pedes:Rn̄dit ieſus:⁊ dixit
ei. Qđ ego facio.tu neſcis modo: ſcies
aūt poſtea.Dicit ei petrus. Nō lauabis
michi pedes:in eternuz.Rn̄dit ei ieſus.
Si nō lauero te:nō habebis partez me-

rum. Dicit ei symon petrus. Dñe: non tantū pedes meos: sz ꝛ manus ꝛ caput. Dicit ei ielus. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus Et vos mūdi estis: sed nō oēs. Sciebat enī quisnā esset q̄ traderet euz: ꝓpterea dixit. nō estis mūdi oēs. Postq̄ ergo lauit pedes eoꝝ. ꝛ accepit vestimēta sua: et cū recubuisset iteruz dixit eis. Scitis q̄d fecerim vobis: Uos vocatis me magister ꝛ dñe: ꝛ bene dicitis. Sū etenim. Si ergo ego laui pedes vr̄os dñs ꝛ magister: ꝛ vos debetis alter alterius laua re pedes. Exēplū enī dedi vobis: vt quē admodū ego feci vobis: ita ꝛ vos facia tis. Sine Credo in vnū deū. Si eps celebrauerit: legat euāgeliū more duplicis festi: cuz Credo in vnū deū. Offert. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exalta uit me non moriar sed viuā ꝛ narrabo opa dñi. Ponāt a subdiacono tres hostie ad sacrādū: quaꝝ due reseruent in crastinū vna ad ꝓcipiēdū a sacerdote: reliqua vt ponat cū cruce in sepulchro. Secreta. Iple tibi q̄s dñe sancte pater omni potens eterne deus sacrificiū nō strū reddat acceptū: qui discipulis suis i sui cōmemoratōez hoc fieri hodierna traditione mōstrauit ielus xp̄s dñs no ster. Qui tecuz viuit. Prefatio quotid. Hac die Sanctus. solēniter cantet: licet ep̄us defuerit. Infra canonē. Cōmuni cātes. ꝛ Hanc igitur. ꝛ Qui pridie. ꝛ di cuntur tam a sacerdote q̄ ab ep̄o. Tres pueri ante olei cōsecrationē simul can tent hūc hymnū in suppellicijs. Ord̄ē ptoꝝ. Chorus idē repetat post vnūquēq; ꝙ. Hac die nō dicitur Agnus dei. nec pax det: nisi ep̄s celebrauerit: tūc enī dr Agnus dei. solēniter more duplicis fe stū: et sacri crismatis ampulla ꝓ pace deosculetur. Cōio. Dñs ihesus postq̄ cena uit cū discipulis suis lauit pedes eoꝝ ꝛ ait illis: scitis q̄d fecerim vobis ego dñs ꝛ magister: exemplū dedi vobis vt ꝛ vos ita faciatis. Canta ta cōmunione statim incipiant vespe re festiue sine regimine chori ꝛ sine Deus in adiutoriū. ab aliquo de superiori gradu incipiat ān. Calicem. Psalmus.

Q redidi ꝓpter q̄d locutus suz: ego aūt humiliatus sū nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs homo mendax. Quid retribuā dño: ꝓ oībus q̄ retribu it michi. Calicē salutaris accipiā: ꝛ no mē dñi inuocabo. Uota mea dño redd̄ā coꝝā oī populo eius: ꝓciosa in ꝛspectu dñi moꝝs sctōꝝ eius. O dñe q̄ ego seruus tuus: ego seruus tuus ꝛ filiꝰ an cille tue. Dirupisti vincula mea tibi sa crificabo hostiā laudis: et nomē dñi in uocabo. Uota mea dño redd̄ā in cōspe ctu oīs populi eius: i atriis domus dñi i medio tui hierusalē. Non dr Gloria pa tri. sed repetat ān. Calicem salutaris accipi am ꝛ nomen dñi inuocabo. Et cetere ān. cuz suis p̄is dñr sine Gloria p̄ri. Psalmus. Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. O ñe libera ani mā meā a labiis iniqs: et a lingua dolo sa. Quid detur tibi aut q̄d apponat ti bi: ad linguā dolosā. Sagitte potentis acute: cū carbonibus desolatoꝝiis Heu michi q̄ incolatus meus ꝓlōgatus est: habitaui cū habitātibus cedar: multuz incola fuit aīa mea. Cum his q̄ oderūt pacē eram pacificus: cuz loquebar illis impugnabant me gratis. ān. Cum his q̄ oderunt pacē eram pacificus cum loquebar il lis impugnabant me gratis. Psalmus. Eripe me dñe ab hoie malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitaue rūt iniq̄tates in coꝝde: totā die cōstitue bāt ꝓelia. Acuerūt linguā suam sicut serpētes: venenū aspidū sub labiis eoꝝ Custodi me dñe de manu peccatoꝝis: ꝛ ab hoibus iniquis eripe me. Qui co gitauerūt supplātare gressus meos: ab scōderunt superbi laqueū michi. Et fu nes extenderūt in laqueū iuxta iter scā dalū posuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē deprecati onis mee. O ñe dñe virtus salutis mee obumbrasti sup caput meū in die belli. Non tradas me dñe a desiderio meo peccatoꝝi: cogitauerunt cōtra me ne de relinquas me ne forte exaltentur. Ca put circuitus eoꝝ: laboꝝ labioꝝ ipsoꝝ operiet eos. Cadent super eos carbo-

nes:in ignē deiicies eos: in miseriis nō subsistēt. Uir linguosus nō dirigēt in terra:virū iniustū mala capiēt in interitu. Cognoui q̄ faciet dñs iudiciū inopis:⁊ vindictā pauperū. Uerūtamen iusti confitebuntur nomini tuo:⁊ habitabunt recti cum vultu tuo. ān. Ab hominibus iniquis libera me domine. Psalmus.

Dñe clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cū clamauero ad te. Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo:eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiam ori meo:et ostium circūstātie labiis meis. Nō declines cor meū i verba malicie:ad excusandas excusatōes in pctis cū hoibus operātibus iniq̄tatē:et nō cōmunicabo cū electis eor. Corripiet me iustus in mia ⁊ increpabit me: oleū autē pctōris nō impinguet caput meū. Quōm adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eor: absorpti sunt iuncti petre iudices eor. Audiēt verba mea qm̄ potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est sup terrā. Dissipata sūt ossa nostra secus infernū: q̄a ad te dñe dñe oculi mei in te speraui non auferas aiam meam. Custodi me a laqueo quem statuerūt michi:⁊ ab scādalis operantiū iniq̄tatē. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeā. ān Custodi me a laqueo quem statuerunt michi:⁊ ab scandalis operantiū iniquitatem. ps.

Uoce mea ad dñm clamaui:voce mea ad dñm deprecatus sū. Effundo in cōspectu eius oratiōnē meā: ⁊ tribulationē meā ante ip̄m pronuncio. In deficiēdo ex me spiritū meū: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabā:absc̄derūt laqueū michi. Considerabā ad dexterā ⁊ videbā et nō erat q̄ cognosceret me. Periit fuga a me:et non est q̄ requirat aiam meā. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea:portio mea in terra viuentiū. Intende ad deprecationē meā:quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me:q̄ confortati sunt super me. Educ de custodia aiam meā ad cōfitendū nomini tuo:me expectant iusti donec retribuas michi. ān. Considerabā ad dexteram ⁊ videbam:⁊ non erat qui cognosceret me. Finita hac quinta ān. statim incipiatur ān. Cenantibus. Psalmus.

Magnificat:aīa mea dñm. Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo. Q̄ respexit humilitatē ancille sue:ecce enī ex hoc beatā me dicēt oēs generatōnes. Q̄ fecit michi magna q̄ potens est:⁊ sctū nomē eius. Et mia eius a pgenie in pgenies:timētib⁹ eū. Fecit potētiā in brachio suo:dispsit superbos mēte cordis sui. Deposuit potentes de sede:⁊ exaltauit humiles. Esurientes ipleuit bonis:⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū:recordatus mie sue Sicut locut⁹ est ad pres nros:abrahā ⁊ semini eius in secula. ān Cenātib⁹ aūt accepit ihesus panē bñdixit ac fregit dedit discipulis suis. Repetita ān. post Magnificat. dicat sacerd̄. postcōio. cuz Dñs vobiscū. et Oremus. more solito.

Refecti vitalibus alimētis q̄s dñe deus nr̄: vt q̄ tēpore nre mortalitatis exeq̄mur. īmortalitatis tue munere ꝛsequamur. Per. Et sic missa ⁊ vespere simul finiant̄ diacono dicēte Ite missa est. si ep̄s celebret. si vero nō: missa ⁊ vespere simul finiant̄ cū Benedicamus dño. ppter solēnitatē vero cene diaconus ⁊ subdiacon⁹ dalmatica ⁊ tunica induant̄: lz ep̄s nō celebrauerit. Post prādiū cōueniāt clerici ad ecclesiā ad altaria abluēda ⁊ ad mādatum faciēdū ⁊ ad cōpletoriū dicendū. In primis benedicat aqua more solito extra chorū priuati. Deide preparent̄ duo sacerd̄. excellētiores cū diacono et subdiacono de secūda forma et cerofer̄. de pria forma q̄ oēs sīt albis cū amictib⁹ iduti: ⁊ incipiēt a maiori altare abluāt illud ifūdētes vinū ⁊ aquā ⁊ interi cātet̄ Ps. In mōte oliveti. a toto choro corā altari cuz suo ℣. ⁊ dz sine Gloria pri. Quo finito dz ℣. et oro de sctō in cuius honore cōsecratū est altare ab excellētiori sacerd̄. modesta voce Ite sine nota q̄ termineť sic. Per xpm. nec precedat nec subsequatur Dñs vo-

biscum.sed tantū Oremus. ante orōēz Eodē modo oia altaria in eccl'ia abluāt cū ℟.⁊ ỽ.sicut ordinati sūt in p̄dicta hi-storia:scz In monte oliueti. ⁊ cū ỽ.⁊ or̄.de sctis vtš dictū est. Ita q̄ nullū ℟.incipi atur nisi tm̄ coram altari:⁊ ibi totū canta-bit vtš diximus. Et semp in extrema ablutiōe cantet ℟. Circundederūt. cū suo ỽ. Et si plura fuerint altaria in ecclesia q̄ ℟.in p̄dicta hist̄oria: tūc reincipiat hist̄oria ordine p̄dicto seruato:sed q̄ ℟. Circundederunt. semp vltimo loco cātet. Post ablutionē altaris intrēt capl'm et diaconus legat euāgel'. Ante diē festū. sicut ad missā lectū est: deide dr̄ sermo. Quo finito surgāt duo p̄dicti sacerd̄. et incipient.a maior̄ibus lauāt oīm pe-des:vnus ex vna parte:⁊ alter ex altera parte chori:⁊ ip̄i inuicē sibi lauēt pedes Et interi cantent he sequētes ān.cū su-is p̄is a toto choro interim sedente. ān. Mādatum nouum. p̄s. Deus misereatur nostri.totus p̄s dr̄ sine Gloria patri. Et post vnūquēq; ỽ.repetatur ān. Et hoc modo dn̄r oēs ān.cū suis p̄is q̄ sequunt ān. Diligamus nos. p̄s. Ecce q̄ bonū. ān. In diebus illis. p̄s. Miserere. i.ān. Maria ergo. p̄s. Beati imaculati.an. Post q̄. p̄s. Audite hec oēs gētes. he sequētes ān. si necesse fuerit catent:sinautē oīno p̄e termittāt.ān. Vos vocatis. ān. Si ego do-minus. ān. Ante diem. ān. Venit ad petrum. Peracta ablutione pedū dicto sermone accipiāt caritatis potū. Quibus rite p̄-actis vnus sacerdos dicat p̄ces hoc mō.

Suscepimus deus miam tuā. In medio tēpli tui. Tu mādasti. Mandata tua custodiri nimis Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū. Ha bitare fratres in vnū. Dñe exaudi. Et cla. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Or̄ē. Or̄o

Adesto q̄sumus dñe officio serui-tutis nostre.et quia tu pedes la-uare dignatus es tuis discipulis ne de-spicias opera manuū tuarū que nobis retinenda mandasti:sed sicut exterior̄a hic abluūntur inquinamēta corpor̄.sic a te oīz nostror̄ interior̄a mūdent p̄cta q̄d ip̄e p̄estare dignetis. Qui cū patre ⁊ spū sancto viuis ⁊ regnas deus. Per.

¶ Si vero nullus adsit clericus sermo-nē faciens:ceteris vt p̄ius pactis: post ablutionē pedū dicunt p̄ces p̄dicte. Deinde legat sequēs euangeliū a quo-dā diacono de scda forma in suppellici-is sine titulo. Benedictiōe p̄ius petita ab executor̄e officii ⁊ legatur mor̄e lect. fratribus interi caritatis potū sumēti-bus:⁊ legat vsq; ad illuz finē. Surgite eamus hinc. Et ita recedāt. Euangeliū Secundum iohannem. xiii.⁊.xiiii.

Gratias ago tibi dulcissime domine iesu christe lux vera / salus credentium / solatium tristium / spesq̄ cūctorum / gaudium angelorū. q̄ me miserum et magnum peccatorem famulum tuum hodie sacratissimo corpore & sāguine tuo pascere dignat⁹ es. Ideo ego miserrimus & inumerabilibus criminibus infectus. lachrymosis precib⁹ imploro benignissimam misericordiaz tuam et summam clementiam: vt hec dulcissima refectio summa & īcomprehensibilis communio non sit michi in iudicium anime mee: sed prosit michi in remedium ad euacuādas omnes insidias & nequicias diabolice fraudis. ita vt nulla eius dominet iniquitas in corde / corpore / anima / & sensibus meis: sed tua clementia me perducat ad superna conuiuia angelorum: vbi tu es vera beatitudo clara lux sēpiterna leticia. Amē

¶ Alia oratio post missam.

Omnipotens sempiterne deus cōseruator animarum mundiq̄ redemptor me famulum tuum ante maiestatem tuam prostratum benignissime respice: et hoc sacrificiū quod in honore nominis tui pro salute fidelium. tam viuorum q̄ mortuorum / ac etiam pro peccatis & offensionibus nostris obtuli piissime respice / iram tuam amoue a me / gratiam et manum tuam michi concede / ianuā paradysi michi pan-

de/ab omnibus malis me potenter erripe/ et quicquid reatu proprio commisi indulge:sic in hoc seculo preceptis tuis me fac perseuerare: vt dignus efficiar electorum gregi copulari. te prestante deus meus cuius nomen benedictum honor atq; regnum permanet in secula seculorum. Amen.

Istud sequens euãgelium fuit compositum per dominum Johannem [illegible]. xxii. apud Auinionem tertio die ante decessum suum: pro quo concessit omnibus illud dicentibus vel audientibus vere confessis et contritis trecentos dies indulgentie. Deinde Clemens [illegible] concessit similiter omnibus dicẽtibus vel audientibus istam xpi passionem. vii. annos indulgẽtie. Johannes [illegible]. consequenter omnibus dicentib⁹ quotidie (si confessi & vere contriti fuerint) concessit. xxiiii. annos et. xxxiii. septimanas: pro qualibet vice.

Passio domini nostri iesu christi Secundum Johannem.

In illo tempore. Apprehendit pilatus iesum: & flagellauit eum. Et milites plectentes coronã de spinis imposuerunt super caput eius: & veste purpurea circundederunt eum. & veniebãt ad eum & dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas expuentes in eum & acceperunt arundinẽ. et percutiebant caput eius. Susceperunt autem milites iesum: & baiulabant sibi crucem. Et exierunt in illum locum qui dicitur caluarie: & ibi crucifixerunt eum. & cum eo alios duos hinc & inde. medium autem iesum. Postea autem sciens iesus omnia que ventura erant: dixit. Sitio. Illi autem spongiam plenam aceto circũponentes obtulerunt ori eius: & cuz gustasset noluit bibere. sed dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: emisit spiritum. Et statim terra contremuit. & sol obscuratus est: & velum templi scis-

Et cum sancto spiritu amen

Fo. lxxvi

sum est. & petre sciisse sunt. & monumenta aperta sunt. & qui dormierunt surrexerunt. Que cũ vidisset centurio: dixit. Vere filius dei erat iste. Tandez vnus militũ lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui ista vidit testimonium perhibuit: & scimus quia verum est testimonium eius.

OPORD M[illegible]

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine iesu christe qui manus tuas et pedes tuos et totum corpus tuum pro nobis peccatoribus in ligno crucis posuisti: & coronam spineaz a iudeis in despectum tui sacratissimi corporis super caput tuum impositam sustinuisti. et quinq; vulnera pro nobis peccatoribus in crucis patibulo passus fuisti. & nos de sacro sanguine tuo redemisti: da nobis qs domine hodie & quotidie vsum penitentie/ abstinentie/ & patientie/ humilitatis/ castitatis/ lumen/ sensum/ & intellectum/ veram scientiã/ rectam fidem/ spem firmam/ et caritatem perfectam vlq; in finẽ: atq; remissionem omnium peccatorum nostroz Per te iesu christe saluator mundi rex glorie. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sequuntur quedam regule secundum paruū compotum ecclesie romane cum multis aliis documentis.

Compotus est talis prop̄rie dictus manualis. ¶ Pro littera dñicali. Abc sunt extra: g sup̄ra: d e f manēt infra. ¶ Pro annis dñi habēdis Octo bis ex centum: remanent ex mille viginti. b. Filius esto dei celū bonus accipe gratis. ¶ Pro bissexto. Bissextū sexte martis tenuere kalende. Posterior̄i die celebrantur festa mathie. Sabbata si teneant ibi non alibi celebrantur. ¶ Pro cōcurrēte. A ser/b q̄nq̄/c quattuor/e duo/d tres. Primus cōcurrēs est f/littera septimus est g. ¶ Pro numero dierū cuiuslibet mensis. Junius aprilis septemb er & ipse nouember. Dant triginta dies: reliquis supadditur vn⁹. De quor̄ numero febr̄uarius excipiatur. Nanq̄ quatter septē fertur habere dies. Sed cū bissextus fuerit superadditur vnus. ¶ De septē planetis. Sol/venus/mercurius/luna/saturnus/iupiter/& mars ¶ Quot nonas ydus et kalendas. Ser mai⁹ nonas octob er iuli⁹ & mars Quattuor̄ & reliqui tenet ydus q̄libet octo. Inde dies reliquos oēs dic esse kalendas. ¶ De duodecim signis. Est aries thaurus gemini cācer leo virgo Libr̄aq̄ scor̄pius architenens capr̄icor̄nus et vr̄na. Cui tenet & pisces sita sunt hec ordine signa. Semp̄ q̄denis ponunt signa kalēdis. ¶ De numero aureo. Aureus hic numerus his versibus est manifestus. Ternus vndin nod octo sex quiq̄ tred ambo decem doct. Septem quind quater duo iota nouē dest sext⁹ quat. ¶ Pro situatione. Est sinedin febr̄u sine to pr̄il iuni⁹ aug⁹. Octob er sineq̄ bovultq̄ decēber abesse. ¶ Pro lunatione emboliſmali. Emboliſmalis lunatio semp̄ erit par. Impare par impar pare fit lunatio mense. Illius est mēlis cui dat lunatio finē. ¶ Pro clauibus Primula g: ianiq̄ sup̄maq̄: g q̄ sceba. Martis et apr̄ilis g tertia: g q̄ sup̄rema. ¶ Pro aduētu Andr̄ee febo diciniot̄ ordie quo dis. Aduētus dñi p̄rima colit feria. Si cadat in lucem dñi celebr̄atur ibidem. ¶ Pro inditiōibus. Si per quidenos dñi diuiseris ānos. His tres aditiīges indicio sit tibi p̄resens. Dāt cētum gētes tibi mille decē quoq̄ reddit. Dū reddit october indicio fit noua semper Quattuor̄ atq̄ tribus ipsi p̄relata diebus. ¶ Pro diebus egris Augurio decies audito lumine clāgor̄. Linquit olens abies colit colus fercula gallus. ¶ Pro solsticiis. Hec duo solsticia faciūt cancer capr̄icor̄nus. Sed noctes equāt aries cum libra dieb⁹. ¶ Pro obseruatiōe ieiunior̄. Petrus & ādr̄eas paulus cū symone iudas Ut ieiunemus nos admonet atq̄ matheus. Fiat dñi penthe. q̄ iohan. lau. sūptio sācta. Sed cum p̄redictis addes sāctos simul oēs. Horū vigiliis ieiunes luceq̄ marci. ¶ Pro quattuor̄ tēpor̄ibus. Post pēth. cru. lu. ci. scio quattuor̄ tēpora anni. ¶ Pro festis mobilibus iueniē dis. Post epy. tres p̄r̄i. tres di. palch. dñi fit. In. lxx. tres sūt dñice. Cir. Esto. Exurge. In. xl. ser. In. Re. O. Le. Ju. Do. In tēpor̄e paschali ser. Re. Ca. Vi. Ju. Can. Vo. Lune post rogatiōes celebrā-tur. Jouis sequēs ascēsio dñi. Secūda dñica post celebr̄at pēthe. Et i oct. festū sāctissime trinitatis estiualis. Et iouis sequeñ. festū sanctissimi sacramēti. Et dñica p̄r̄oximi⁹ aduētu festū trinitat̄ hiemalis. Et inter illa festa trinitat. celebr̄ātur hist̄orie. Versus p̄ro hist̄oriis fiēdis. India dat burlas auratas ad data clausas. Nota q̄ sūt septem hist̄orie post trinitatem estiualem que sunt celebrāde infra trinitatem hiemalem. p̄rima est Deus oim. secūda. In p̄rincipio tertia. Si bona. quarta. Peto dñe. quinta. Adonay. sexta. Adaperiat. septima. Vidi dñm. Quelibet hist̄oria habet tot dñicas quota est in ordine alphabeti cuiuslibet dictionis huius versus India dat. vt sup̄ra.

Finis.



¶ In die pasche ad missam. Officium

Surrexi et adhuc tecū sū alleluya posuisti sup me manū tuā alleluya: mirabilis facta est scīē tia tua alleluya alla. ℣s

℟ie ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reseraſti: vota nostra que ꝓueniendo aspiras. etiam adiuuando prosequere. Per eundem. Ad corinthios. i.v.

Fratres Expurgate vetus fermē tum: vt sitis noua cōsplio. sicut estis āzimi. Etenī pascha nostrū: īmolatus est xp̄s. Itaq; epulemur. Non ī fermento veteri: neq; in fermēto malitie ⁊ neqtie. Sed in azimis sīceritatis: ⁊ veritatis. ℣. Hec dies quā fecit dñs exultem⁹ ⁊ letemur in ea. ℟. Cōfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. Alleluya. ℣. Pascha nostrū īmmolatus est xp̄s. Sequentia.

Fulgēs ꝓclara rutilat p orbem. hodie dies. ī qua xp̄i lucida. narrant diuāter prelia. De hoste superbo quē iesus triūphauit. pulchre castra illi⁹ perimēs teterrima. Infelix ciba eue. qua

caruimus oēs vita. Felix proles marie. qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regia illa. Generās regē spoliātē tartara. Pollentē iā in ethera. Rex ēternū suscipe benign⁹ preconia ifa. sedule tibi canētia. Patris sedēs ad dexterā. Victor vbiq; morte supata. atq; triumphata polor possidēs gaudia. O alma o celsa o pulchra clementia. xpi lucisflua o alma. Laus tibi honorq; acvirt⁹. q̄ nostrā antiquā leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni bēignissimi empta: florida micat hec aula. Potēti virtute nostra. q̄ lauit facinora. tribuēs dona fulgida. Stupens valde in memet. iā mitor hodierna. Tāta indignis pādere nobis sacramēta. Stirpe dauitica. ort⁹ de tribu iuda. leo potēs surrexisti in gloria agnus visus es in terra. Fīdens olī arua. regna petis supera. iustis reddēs pmia. in secula dignāter ouātia. Dic impie zabule: qd valet nūc fra⁹ tua. Igneis ner⁹ loris a xpi victoria. Trib⁹ ligue admiramini: qs audiuit talia miracula. Ut moys morte sic superaret. rei pciperent talem gratiā. Judea incredula: cur manes adhuc inuerecūda. Perspice christicolas. qualiter leti cantūt inclyta. Redemptori carmina. Ergo pie rex xpe. nobis dans premia. Solue nexor vincula. Elector agmina. Fac tecū resurgere ad beatā gloriā. Digna rependens merita. Paraclyti sancti. consolationē piam. Expectamus scōm pmissionē tuā. Peracta ascensionis sacra solennia. Qua es egressus. ad celos. nube tectus clara. Pollens laude eterna. Secundum marcum. xvi.

IN illo tpe. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: vt venientes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbator veniunt ad monumētū: orto iā sole. Et dicebāt adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidez ab ostio monumēti. Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidē. Erat qppe: magnus valde. Et introeūtes i monumētū: viderūt iuuenē sedētē in dextris. coopertū stola candida. & obstupuerunt. q̄ dixit illis. Nolite expauescere. Jesum q̄ritis nazarenū: crucifixū. Surrexit: nō est hic. Ecce locus: vbi posuerūt eū. Sz ite dicite discipulis ei⁹ & petro: q; precedet vos i galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offz. Terra tremuit & q̄euit dū resurgeret i iudicio de⁹ alta. Seck.

SUscipe dne q̄s preces populi tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalibus iniciate mysteriis: ad eternitatis nobis medelā te operante pficiāt. Per dnm. Prefatio. & Te q̄dem. Infra canonē. Cōmunicantes. & Hanc igitur. Cōio. Pascha nostrum immolatus est christus alleluya: itaq; epulemur in azimis sincertitatis & veritatis alleluya alta alta. Postcōio.

SPiritū nobis dne tue caritatis infūde: vt quos sacramētis paschalib⁹ satiasti. tua facias pietate concordes. Per. i vnitate eiusd. Cfer. ii. offīn.

INtroduxit vos dns in terram fluētē lac & mel alleluya: et vt lex dni semp sit in ore vestro alleluya alleluya. ps. Confitemini dno q̄m bonus: q̄m in seculum mia eius. Oratio.

DEus qui solēnitate paschali mūdo remedia cōtulisti. populum tuū qs dne celesti dono prosequere: vt & perfectā libertatē cōsequi mereat. & ad vitam pficiat sempiternam. Per dnm.

Lectio actuum apostolorum. x.

IN diebus illis. Stās petrus i medio plebis: dixit. Viri fres: vos scitis q̄d factū est verbū p vniuersam iudeam. incipiēs enī a galilea post baptismū q̄d predicauit iohannes. iesum a nazareth. quomodo vnxit eū deus spiritu sancto & virtute. qui ptransiuit benefaciendo. et sanando oēs oppressos a diabolo: quoniā deus erat cū illo. Et nos testes sumus oīm. que fecit in regione iudeor & hierusalem: quē occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: & dedit eū manifestū fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. nobis q̄ māducauim⁹ & bibimus cum illo. postq̄ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo & testificari: q; ipe est. q̄ cōstitutus est

a deo iudex viuox & mortuorum. Huic oēs pphete testimoniū phibent: remissionē peccatox accipere p nomen eius: oēs qui credunt in eū. Gx. Hec dies quaz fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Dicat nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in seculum mia eius. Alla. ℣. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis de iesu dū loqueret nobis in via. Sequentia

Jma vetus expurgetur: vt sincere celebretur: noua resurrectō hec est dies nostre spei: huius mira vis diei: legis testimonio. Hec egyptū spoliauit: et hebreos liberauit: de fornace ferrea. His in arto cōstitutis: opus erat seruitutis: lutū later palea. Jam diuie: laus virtutis: iam triūphi: iam salutis: vox erūpat libera. Hec est dies quā fecit dñs: dies nostri doloris terminus: dies salutifera. Lex est vmbza futurox: xp̄s finis pmissox: q̄ consummat oia. Xp̄s sanguis igneā: hebetauit rūpheā: amota custodia. Puer nostri forma risus: p quo veruex est occisus: vite signat gaudiū. Joseph exit de cisterna: iesus redit ad supna: post mortis supplicium. Hic draco pharaonis: draco vorat a draconis: immunis malicia. Quos ignit⁹ vulnerat: hos serpētis liberat: enei p̄sentia. Anguē forat in maxilla: xp̄s hamus & armilla: in cauerna reguli. Manū mittit ablactatus: et sic fugit exturbatus: vetus hospes seculi Irrisores hebrei: dū conscēdit domū dei: zelum calui sentiunt. Dauid arrepticius: hircus emissarius: & passer effugiunt. In maxilla mille sternit: & de tribu sua spernit sampson matrimoniū. Sampson gaze seras pandit: & asportans portas scādit: montis supciliū. Sic de iuda leo fortis: fractis portis dire mortⁱ: die surgēs tertia. Rugiente voce patris: ad superne sinū matris: tot reuexit spolia. Cet⁹ ionam fugitiuā: veri ione signatiuum post tres dies reddit viuū: de vētris angustia. Botrus cypri reflorescit: dilatatur & excrescit: synagoge flos marcescit & floret ecclesia. Mors & vita conflixere: resurrexit xp̄s vere: & cū xp̄o surrexere: multi testes glorie. Mane nouū: mane

letum: vespertinū tergat fletum: quia vita vicit letū: tēpus est leticie. Jesu victor: iesu vita: iesu vite: via trita: cuius morte mors sopita: ad paschalem nos inuita: mensam cum fiducia. Viue panis: viua vnda: vera vitis et fecunda: tu nos pasce: tu nos munda: vt a morte nos secunda: tua saluet gratia. Secundum lucam. xxiiii.

In illo tp̄e. Exeuntes duo ex discipulis iesu: ibant ipsa die in castellum qđ erat in spacio stadiox sexaginta ab hierusalē noīe emaus. Et ipsi loquebantur adinuicē: de his oībus que acciderant. Et factū est dū fabularentur & secū quererent: & ipse iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi autē illox tenebantur: ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicē ambulantes: & estis tristes? Et respondēs vnus. cui nomē cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem. & non cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno: qui fuit vir prophēta. potens in opere & sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes. et principes nostri in damnationē mortis: & crucifixerunt eum. Nos autē sperabamus: quia ipse esset redēpturus israel. Et nūc super hec oīa: tertia dies est hodie. q̄ hec facta sunt. Sed & mulieres q̄dam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentū. Et non inuēto corpore eius: venerunt dicentes se visionē angelox vidisse. qui dicunt eū viuere. Et abierunt q̄dam ex nostris ad monumentū: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt. Ipsum vero: non inuenerunt. Et ipe dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad credendum: i oībus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati xp̄m. & ita intrare in glorią suā? Et incipiens a moyse et oībus prophetis: interpretabatur illis in oībus scripturis. que de ipo erāt Et approp̄iquauerūt castello quo ibāt: et ipe se finxit longius ire. Et coegerūt

illum:dicentes. Mane nobiscū quoniā aduesperascit:⁊ inclinata est iā dies. Et intrauit cū illis. Et factū est dū recūberet cū eis:accepit panē⁊ benedixit ac fregit.et porrigebat illis. Et statim aperti sunt oculi eoꝝ:⁊ cognouerunt eū. Et ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt adinuicē. Nōne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via. ⁊ aperiret nobis scripturas:Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierusalē. ⁊ inuenerūt cōgregatos vndecim. ⁊ eos qui cū ipsis erant dicētes. q surrexit dñs vere. ⁊ apparuit symoni. Et ipi narrabant que gesta erant in via:⁊ quo modo cognouerunt eum: in fractione panis. Credo. Offr. Angelus domini descendit de celo ⁊ dixit mulieribus:quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Paschales hostias immolantes q̄sumus dñe:vt qđ frequētamus actu.cōprehendamus effectu.per resurgentē a mortuis.dñm nostrū iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit. Cōio. Surrexit dñs ⁊ apparuit petro alleluya. Postcōio.

Impleatur in nobis domine quesumus sacramenti paschalis sācta libatio:nosq; de terrenis affectibus ad celeste transferat institutū. Per dominum nostrū. ¶ Feria.iii. Officium.

Aqua sapientie potauit eos alleluya:firmabit in illis ⁊ non flectetur alleluya: ⁊ exaltabit eos ineternū alleluya alleluya. ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Oratio

Deus qui ecclesiam tuā nouo semper fetu multiplicas.concede famulis tuis:vt sacramentū viuendo teneant.quod fide perceperunt. Per dñm. Lectio actuum apostolorum. xiii.

In diebus illis. Surgens paulus: ⁊ manu silentiū indicēs ait. Viri fratres:filii generis abrahā ⁊ q̄ in vobis timent deū. vobis verbū salutis huius missū est. Qui enī habitant hierusalē ⁊ p̄cipes eius:ignorātes iesum. ⁊ voces pphetarū q̄ p oē sabbatū leguntr. iudicātes impleuerūt. Et nullā causā mortis inuenientes in eo: petierunt a pilato vt interficerent eū. Cūq; consummassent oīa que de eo scripta erant: deponentes eū de ligno. posuerunt in monumento Deus vero suscitauit eū a mortuis:tertia die. qui visus est per dies mltos his qui simul ascenderāt cū eo de galilea in hierusalē. qui vsq; nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annūciamus eaz que ad patres nostros repromissio facta est:quoniā hanc deus adimpleuit filiis vestris. resuscitās iesum xp̄m:dominū nostrū. Grad. Hec dies quā fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a dño quos redemit de manu inimici:de regionibus congregauit eos. All'a. ℣. Surgens iesus dñs noster stetit in medio discipulorz suorz ⁊ dixit pax vobis. Sequentia

Prome casta contio cātica organa subnectēs ypodorica. Regi claustra deo tartarea:rūpenti decanta nunc symphonia. Morte qui victa:resurgēs gaudia mundo gesta colenda. Hac inso lita:morantes perdita cochiti confinia Aspectant lumina intrante illo:vita beata. Terrore pcussa:tremescit demonū plebs valida. Dant suspiria. Fletuum alta. Repagula quis sic audax fregerit mirantur tunc fortia. Sic ad supera. Redit cum turma. Gloriosa et timida refouet discipulorum corda. Precelsa huius trophea admirantes: flagitem⁹ nunc voce decliua. Virginum inter agmina:mereamur preciosa colere vt pascha. Galilea in que sacrata: prefulgida contueri lucis exordia. Secundum

Lucam. xxiiii.

In illo tpe. Stetit iesus in medio discipulorz suorz:⁊ dixit eis. Pax vobis Ego sum:nolite timere. Cōturbati vero ⁊ conterriti:existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis ⁊ cogitatiōes ascendūt in corda vestra: Videte manus meas ⁊ pedes meos:qz ego ipse sum. Palpate ⁊ videte:qz spiritus carnē ⁊ ossa nō habet. sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset:ostēdit eis manus et pedes. Adhuc autem illis nō credentibus. ⁊ mirantibus pre gaudio:

dixit.Habetis hic aliquid qđ manducetur: At illi obtulerunt ei partem piscis assi:⁊ fauũ mellis.Et cũ manducasset coꝛã eis:sumens reliquias dedit eis.Et dixit ad eos.Hec sunt verba q̃ locutus sum ad vos. cũ adhuc essem vobiscuꝫ: quoniã necesse est impleri oĩa.que scripta sunt in lege moysi ⁊ pphetis ⁊ psalmis de me.Tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas.Et dixit eis Quoniã sic scriptũ est. et sic opoꝛtebat pati xp̃m:⁊ resurgere a moꝛtuis die tertia.Et pꝛedicari in noĩe eius penitentiam.⁊ remissionẽ peccatoꝝ: in oẽs gentes.Credo.Offꝝ. Intonuit de celo dominꝰ ⁊ altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suscipe dñe pꝛeces ecclesie tue redemptionis sue gratia exultantis.vt pꝛesentiũ munerũ fide: et tue resurrectionis credulitate pascatur.Qui vivis ⁊ regnas cuꝫ deo patre. Cõio. Si consurrexistis cum xp̃o que sursum sunt queri te alleluya.vbi xp̃s est in dextera dei sedẽs: que sursum sunt sapite alleluya. Postcõio.

Sanctificent nos dñe q̃sumus sũpta mysteria:et paschalis obseruantie sufficientẽ nobis tribuant facultatem.Per. ℂ Feria quarta. Officium

Venite benedicti patris mei:pcipite regnũ alleluya: qđ vobis paratũ est ab oꝛigine mũdi alleluya alla alla.p̃s. Cantate dño canticum nouũ:quia mirabilia fecit. Oꝛatio.

Deus qui nos resurrectiõis dominice annua solennitate letificas cõcede pꝛopicius:vt per tempoꝛalia festa que agimus. peruenire ad gaudia eterna mereamur.Per eundem dñm. Lectio actuum apostoloꝝ. iii.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os suum:dixit.Viri israelite: et qui timetis deũ audite. Deus abꝛaham/ et deus isaac/⁊ deus iacob. deus patrum nostroꝝ glorificauit filiũ suum iesum: quẽ vos quidem tradidistis ⁊ negastis ante faciẽ pilati. iudicante illo dimitti. Vos aũt sanctũ ⁊ iustũ negastis:⁊ petistis viꝝ homicidã donari vobis.Auctorem vero vite interfecistis:quẽ deus suscitauit a moꝛtuis: cuius nos testes sumus.Et nũc fratres:scio q̃ꝝ ignoꝛantiam fecistis.sicut ⁊ pꝛincipes vr̃i. Deus aũt q̃ pꝛenũciauit y os oĩm pꝛophetaꝝ. pati xp̃m suũ:impleuit sic.Penitemini igitur ⁊ cõuertimini: vt deleant peccata vestra.℣. Hec dies quã fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea.℟. Dextera dñi fecit virtutem:dextera dñi exaltauit me.Alla.℟. Surrexit dñs ⁊ occurrens mulieribus ait:auete.tũc accesserunt ⁊ tenuerũt pedes eius. Sequẽtia

Concinat oꝛbis cunctus alleluya. Uotis.voce solẽnia.Celebꝛando paschalia. Insontũ tenera: cõgaudeat turma:sacro fonte niuea.Spetnẽs flegetõtis vndas.Nos quoqꝫ laxas: aptemus fibꝛas:arte mulica.Uoce sonoꝛa: modificantes p̃lis neumata. Uoce satis tinnula.Xp̃s nãqꝫ: mitis hostia. Factus nostra:ob remedia. Crucis ptulit pbꝛa.Et iugis vita manens subiit letalia.Fellis amara:passus pꝛelibare pocula.Vulnera satis:tolerauit dira:transfixus clauis ⁊ lancea.Sic patiendo : mala gerens nostra: descendit ad ima tartara.Hostis antiq̃: quo debrigẽs arma reuehit potẽs ampla:ouando trophea. Sicqꝫ deuicta moꝛte: ac resumpta carne:resurgit victoꝛ:die in tertia.Unde iã iocundas:ipsi canamus odas.Per quẽ nobis vita plausit eterna:⁊ celi clara nobis patescit aula. Cui sit laus pꝛeclara. Secundum iohannem. xxi.

In illo tp̃e. Manifestauit se iteruꝫ Iesus discipulis suis.ad mare tyberiadis:manifestauit aũt sic.Erãt autẽ simul symon petrus ⁊ thomas q̃ dicitur didimus : et nathanael q̃ erat a chana galilee.⁊ filii zebedei.⁊ alii ex discipulis eius duo.Dicit eis symon petrꝰ. Vado piscari.Dicũt ei.Uenimus ⁊ nos tecũ.Et exierũt ⁊ ascenderũt in nauim:⁊ illa nocte nichil pꝛendiderũt. Mane autẽ facto stetit iesus in littoꝛe: nõ tamen cognouerũt discipuli q̃ iesus est. Dixit ergo eis iesus.Pueri:nũquid pulmẽtarium habetis:Rñderũt ei. Non. Dixit eis.Mittite in dexterã nauigii rhete: et

tmenietis. Hilerunt ergo rhete: ⁊ iam nō valebāt illud trahere pre multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille. quē diligebat ihesus: petro. Dñs est. Symō petrus cū audisset q̄ dñs est: tunica succinxit se. erat enī nudus ⁊ misit se ī mare. Alii autē discipuli: nauigio venerūt. Non enī longe erāt a terra: sed quasi cubitis ducentis trahētes rhete piscium. Ut ergo descēderunt in terrā: viderunt prunas positas. ⁊ piscem superpositū ⁊ panē. Dicit eis ihesus. Afferte de piscib⁹: quos prendidistis nūc. Ascendit symō petrus ⁊ traxit rhete in terrā: plenū magnis piscibus. centū quinquaginta tribus. Et cū tāti essent: nō est scissum rhete. Dicit eis ihesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eū. tu quis es: Sciētes q̄ dñs est. Et venit ihesus ⁊ accepit panē ⁊ dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est ihesus discipulis suis: cū resurrexisset a mortuis. Credo. Offert. Portas celi aperuit dñs et pluit illis manna vt ederent: panem celi dedit illis: panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

Sacrificia dñe paschalibus gaudiis immolata nobis tue propiciationis munus obtineant: quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur ⁊ nutritur. Per dominum cōio. Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur alla mors illi vltra non dominabitur alleluya alla. Postcōio.

Ab omni nos dñe q̄lumus vetustate purgatos: sacramēti tui veneranda pceptio. in nouā trāsferat creaturam. Per d. Feria quinta. Officiū.

Victricem manū tuā dñe laudauerūt pariter alla: q̄ sapientia aperuit os mutū et linguas infantiū fecit disertas alleluya alleluya ps. Confitemini dño quoniam bonus q̄m in seculum misericordia eius. Oratio.

Deus qui diuersitatē gentiū in cōfessione tui nois adunasti: da. vt renatis fōte baptismatis. vna sit fides mentiū. et pietas actionum. Per dñm.

Lectio actuū apostolor. viii.

In diebus illis. Angelus dñi locutus est ad philippū dicens. Surge ⁊ vade contra meridianū. ad viam q̄ descendit ab hierusalē in gazam: hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens cādacis regine ethiopum. q̄ erat super oēs gazas eius. venerat adorare in hierusalē: ⁊ reuertebat sedens sup currū suū. legensq̄ ysaiam prophetā. Dixit aūt spūs philippo Accede: ⁊ adiūge te ad currū istū. Accurrēs aūt philippus: audiuit eū legentē ysaiā prophetā. et dixit. Putas ne intelligis q̄ legis: Qui ait. Et quō possum: nisi aliq̄s ostēderit michi. Rogauitq̄ philippum vt ascēderet: et sederet secū. Locus autē scripture: quam legebat hic erat. Tāq̄ ouis ad occisionē ductus est: et quasi agnus corā tondente se sine voce. sic non aperuit os suū. In humilitate iudicius eius sublatū est: generationē eius quis enarrabit: Qm̄ tollet de terra vita eius Respondēs aūt eunuchus philippo: dixit. Obsecro te: de quo pphēta dicit hoc de se. an de alio aliquo. Aperiēs aūt philippus os suū: ⁊ incipiēs a scriptura ista. euāgelizauit illi ihesum Et dū irēt p viā: venerūt ad quandā aquā. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis phibet me baptizari: Dixit aūt philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et rndēs ait. Credo filiū dei esse ihesum xp̄m. Et iussit stare currū. Et descenderūt vterq̄ in aquam philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eū Cum aūt ascēdissent de aqua: spūs dñi rapuit philippū. ⁊ amplius nō vidit eū eunuchus. Ibat aūt per viam suā gaudēs: philippus aūt inuētus est in azoto Et ptransiēs euāgelizabat ciuitatibus cūctis: donec veniret cesareā: nomē dñi nostri ihesu xp̄i. Gr̄. Hec dies quā fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Lapidē quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. Nō repetatur gra̅d. Alleluya. ℣. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequētia

Dic nobis q̄bus etheris noua. Cūcto mūdo nūcians gaudia. Nōstrā rursus visitās patriam. Respōdēs

placito vultu:clara voce dixit alla. Angelus michi de xpo:indicauit pia miracula.Resurrexisse dñm: syderum cecinit voce laudanda.Mox ergo pēnas volucris vacuas dirigens leta per auras. Rediit famulis:vt dixit vacuatā legem veterē:z nouā regnare gratiam. Itaqz plaudite famuli: voce clara: xps hodie redemit nos a morte dira. Pater filiuz tradidit seuis: vt interimerēt pro salute nostra. Spōte subiit filius mortē: vt nos redimeret morte ab eterna. Nūc requiē capere licet oibus:z vita frui ppetua. Nūc colite pariter mecū famuli: celebri laude sanctū pascha. Xpus est pax nostra. Secundum iohannem. xx.

In illo tpe. Maria stabat ad monumentū foris:ploras. Dū ergo fleret:inclinauit se z pspexit in monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedētes:vnum ad caput z vnū ad pedes.vbi positū fuerat corpus iesu.Dicunt ei illi Mulier qd ploras:Dicit eis. Quia tulerūt dñm meū:z nescio vbi posuerūt eū. Hec cū dixisset:conuersa est retrorsum. z vidit iesum stātē et nesciebat. quia iesus est. Et dicit ei iesus. Mulier qd ploras: Quem queris: Illa existimans qz ortolanus esset:dicit ei. Domine:si tu sustulisti eū. dicito michi vbi posuisti eū: et ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa:dicit ei. Rabboni: qd dicit magister. Dicit ei iesus. Noli me tangere:nondū enī ascendi ad patrem meū. Vade autē ad fratres meos: z dic eis. Ascendo ad patrem meum z patrē vestrum:deum meum z deum vestrū. Venit ergo maria magdalene annuncians discipulis:quia vidi dominum:z hec dixit michi. Credo Offert. In die solennitatis vestre dicit dns:inducam vos in terram fluentem lac z mel alleluya. Secreta.

Suscipe qsumus dñe munera populoz tuoz propicius:vt confessione tui nois et baptismate renouati. sempiternam beatitudinē consequant Per. Cōio. Populus acquisitionis annuncia te virtutes eius alla qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suū alla. Postcōio.

Exaudi dñe preces nostras:vt redemptionis nostre sacrosancta commertia.z vite nobis conferāt presentis auxiliū.z gaudia sempiterna cōcilient: Per dñm. ℂ Feria sexta. Officium.

Eduxit eos dns in spe alleluya z inimicos eoz operuit mare alleluya alleluya alla. ps. Attendite populе meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui pascha le sacramentum in reconciliationis humane fedete cōtulisti. da mentibus nostris:vt quod professione celebramus.imitemur effectu.Per do. Lectio epistole beati petri apostoli. i.iii.

Carissimi. Xps semel pro peccatis nostris mortuus est:iustus p iniustis.vt nos offerret deo.mortificatos qdem carne.viuificatos autem spū. In quo z his qui in carcere erant spiritualiter veniens predicauit:q̄ incredduli fuerant aliquando quādo expectabant dei patientiā in diebus noe cū fabricaretur arca.in qua pauci.idest octo aīe salue facte sunt p aquā. Qđ z vos nunc similis forme saluos facit baptisma:nō carnis depositio sordiū.sed conscientie bone interrogatio in deum.Per resurrectionē iesu xpi:qui est in dextera dei.Grad.Hec dies quam fecit dns exultemus z letemur in ea ỳ. Benedictus qui venit in noie dñi deus dns z illuxit nobis. Nō repetat gz Alla. ỳ. Dicite i gētib9 qz dns regnauit a ligno.Seqntia

Victime paschali laudes: īmolant xpiani. Agn9 redemit oues: xps innocēs patri:reconciliauit peccatores. Mors z vita duello:cōflixere mirando: dux vite mortuus regnat viu9. Dic nobis maria:qd vidisti in via. Sepulchrū xpi viuētis:z gloriā vidi resurgētis. Angelicos testes:sudariū z vestes. Surrexit xps spes nra:precedet vos in galileā Credēdū est magis soli marie veraci:q̄ iudeoz turbe fallaci. Scimus xpm surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Scdm matheum. xxviii.

In illo tpe. Undecim discipuli abierunt in galileā:in montē vbi cō-

stituerat illis iesus. Et videtes eum adorauerũt: qdam autẽ dubitauerunt. Et accedẽs iesus: locutus est eis dicẽs. Data est michi ois potestas: in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes baptizantes eos: in noĩe patris. ⁊ filii. et spũs sancti. docẽtes eos seruare oĩa. quecũq; mãdaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus: vsq; ad cõsummatiõem seculi. Credo. Offr. Erit vobis hic dies memorialis alla: ⁊ diẽ festũ celebrabitis solennem domino in progenies vestras legitimũ sempiternum diem alleluya alleluya alla. Secreta.

HOstias qs dñe placatus assume: quas ⁊ pro renatorum expiatõe peccati deferimus. ⁊ pro acceleratione celestis auxilii. Per. Cõio. Data est michi omnis potestas in celo et in terra alleluya: euntes docete oẽs gentes baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filii ⁊ spũs sancti alleluya alla. Postcõio.

DEus qui adoptõnis tue. sobolem peccatorum remissiõe genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehẽdant. que presentibus susceperũt sacramentis. Per. C Sabbato. Officium.

EDuxit dñs populum suum in exultatiõe alleluya: ⁊ electos suos in leticia alleluya alla. ℘s. Confitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Oratio.

COncede qsumus omnipotens deus: vt qui festa [illegible]alia venerãdo egimus. per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dñm nostrũ Lectio epl'e beati petri apostoli. i. ii.

CArissimi. Deponẽtes igitur oẽm maliciã. ⁊ oẽm dolum et simulationes. ⁊ inuidias. ⁊ oẽs detractiões: sicut modo geniti infantes rationabiles ⁊ sine dolo lac concupiscite. vt in eo crescatis in salutẽ. Si tamẽ gustastis: quoniã dulcis est dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoĩbus qdem reprobatũ. a deo autẽ electũ. ⁊ honorificatum: ⁊ ipi tanq; lapides viui superedificamini domos spirituales. sacerdotiũ sanctũ. offerre spiritales hostias acceptabiles deo p iesum xpm. Propter qd continet scriptura. Ecce ponã in syon. lapidem summũ angularẽ. probatũ electum precio-sum: ⁊ ois q̃ crediderit in eũ non confũdetur. Vobis igitur honor credẽtibus: non credentibus aũt lapis quẽ reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. et lapis offensionis et petra scandali. his q̃ offendũt verbo. nec credunt in quo ⁊ positi sũt. Vos autẽ estis genus electũ. regale sacerdotiũ / gẽs sãcta. populus acquisitionis: vt virtutes annũcietis eius. q̃ de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ. Qui aliquando nõ populus dei: nunc autẽ populus dei. Et qui non consecuti miam: nunc autẽ miam consecuti. Duo pueri in suppellicijs in pulpito dicãt. Alla. ℣. Hec dies quã fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Non repetat Alla. post suũ ℣. quãdo duo Alla. habent. sed secundum Alla. semp repetat post suum ℣. similiter fiat quando vnũ solũ Alla. habetur. Deinde alii duo pueri ad gradũ chori in suppelliciis cantent hoc Alla. ℣. Laudate pueri dñm laudate nomen dñi. ⁊ finiatur a choro: statim sequat alius ℣. ab eisdẽ pueris. ℣. Sit nomen dñi benedictum ex hoc nũc ⁊ vsq; i seculum. sicr finiat a choro. Deide repetat Alla. sine neuma. Sequentia.

QUane prima sabbati: surgẽs dei filius: nostra spes et gloria. Victo rege sceleris: rediit ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio: oĩ plena gaudio: cõsolatur oĩa. Resurgentis itaq;: maria magdalene: facta est prenuncia. Ferens xpi fratribus: eius morte tristibus: expectata gaudia. O beati oculi: qbus regẽ seculi: morte iam deposita: prima est intuita. Hec est illa femina: cuius cũcta crimina: ad xpi vestigia eius lauit gratia. Que dũ plorat: ⁊ mẽsorat: facto clamat: qd̃ cor amat: iesũ sup oĩa. Non ignorat / quẽ adorat: qd̃ precetur / sed deletur: qd̃ mens timet cõscia O maria mater pia: stella maris appellaris: operum p merita. Matri xpi coequata: dum fuisti sic vocata: sed honore subdita. Illa mũdi imperatrix: ista beata peccatrix: leticie primordia: fuderũt i ecclesia. Illa enĩ fuit porta: p quam fuit

lux exorta: hec resurgētis prenūcia: mū
dum replet letitia. O maria magdale=
na: audi vota laude plena: apud xp̄z cho
rū istuz: clemēter cōsilia. Ut fons sūme
pietatis: q̄ te lauit a peccatis: seruos su=
os atoz tuos: mūdet data venia. Amen
dicant oia. Scdm iohannem. xx.

In illo tēpore. Una sabbati maria
magdalene venit mane cum ad=
huc tenebre essent ad monumētū: ⁊ vi=
dit lapidē sublatum a monumēto. Cu=
currit ergo ⁊ venit ad symonē petrū. et
ad alīū discipulum quē amabat ihesus: ⁊
dixit eis. Tulerūt dñm de monumēto:
⁊ nescio vbi posuerūt eū. Exiit ergo pe=
trus. ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt
ad monumentū. Current autē duo si=
mul: et ille alius discipulus precucurrit
citius petro. ⁊ venit prioz ad monumē=
tū. Et cū se inclinasset: vidit lintheami
na posita. nō tamē introiuit. Venit ergo
symon petrus sequēs eū: et introiuit i
monumentū. Et vidit lintheamina po
sita: ⁊ sudariū q̄d fuerat sup caput eius
non cū lintheaminibus positū. sed sepa
ratim inuolutū in vnū locum. Tunc er
go introiuit et ille discipulus. qui vene=
rat primus ad monumentū: et vidit et
credidit. Nondū enim sciebant scriptu
ras: q̄z oportebat eū: a mortuis resurge
re. Credo. Offz. Benedictus qui venit i no
mine dñi benedixim⁹ vos de domo dñi deus
dñs ⁊ illuxit nobis alla alla. Secreta.

Quncede q̄s dñe semper nos p hec
mysteria paschalia gratulari: vt
continua nostre reparationis operatio:
ppetue nobis fiat causa leticie. Per do=
minū nostrum. Cōio. Dēs qui in xp̄o ba=
ptisati estis xp̄m induistis alla. Postcōio.

Redemptionis nostre munere ve=
getati. q̄s dñe: vt hoc ppetue salu
tis auxilio. fides sēp vera pficiat. Per.

Dñica in octa. pasche. Officium.

Resurrexi ⁊ adhuc tecū sum al=
leluya: posuisti super me ma
num tuaz alla: mirabilis fa=
cta est scientia tua alla alla. ps. Dñe pro=
basti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē
meā ⁊ resurrectionē meā. Gloria patri. Dēo.

Deus q̄ hodierna die. vtq̄. in die pasche
⁊ nulla fiet memoria de dñica. Et epla.
Expurgate vetus. Quere supra in die
pasche. Loco grad. dr Alla. ℣. Pascha no=
strū immolatus est xp̄s. Scdm Alla. ℣. An=
gelus dñi descendit de celo: ⁊ accedens reuoluit
lapidem ⁊ sedebat super eum. Sequentia.

Laudes saluatori voce module=
mus supplici. Et deuotis melo=
diis: celesti dño: iubilem⁹ messye. Qui
seipsum exinaniuit / vt nos perditos: li=
beraret homines. Carne gloriam: dei=
tatis occulens. Pannis tegitur in p̄sepi:
miserans precepti transgressorem:
pullum: patria paradysi nudulum. Jo
seph marie: symeoni subditur. Circum=
ciditur: ⁊ legali hostia mundatur vt pec
catoz: nostra qui solet relaxare crimina
Serui subiit manus baptizandus: ⁊ p=
fert fraudes tēptatoris: fugit plequen=
tum lapides. Famē patitur. dormit et
tristatur: ac lauat discipulis pedes: de⁹
homo: summus humilis. sed tamē in=
ter hec: abiecta corporis. Eius deitas:
nequaq̄ quiuit: latere signis variis: et
doctrinis prodita. Aquam nuptiis: dat
soporis vinei. Cecos oculos claro lumi
ne vestiuit: lepram liuidā tactu fugat:
placito. Putres. sulcitat mortuos: mē=
braq̄ curat debilia. Fluxum sanguinis
constrinxit: ⁊ saturauit quinq̄ de pani=
bus: quinq̄ milia Stagnum peragrat
fluctuans: seu siccū littus ventos sedat
Linguam reserat constrictam: recluſit
aures priuatas vocibus: febres depulit
Post hec mira: miracula taliaq̄. Spon
te sua cōprehenditur: et dānatur. Et se
crucifigi: non desperit. Sed sol ei⁹ mor
tem: non asperit. Illuxit dies: quam fe=
cit dominus. Hostē deuastans: ⁊ victor
suis apparens: dilectoribus viuus. Pri
mo marie: dehinc apostolis. Docēs scri
pturas: cor aperiens vt clausa: de ipso
reserarent. Fauent igitur resurgenti:
christo cuncta gaudiis. Flores segetes:
rediuiuo fructu vernant ⁊ volucres: ge
lu tristi torpo: dulce iubilant. Lucent cla
rius: sol et luna: morte christi turbida.
Tellus herbida. resurgēti christo: plau

dit que tremula eius monte se caluram minitat. Ergo die ista exultemus: qua nobis viam vite resurgēs: patefecit iesus. Astra solum: mare iocundentur: et cuncti gratulent in celis: spiritales chori trinitati. Euangeliū Offr. ℣ Secret. vt supra in die pasche. Infra canonem. Cōmunicantes. ℣ Hanc igitur Cetera sicut in die pasche dicūtur. ℣ Missa dominicalis p ebdomadā dicit. Officiū.

Quasi modo geniti infātes alleluya: rationabiles sine dolo: lac cōcupiscite alleluya alleluya all'a. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Non dicitur Gloria in excelsis. in feriis p totū annū quādo de feriis agitur: nec Ite missa est. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui paschalia festa peregim⁹. hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dñm. In oibus feriis pasche tempore ℣ in oibus festis triū lectionū sine regimīe chori dñr tres collecte sicut in pria dñica aduētus dñi prenotatū est Lectio epistole beati iohannis ap'i. i. v.

Caríssimi. Omne qđ natum est ex deo: vincit mundū. Et hec est victoria q̄ vincit mundū: fides nra. Quis est aūt q̄ vincit mundū. nisi q̄ credit qm̄ iesus est fili⁹ dei: Hic est q̄ venit p aquā ℣ sanguinē: iesus xp̄s. Non in aqua solū: sed in aqua ℣ sanguine. Et spūs est q̄ testificat: q̄m xp̄s est veritas. Qm̄ tres sunt q̄ testimoniū dant in celo: pater verbū ℣ spūs sanctus. Et hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimoniū dant in terra: spūs. aqua. ℣ sāguis. Et hi tres vnū sunt. Si testimoniū hoīm accipimus: testimonium dei maius est. Qm̄ hoc est testimoniū dei qđ maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimoniū dei in se. In loco grad. dicatur hoc All'a. ℟. Post dies octo ianuis clausis: stetit iesus in medio discipulorum suorum: ℣ dixit pax vobis. All'a. ℟. Angelus dñi descendit de celo: ℣ accedens revoluit lapidem ℣ sedebat super eum. Alius ℟. Respondens autē angelus dixit mulieribus quē queritis: ille autē dixerūt iesum nazarenū. Isti duo ℟. dicunt per ebdomadā alternis vicibus: ita tñ q̄ ℟. Respōdes. prīmo dr̄ qñ de feria agit. Et si nulla feria p hāc ebdaz ad hoc vacauerit: tunc vltimus ℟. eo anno oīno prętermittat. ℣ Et notādū est q̄ oī die p hoc idē tempus dñr duo All'a. ad missā de quocūq̄ fiat seruitiū exceptis vigiliis paschę alcēsiōis ℣ pēthecos. ℣ nisi in missis q̄ in pcessione dñr cuāg. Secundum iohannem. xx.

In illo tpe. Cum esset sero die illo vna sabbatorum. ℣ fores essent clause. vbi erant discipuli congregati ppter metū iudeorum: venit iesus ℣ stetit in medio ℣ dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater: ℣ ego mitto vos. Hec cū dixisset: insufflauit. et dixit eis. Accipite spiritū sanctum. quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis: retenta sunt. Thomas aūt vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nō erat cū eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei: alii discipuli. Vidimus dñm. Ille autem: dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum. ℣ mittam digitum meū in locum clauorum. ℣ mittam manū meā in latus eius: non credam. Et post dies octo: iterū erant discipuli eius intus ℣ thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde: dicit thome. Infer digitū tuū huc: et vide manus meas. et affer manum tuā. ℣ mitte in latus meum. et noli esse incredulus. sed fidelis. Respōdit thomas: ℣ dixit ei. Dominus meus: ℣ deus me⁹. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q̄ nō viderunt ℣ crediderūt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est xp̄us filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eius. Offert. Angelus domini descendit de celo ℣ dixit mulieribus: quē queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe munera dñe ꝗs exultantis ecclesie: ⁊ cui causam tãti gaudii contulisti. perpetuũ fructũ concede leticie. Per. Cõio. Mitte manũ tuã ⁊ cognosce loca clauoꝝ alleluya: ⁊ nõli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcõio.

Quesumus domine deus nostet: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti. ⁊ presens nobis remedium esse facias ⁊ futurum. Per dñm. C Feria. iiii. Ad corinthios. primi. xv.

Fratres. Si xps predicatur q̃ resurrexit a mortuis: quomodo q̃dam in vobis dicunt. quoniaz resurrectio mortuoꝝ non est: Si autẽ resurrectio mortuoꝝ non est: neqz xps resurrexit. Si autẽ xps non resurrexit: inanis est predicatio nostra. inanis est et fides nostra. Inuenimur autem ⁊ falsi testes dei: qm̃ testimoniũ diximus aduersus deũ / q̃ suscitauerit xpm: quẽ nõ suscitauit si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui nõ resurgũt: neqz xps resurrexit. Q̃ si xps nõ resurrexit: vana est fides nostra Adhuc enĩ estis in peccatis vestris. Ergo ⁊ q̃ dormierunt in xpo: perierũt. Si in hac vita tantũ in xpo sperãtes sum⁹: miserabiliores sumus oĩbus hoĩbus. Nunc aũt xps resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm̃ quidẽ p hominẽ mors. ⁊ p hoĩem resurrectio mortuoꝝ. Et sicut in adam oẽs moriuntur: ita et in xpo oẽs viuificabunt. Unusqsqz aũt in suo ordine: p iesum xpm: dñm nostrũ. Secundum marcum. xvi.

In illo tpe. Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit prio marie magdalene. de qua ejecerat septem demonia. Illa vadens: nunciauit his. q̃ cũ eo fuerant lugentibus et flentibus. At illi audientes q̃ viueret. et visus esset ab ea: nõ crediderunt. Post hec autẽ duobus ex his ambulantibus. ostẽsus est in alia effigie: eũtibus in villam. Et illi euntes: nunciauerunt ceteris. C Feria sexta. Ad hebreos. xiii.

Fratres. Obedite prepositis vestris: ⁊ subiacete eis. Ipi enĩ pervigilãt / quasi rationẽ p animabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt. et nõ gemẽtes. Hoc enĩ non expedit vobis: orate p nobis. Cõfidimus enĩ. quia bonam cõscientiã habemus. in oĩbus: bene volentes conuersari. Amplius aute deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus aũt pacis q̃ eduxit de mortuis. pastorẽ magnũ ouiũ in sãguine testamenti eterni. dñm nostrũ ie sum xpm: aptet vos in oi opere bono. vt faciatis voluntatẽ eius. faciẽs in vobis quod placeat cora sẽ per iesum xpm. Cui est gloria: in secula seculoꝝ. Amen

Secundum matheum. xxviii.

In illo tpe. Exierunt mulieres de monumẽto. cũ timore et gaudio magno: currẽtes nũciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis: dicẽs. Auete. Ille aũt accesserũt ⁊ tenuerũt pedes ei⁹: ⁊ adorauerũt eũ. Tũc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nũciate fratribus meis. vt eant in galileã: ibi me videbũt. Que cũ abiissent: ecce q̃dã de custodibus / venerũt in ciuitatẽ. ⁊ nunciauerũt principibus sacerdotũ. oĩa que facta fuerant Et cõgregati cũ senioribus: consilio accepto. pecuniã copiosam dederunt militibus. dicẽtes. Dicite q̃ discipuli eius nocte venerunt: ⁊ furati sunt eũ. vobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit a presside: nos suadebimus ei. ⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbũ istud apud iudeos: vsqz in hodiernũ diẽ. C Sciẽdũ est q̃ in omni festo cum regimine chori ab octa. pasche vsqz ad alcẽsionẽ dñi secũdũ Alla. erit vnũ de subscriptis dictis quibus re incipiant: ⁊ sunt nouẽ in numero. Alla ℣. Mane nobiscũ dñe quia declinata est iam dies ad vesperũ. Alla. ℣. Oportebat pati xpm ⁊ resurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriã suã Alla. ℣. Xps resurgens ex mortuis iam nõ moritur mors illi vltra nõ dominabitur. Alla. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro qui p nobis pependit in ligno. Alla. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo quem redemit ipse de sanguine suo. Alleluya. ℣. Xpus mortuus est pro

pter delicta nostra ⁊ surrexit ppter iustificatio
nē nostrā. All'a.ỽ. Surgens ihesus dñs noster
stetit in medio discipulorꝫ suorꝫ dixit pax vobis
All'a.ỽ. Surrexit dñs et occurrens mulieri-
bus ait: auete. tunc accesserunt ⁊ tenuerunt pe-
des eius. All'a.ỽ. In die resurrectiōis mee di-
cit dñs p̄cedā vos in galileā. Si in hac dñi
ca vel in sequētibus fiat seruitiū de ali-
quo festo cū regimine chori: tūc ad mis
sam secundū Alleluyanō erit de dñica:
sed vnū de nouē p̄dictis per ordinem
¶ Dñica secunda post pascha hac die ⁊
oibus dñicis diebus vsqꝫ ad ascensionē
dñi dr̄ missa de resurrectione sicut i die
pasche p̄ter gr̄ꝫ. et Cōmunicantes. et
Hanc igitur. sed nulla fiat memoria de
dñica ad missā de resurrectōe. Et semp
dicitur sequentia Victime paschali lau
des. Et si festū alicuiꝰ sancti cū regimi-
ne chori in dñica euenerit: tūc de sancto dr̄
missa: ⁊ memoria de resurrectione: sed
nō de dñica. ¶ Notandū est qꝫ in oibus
dñicis a pascha vsqꝫ ad ascēsionem erit
p̄imū All'a.ỽ. Pascha nostrū. et secundū
All'a. de sua dñica sez qđ plus facit mē-
tionē de resurrectiōe: qđ est vltimū. Et
semp infra p̄dictū tempus de quocū
qꝫ dicit missa fiat memoria de resurre-
ctione cū hac oratione. Deus qui p vni-
genitum nisi in inuentōe sancte crucis
Missa vero dñicalis per ebdomadā di-
citur cū p̄fatōe quotidiana. Et si nul-
la feria p ebdomadā vacauerit a festo:
tūc in dñica in capitulo dicitur. Missa
dñicalis ebdomade secūde. Officium.

Misericordia dñi plena est terra
alleluya verbo dei celi firma-
ti sunt alleluya all'a. ℣s. Exul
tate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oro
Deus qui in filii tui humilitate ia
centē mundū erexisti. fidelibus
tuis perpetuā concede leticiā: vt quos p
petue mortis eripuisti casibus. gaudi-
is facias sēpiternis pfrui. Per eūdē dñz
Lectio epistole beati petri apli. i.ii.
Carissimi. Xps passus est p nobis
vobis relinquēs exemplū: vt se-
quamini vestigia eius. Qui peccatum
nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eiꝰ.
Qui cū malediceretur: nō maledicebat
Cū pateretur: non cōminabatur. Tra-
debat aūt iudicanti se iniuste: q̄ peccata
nr̄a ipse ptulit in corpore suo sup lignū.
vt peccatis mortui. iustitie viuamꝰ. cu-
ius liuore sanati sumus. Eratis enī si-
cut oues errantes: sed conuersi estis nunc
ad pastorē ⁊ episcopū: aiarum vestrarꝫ.
All'a.ỽ. Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco o-
ues meas ⁊ cognoscunt me mee. All'a.ỽ. Sur
rexit pastor bonus qui posuit aiam suā p̄o gre
ge suo. Secundum iohannem. r.
In illo tpe. Dixit ihesus discipulis
suis. Ego sum pastor bonus. Bo-
nus pastor: aiam suā dat p ouibus suis
Mercēnarius aūt ⁊ q̄ nō est pastor cuiꝰ
nō sunt oues p̄pie: videt lupū venientē.
⁊ dimittit oues. ⁊ fugit. Et lupus rapit: ⁊
dispgit oues. Mercēnarius autē fugit.
qꝫ mercēnarius est: ⁊ nō ptinet ad eū de
ouibus. Ego sū pastor bonus. Et cogno-
sco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee Si
cut nouit me pater. ⁊ ego agnosco p̄cz:
⁊ aiam meā pono p ouibus meis. Et ali-
as oues habeo. q̄ nō sunt ex hoc ouili: et
illas oportet me adducere. et vocē meā
audiēt. Et fiet vnū ouile: et vnus pastor.
Offr̄. Deus deus meus ad te de luce vigilo: ⁊ i
noie tuo leuabo manus meas all'a. Secreta.
Benedictionem nobis dñe cōferat
salutarem sacra semper oblatio:
vt quod agit mysterio. virtute perfici-
at. Per dñm. Cōio. Ego sum pastor bonus
alleluya: et cognosco oues meas et cognoscunt
In diebus illis. Cum audissent a=
postoli qui erāt hierosolymis qa
recepisset samaria verbū dei:miserunt
ad eos petrum ꝫ iohannem. Qui cū ve
nissent:orauerūt pro ipsis. vt acciperēt
spiritum sanctum. Nondū enī in quē=
qꝫ illorꝝ venerat:sz baptizati tantū erāt
in nomine dñi iesu. Tunc imponebant
manus super illos:et accipiebant spirī=
tum sanctū. Alleluya. ℣. Emitte spiritū tu
um ꝫ creabūtur:ꝫ renouabis faciē terre. Alla.
℣. Veni sācte spiritus reple tuorꝝ corda fideliū
ꝫ tui amoris in eis ignē accende. Sequentia

Eya musa:dic queso preclara cho=
rea. Blandificaqꝫ libens:perstre
pe organa. Alt modulās:tybia resultet
plectro:laudū leta carmina. Nataqꝫ ca=
terua:huiꝰ diei eupprepia. Paraclyti ca=
risma:hac die alumnos xpi plene itrat.

facto repente sono linguis xpi: fantur magnalia. Uesano plena ructu pfidia: multo alūnos madere putat. spūs gra ardētes: quos reddit feruida. Anastasi pacta: quīquagena mysticus penetrat spūs: pector intima oppido reddēs flā mantia. Mor egressi oēs vna: tetra pagrant arua: infundentes verbi semina Mystica patrātes signa: supno rore nova bibula: madidant intima. Ecce xpi nunc caterua tua In hac aula decātant cantica. Ut celesti pmixta: agmini indiscrete. dicat nova tibi promens cantica Sit perennis dño gloria. Decus honor potestas p secula. Qui tribuit spiritus gratiā oībus per arua: qui sequunt ei monita. Poscimus oēs vna: supplices magnalia. Ut sāctus nostra: spūs emū dās intima. Illustret clare sophia alla.

Secundum iohannem. x.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: qui nō intrat p ostiū in ouile ouiū. sed ascēdit aliunde / ille fur est et latro. Qui aūt intrat p ostiū: pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: z oues vocē eius audiūt. Et pprias oues vocat noiatī: z educit eas. Et cū pprias oues emiserit: ante eas vadit. Et oues illū sequūtur: qr sciūt vocē eius. Alienū autē nō sequunt. sed fugiunt ab eo: qr nō nouerūt vocē alienor. Hoc puerbiū: dixit eis ihesus. Illi aūt nō cognouerunt: qd loqueret eis. Dixit ergo eis iterū ihesus. Amen amē dico vobis: qr ego sum ostiū ouiuz. Oēs quotquot venerūt: fures sūt z latrones. Sz nō audierūt eos oues. Ego sū ostiū. Per me si qs introierit saluabit: z ingrediet z egrediet. z pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furet: et mactet et pdat. Ego veni. vt vitā habeāt: z abūdātius habeant. Credo. Offr. Portas celi aperuit dñs z pluit illis mānā vt ederēt. panē celi dedit eis: panē āgelor māducauit homo alla. Secreta

Deus cēdat qs dñe spiritus sanctus sup hoc altare: qui z dona populi tui sanctificet. et sumentiū corda placatus emūdet. Per d. in vnitate eiusdē. Cōio. Spiritus qui a patre procedit alleluya alle me clarificabit alleluya alla. Postcōio.

Mentes nostras qs dñe spiritus sāctus diuinis reparet sacramentis: qr ipse est remissio oīm peccatorum Per dñm. in vnitate eiusdem. C Feria iiii. quattuor temporū: nō dicit alia magna missa q̄ de ieiunio: nec in. vi. feria: nec in sabbato scdm vsū sarū. Officiū.

Deus dum egredereris corām populo tuo alleluya: iter faciens eis alleluya: habitans in illis alleluya alla ps. Exurgat deus z dissipētur inimici eius: z fugiant qui oderunt eum a facie eius. Kyrie. cū suis v. dr. statim sequat Gloria in excelsis. non dicit Dñs vobiscū sed tantū Oremus. Oratio.

Presta qs ops deus: vt a nīis mentibus carnales amoueat spūs sāctus affectus. z spūalia nobis dona potenter infūdat. Per d. in vnitate eiusdē

Lectio libri sapientie. primo

Diligite iusticiā: q iudicatis terrā. Sentite de dño in bonitate: z in simplicitate cordis qrite illū. Qm̄ inuenitur ab his q nō tēptant illū. Apparet aūt eis: q fidē habēt in illum. Peruerse enī cogitatōes. separāt a deo: pbata autem virtus. corripit insipientes. Qm̄ in maliuolā aiam nō introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sāctus enī spūs discipline effugiet fictū: z auferet se a cogitatōibus q̄ sunt sine intellectu. z corripiet a superueniēte iniquitate. Benignus est enī spūs sapientie: z nō liberabit maledictū a labiis suis. Qm̄ renū illius testis est deus: z cordis eius scrutator est verus. z lingue eius auditor. Quoniaz spūs dñi. repleuit orbem terrarū. z hoc qd cōtinet oīa: scientiā habet vocis. Et legat ab accolito suppellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici ibidē dicant. Alleluya. v. Emitte spiritū tuū et creabuntur et renouabis faciem terre. Non repetat Alla. Sequat Dñs vobiscum. z Oremus. Oratio.

Mentes nostras qs dñe spūs sctūs paraclytus. q a te pcedit illuminet: z inducat in oēm sicut tu⁹ pmisit filius veritatē. Qui tecū. i vnitate eiusd.

Lectio actuum apostoloꝛum. ii.

In diebus illis. Stãs petrus cum vndecim.eleuauit vocẽ suã: ⁊ locutus est eis. Viri iudei. ⁊ qui habitatis hierusalẽ vniuersi: hoc vobis notũ sit. ⁊ auribus percipite verba mea. Non enĩ sicut vos estimatis. hi ebꝛii sũt: cum sit hoꝛa diei tertia. Sed hoc est: qđ dictum est per ꝓphetã iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dñs: effundã de spiritu meo super oẽm carnẽ. ⁊ ꝓphetabunt filii vestri et filie vestre. Et iuuenes vestri visiones videbunt: ⁊ senioꝛes vestri somnia somniabũt. Et quidem sup seruos meos. ⁊ sup ancillas meas in dieb⁹ illis effundã de spiritu meo: et ꝓphetabunt. Et dabo ꝓdigia in celo sursum. ⁊ signa in terra deoꝛsum: sãguinẽ et ignẽ et vapoꝛẽ fumi. Sol conuertet in tenebꝛas. ⁊ luna in sanguinẽ: anteq̃ veniat dies dñi magnus ⁊ manifestus. Et erit Omnis quicunq; inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Alleluya. ℣. Loquebãtur variis linguis apostoli magnalia dei. Repetatur Alleluya. sine neuma. Sequentia.

Lux iocunda lux insignis: qua de thꝛono missus ignis: ĩ xp̃i discipulos. Coꝛda replet: ligUas ditat: ad cõ coꝛdes nos inuitat: ligua coꝛdis modulos. Ꝛ̃ps misit qđ ꝓmisit: pignus spõse quaꝛ reuisit: die quinquagesima. Post dulcoꝛez melleũ: petra fudit oleũ: petra iã firmissima. In tabellis saxeis: nõ in linguis igneis: lex de mõte ppl̃o. Paucis coꝛdis nouitas: ⁊ ligUarũ vnitas: datur in cenaculo. O q̃ felix q̃ festiua: dies in qua pꝛimitiua: fundat ecclesia. Vie sunt pꝛimitie: nascentis ecclesie: tria pꝛimum milia. Panes legis pꝛimitiui: sub vna sunt adoptiui: fide duo populi Se duobus interiecit: licq; duo vnũ fecit: lapis caput anguli. Vtres noui non vetusti: sunt capaces noui musti: vasa parat vidua. Liquoꝛẽ dat heliseus: nobis sacrũ roꝛẽ deus: si coꝛda sint cõgrua Non hoc musto vel liquoꝛe: non hoc digni sumus roꝛe: si discoꝛdes moꝛibus. In obscur⁹ ⁊ diuisis: nõ potes hec paraclytis: habitare coꝛdibus. Cõsolatoꝛ alme veni: linguas reple coꝛda leni: nichil fellis aut veneni: sub tua pꝛesentia. Nil iocundũ nil amenũ: nil salubꝛe nil serenũ: nichil dꝛce nichil plenũ: sine tua gr̃a Tu lumẽ es ⁊ vnguẽtũ: tu celeste condimentũ: aque ditans alimentũ: virtute mysterii. Noua facti creatura: te laudamus mẽte pura: gratie nũc sed natura: pꝛius ire filii. Tu q̃ datoꝛ es ⁊ donũ: nostri coꝛdis oẽ bonuz: coꝛ ad laudẽ redde pꝛonũ: nostre lingue foꝛmans sonũ: in tua pꝛeconia. Tu purga nos a pctis: auctoꝛ ipse pietatis: ⁊ in x̃po renouatis: da pfecte nouitatis: plena nobis gaudia.

Secundum iohannem. vi.

In illo tꝑe. Dixit ihesus discipulis suis: ⁊ turbis iudeoꝛ. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̃ misit me. traxerit eũ. Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die. Est scriptũ in ꝓphetis. Et erũt oẽs docibiles dei. Oꝛs qui audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Nõ q̃ patrẽ vidit quisq̃: nisi is q̃ est a deo. hic videt pattẽ. Amẽ amẽ dico vobis: q̃ credit in me habet vitã eternã. Ego sũ: panis vite. Patres vestri. mãducauerũt manna in deserto: ⁊ moꝛtui sunt. Hic est panis de celo descẽdẽs: vt si q̃s ex ipso mãducauerit. nõ moꝛiat. Ego sũ panis viuus: q̃ de celo descẽdi. Si quis mandducauerit ex hoc pane: viuet in eternũ. Et panis quẽ ego dabo caro mea est: ꝓ mũdi vita. Credo. Offn. Meditaboꝛ in mãdatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi alla. Secreta.

Oblata tibi dñe q̃s muneꝛa spũs sãctus sanctificet: ⁊ eoꝛ nos participatio. ab oĩm peccatoꝛ contagione custodiat. Per eundẽ. in vnitate eiusdem. Cõio. Pacem meam do vobis alleluya. pacem relinquo vobis alleluya alla. Postcõio.

Per hui⁹ dñe virtutẽ mysterii tue nos claritatis ꝓpetuus splẽdoꝛ illustret: ⁊ cũ consubstãtiali tibi filio. gr̃a spũs scti illuminet. Per eũd. i vni. eiusd

Feria.v. Offn. Spũs dñi. vtꝫ in die penthecostes. Kyrie. sine ℣. Oꝛatio.

Oresta q̃s oꝑs et misericoꝛs de⁹: vt spũs sctus aduenies. templum

nos glorie sue dignanter inhabitando perficiat. Per dñm. in vnitate eiusdem

Lectio actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Philippus descendēs in ciuitatē samarie: predicabat illis xp̃z. Intendebāt aūt turbe his q̄ a philippo dicebant: vnanimiter audiētes & vidētes signa q̄ faciebat. Multi enī eor q̄ habebāt sp̃us īmūdos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici & claudi: curati sūt. Factū ē ergo gaudiū magnū: i illa ciuitate. Alla. ℣. Emitte spiritū tuū & creabunt: & renouabis faciē terre. Alla. ℣. Factus est repēte de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Sequentia.

Alma chorus dñi: nūc pāgat noīa sūmi. Messyas sother emanuel sabaoth adonay. Est vnigenit⁹ via: vita manus omousyon. Principiū primogenitus sapiētia virtus. Alpha: caput/ finisq̄ simul vocitat & est oo. Fons & origo boni paraclytus ac mediator. Agn⁹ ouis vitulus: serpens aries leo vermis Os verbū splendor: sol gloria lux & imago. Panis flos vitis: mons ianua petra lapisq̄. Angelus & sponsus: pastorq̄ ypheta sacerdos. Athanathos/ kyrios/ theon/ panthon/ craton & ilus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per omnia dorā.

Secundum lucam. ix.

In illo tpe. Cōuocatis iesus duodecim discipulis: dedit illis virtutē & potestatē. sup oīa demonia. & vt lāguores curarēt. Et misit illos predicare regnū dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis i via: neq̄ virgā. neq̄ perā. neq̄ panē. neq̄ pecuniam. neq̄ duas tunicas habeat. Et i quācūq̄ domū itraueritis. ibi manete: & ide ne exeatis. Et q̄cūq̄ nō receperīt vos: exeūtes de ciuitate illa. etiā puluerē pedū vr̄or excutite. i testimoniū sup̃a illos. Egressi aūt circuibāt p castella. euāgelizātes: & curātes vbiq̄. Credo Offr. Confirma hoc de⁹ q̄ operatus es i nobis a tēplo tuo q̄ est i hierl̃z: tibi offerēt reges munera alla Secret.

Uirtute scti spūs dñe munera nr̃a cōtinge: vt q̄ solēnitate presenti. tuo noī dedicauit. & itelligibile nobis faciat & eternū. Per dñm. i vnitate eiusd̃ Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedētes alla: & repleti sunt oēs spiritu sancto loquentes magnalia dei alla alla. Postcōio.

Sacrificiis celestibus q̄s dñe operante spiritu sancto. vitia nostra purgent: vt muneribus tuis semp̃ possimus aptari. Per eundem. in vnitate eiusdem. ¶ Feria sexta. Officium.

Repleatur os meū laude tua alla: vt possim cantare alleluya: gaudebunt labia mea dum cantauero tibi alleluya alla ps. In te dñe speraui non confundar ineternū: in iusticia tua libera me & eripe me. Oratio.

Da q̄s ecclesie tue misericors de⁹: vt sp̃ū sctō congregata. hostili nullatenus incursione turbet. Per d̃. i vnitate eiusd̃. Lectio actuū apostolor̃. ii.

In diebus illis. Aperiens petr⁹ os suum: dixit Viri israelite: audite verba hec. Iesum nazarenū. virum approbatū a deo in vobis: virtutibus. & prodigiis. & signis q̄ fecit p illū deus in medio vestri. sicut vos scitis: hūc diffinito cōsilio & prescientia dei traditū p manus iniquor̃ affligentes interemistis. Quē deus suscitauit solutis dolorib⁹ inferni: iuxta q̄d impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Prouidebam dñm corā me semp̃: qm̃a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc dilatatū est cor meū. & exultauit lingua mea: insup̃ & caro mea requiescet in spe. Qm̃ nō derelinques aiam meā in inferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocūditate: cū facie tua. Alla. ℣. Emitte spiritū tuū & creabunt: & renouabis faciē terre. Alla. ℣⁹. Spūs dñi repleuit orbē terrarū & hoc q̄d continet oīa scientiam habet vocis. Sequentia.

Laudes deo deuotas. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica. Spūs scti gr̃a. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paraclyti presentia. Emūdet nos a pcti macula. Pura sibi aptans habitacula. Carismatur ac munera. Pectoribus nostris

pius infundat. Vita nostra ei vt cõplaceat. Per seculor secula. Cõclamemus alla. Sit deo laus potestas honor virt⁹ & gloria. Secundum lucam. v.

In illo tpe. Factũ est in vna dierũ: et ielus sedebat docens. Et erant phatisei sedẽtes & legisdoctores. q̃ venerãt ex oi castello galilee & iudee et hierusalẽ: & virtus dñi erat ad sanãdũ eos Et ecce viri portãtes in lecto hoiem q̃ erat paraliticus: & q̃rebãt eũ inferre et ponere ante eũ. Et nõ inuenientes qua parte illũ inferrẽt pre turba: ascẽderũt supra tectũ. & p tegulas cũmiserũt illũ cũ lecto in medio ãte ielũ. Quor fidẽ vt vidit: dixit. Homo: remittũt tibi pctã tua. Et ceperũt cogitare scribe & phatisei: dicentes Quis est hic q̃ loquit blasphemias: Quis potest dimittere pctã. nisi sol⁹ deus: Ut cognouit aũt ielus cogitatões eor: rñdẽs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vr̃is: Quid est facilius dicere dimittũt tibi pctã. an dicere Surge & ãbula: Ut sciatis aũt q̃ filius hois. habet potestatẽ in terra dimittẽdi pctã: ait paralitico. Tibi dico surge. tolle lectũ tuũ: et vade in domũ tuã. Et cõfestim surgẽs coram illis: tulit lectũ i quo iacebat et abiit in domũ suã magnificãs deũ. Et stupor appẽdit oẽs: & magnificabãt deũ Et repleti sũt timore dicẽtes: q̃ vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offert. Lauda aia mea dñz: laudabo dñm in vita mea psallã deo meo q̃diu ero alla. Secreta.

Sacrificia dñe tuis oblata cõspectibus. ille ignis diuinus assumat: qui discipulor xpi tui. p spm̃ sanctũ cor da succendit. Per eundẽ. in vnitate eiusdem. Cõio. Spiritus vbi vult spirat & vocez eius audis alleluya: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluya. Postcõio.

Concede q̃s ops deus: vt huius pceptiõe sacramẽti. ita nr̃e fragilitatis vitia expurgent. quatin⁹ p spm̃ sanctũ repromissũ i nobis. donũ tue gr̃e sẽtiamus. Per ð. in vnitate eiusð. ℣ Sabbato quattuor tpm. Officiũ.

Caritas dei diffusa est in cordibus vr̃is alla: p inhabitãtem spiritũ eius i vobis alla alla. ps Die deus salutis mee: i die clamaui & nocte cor̃a te. Kyrieleyson. solẽniter ð; absq; ỽ. Sequat. Gloria in excel. sicut infra oct. cuz regie cyri. Oẽs orones sine Dñs vobiscum. dñr: pter vltimã q̃ est ãte epla: & tñ cũ Orem⁹. & oẽs lect. cũ suis titulis legant ad gradũ chori in suppellicis. Pria vero lcõ ab accolito: & alie a clericis de scda forma legant. tñ q̃nta lctõ ab aliquo de superiori gradu legat. Et singula Alla. a duob⁹ pueris i suppellicis ibidẽ cãtẽt sine repetitiõe Alla. post tuũ ỽ. Oratio.

Mentibus nostris q̃s dñe spm̃ sanctũ benignus infunde: cui⁹ & sapientia cõditi sumus. & puidẽtia gubernamur. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Lectio ioelis prophete. ii.

Hec dicit dñs deus. Effũdã de spũ meo sup oẽz carnẽ: et prophetabũt filii vestri. & filie vr̃e. Senes vr̃i somnia sõniabunt: & iuuenes vr̃i visiones videbũt. Sed & sup seruos meos et ancillas meas in dieb⁹ illis effũdã de spũ meo: & prophetabũt. Et dabo prodigia in celo sursum. & signa in terra deorsũ: sanguinẽ & ignẽ & vaporẽ fumi. Sol cõuertet in tenebras. & luna i sanguinẽ: anteq̃ veniat dies dñi magnus et horribilis. Et erit. Omis q̃cũq; inuocauerit nomẽ dñi: saluus erit. Alla. ỽ. Emitte spiritũ tuũ & creabũtur: & renouabis faciẽ terre. Non repetat Alla. post ỽ: sed dicitur Oremus. Oratio.

Illo nos igne q̃s dñe spiritus sctus inflãmet: quẽ dñs noster ielus xps misit in terrã & voluit vehemẽter accendi. Qui tecũ viuit. in vnitate eiusdem.

Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutus est dñs ad Moysen dicẽs. Loquere filiis isrl: & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis. & messuerit⁊ segetẽ: feretis manipulos spicarũ. primitias messis vestre ad sacerdotẽ. Qui eleuabit fasciculũ coram dño: vt acceptabilis sit pro vobis. altero die sabbati. et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die. in quo obtulistis manipulos primitiarũ septem ebdomadas ple

nas: vsq; ad alterũ diẽ expletõnis ebdomade septime Et sic offeretis sacrificiũ nouũ dño: ex oĩbus habitaculis vestris Panes primitiarũ duos de duabus decimis similes. quos eleuabit sacerdos corã dño: ⁊ vocabitis hũc diẽ celeberrimũ atq; sanctissimũ. Oẽ opus seruile nõ facietis in eo: legitimũ sempiternũ erit. i cũctis habitaculis ⁊ generatiõibus vestris. Dicit dñs: oĩpotens. Alleluya. ℣. Veni sancte spũs reple tuoꝝ corda fidelitũ ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

Deus q̃ ob aĩarum medelã ieiunii deuotõe. castigari corpora precepisti. cõcede nobis ppicius: ⁊ mẽte ⁊ corpore. semp tibi esse deuotos. Per dñm. Lectio libri deuteronomii. xxvi.

In diebus illis Dixit moyses filiis israel. Audi israel: q̃ ego precipio tibi hodie. Cũ intraueris terrã quã dñs deus tuus tibi daturus est possidendã. et obtinueris eã atq; habitaueris in ea: tolles de cũctis frugib⁹ tuis primitias. ⁊ pones in cartallo. Pergẽsq; ad locum quẽ elegerit dñs deus tuus: vt tibi inuocetur nomẽ eius. Accedẽsq; ad sacerdotẽ q̃ fuerit in diebus illis: et dices ad eũ. Profiteor hodie corã dño deo tuo. q̃ exaudiuit nos: et respexit humilitatẽ nostram. ⁊ laborẽ atq; angustias. ⁊ eduxit nos de egypto in manu forti. ⁊ brachio extento. In ingenti pauore. in signis atq; portẽtis: ⁊ introduxit nos ad locũ istũ. ⁊ tradidit nobis terrã lacte ⁊ melle manantẽ. Et idcirco: nũc offero primitias frugũ terre: quaz dñs deus tuus dedit michi. Et dimittes eas in cõspectu dñi dei tui. ⁊ adorato dño deo tuo: epulaberis in oĩbus bonis. que dñs deus tuus dederit tibi. Alla. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Oratio.

Presta q̃sumus oĩpotens deus: vt salutarib⁹ ieiuniis eruditi. ab oĩbus etiam vitiis abstinentes. propiciationẽ tuã facilius impetremus. Per d̃. Lectio libri leuitici. xxvi.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Loquere filiis israel: et dices ad eos. Si in preceptis meis ãbulaueritis. ⁊ mãdata mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tẽporib⁹ suis. ⁊ terra gignet germen suũ: et pomis arboꝛes replebunt. Apprehẽdet messiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit sementẽ. Et comedetis panẽ vestrũ in saturitate: ⁊ absq; pauore habitabitis in terra vra. Dabo pacẽ in finibus vris: dormietis ⁊ nõ erit q̃ exterreat. Auferã malas bestias a vobis: ⁊ gladius nõ trãsibit terminos vros. Persequimini inimicos vros: ⁊ corruẽt corã vobis. Persequent quinq; de vestris centũ alienos: ⁊ centũ de vobis decẽ milia. Cadent inimici vestri: in cõspectu vro gladio. Respiciã vos ⁊ crescere faciã. Multiplicabimini: ⁊ firmabo pactũ meũ vobiscũ. Comedetis vetustissima veterũ: ⁊ vetera nouis supuenientibus piicietis. Ponam tabernaculũ meũ in medio vestri: et non abiiciet vos vltra aĩa mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero vester deus. vosq; eritis michi populus me⁹ Dicit dñs: oĩpotens. Alla. ℣. Factus est repente de celo sonus aduenientis spũs vehementis. Oratio.

Presta q̃s ops deus. sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a vitiis irruentibus. pariter ieiunemus. Per d̃. Lectio danielis prophete. iii.

Angelus dñi descendit cũ azaria ⁊ sociis eius in fornacẽ. et excussit flammã ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flãtem. Flãma aũt diffusa est sup fornacẽ. cubitis quadraginta nouẽ: ⁊ icẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis. q̃ eã incẽdebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis neq; cõtristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabant: ⁊ benedicebãt deũ in fornace dicẽtes. Hic finiat in aduẽtu. Benedictus es dñe deus patrũ nostroꝝ: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ superaltatus in secula. Et benedictũ nomẽ glorie tue q̃d est sanctũ: ⁊ laudabile ⁊ superaltatum in oĩbus seculis Benedict⁹ es in tẽplo sancto glorie tue: ⁊ suplaudabilis. ⁊ superglorioſus in secula. Benedictus es ĩ throno regni tui:

ꝫ suplaudabilis.ꝫ superaltatus in secula. Benedictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue:ꝫ suplaudabilis ꝫ superaltatus in secula. Benedictus es q̄ intueris abyssos/ꝫ sedes sup cherubin:ꝫ laudabilis ꝫ superaltatus in secula. Benedictus es q̄ ambulas sup pēnas vētor. et sup vndas maris:ꝫ suplaudabilis et superaltatus in secula. Hic finiaꝫ i quadragesima. Benedictus es i firmamēto celi:ꝫ laudabilis ꝫ glorioſus in secula Benedicite oīa opera dñi dño. benedicite celi dño:bñdicite āgeli dñi dño. Hymnū dicite.ꝫ superaltate eū in secula. Benedicite aque q̄ sup celos sūt dño. bñdicite oēs virtutes dñi dño:benedicite sol ꝫ luna dño. Hymnū dicite.ꝫ superaltate eū in secula. Benedicite stelle celi dño benedicite imber et ros dño:benedicite oīs spūs dei dño. Hymnū dicite. et superaltate eū in secula. Benedicite ignis ꝫ estus dño. bñdicite noctes ꝫ dies dño: benedicite tenebre ꝫ lumē dño. Hymnū dicite.ꝫ superaltate eū in secula. Benedicite frigus et cauma dño. benedicite pruina ꝫ niues dño:benedicite fulgura ꝫ nubes dño. Hymnū dicite. et superaltate eū in secula. Benedicat terra dñm. benedicite mōtes ꝫ colles dño: bñdicite oīa nascētia terre dño. Hymnū dicite. et superaltate eū in secula. Bñdicite maria ꝫ flumina dño. benedicite fōtes dño benedicite cete ꝫ oīa q̄ mouent in aquis dño. Hymnū dicite. et superaltate eū in secula. Benedicite volucres celi dño. benedicite bestie ꝫ vniuersa pecora dño:benedicite filii hoīm dño. Hymnū dicite.ꝫ superaltate eū in secula. Benedicat israel dñm. bñdicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi dño. Hymnū dicite ꝫ superaltate eū in scla. Benedicite spūs ꝫ aīe iustor dño:benedicite scti ꝫ humiles corde dño. Hymnū dicite et superaltate eū i secula. Bñdicite anania azaria misael dño. Hymnū dicite.ꝫ superaltate eū in secula. In vigilia sctē trinitatis ꝫ in mēse septēbris tota lect. legat. Duo clerici de scda forma in suppelliciis ad gradū chori dicant Alleluya.℣. Benedictus es dñe deus patrum nostror:ꝫ laudabilis in secula. Nō repetat Alleluya. Sequat Dñs vobiscum. cū Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignīū. concede ppicius: vt adueniēte spū sctō. nos famulos tuos nō exurat flāma vitior. Per d.i vnitate eiusdem. Lectio actuū apl̄or. xiii.

In diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas:audire verbū dei. Videntes aūt turbas iudei. repleti sunt zelo:et cōtradicebant his q̄ a paulo dicebātur. blasphemātes. Tunc cōstanter paulus et barnabas dixerūt. Vobis oportebat primū loqui verbum dei:sed qm̄ repulistis illud.ꝫ indignos vos iudicastis eterne vite. ecce conuertimur ad gētes. Sic enim nobis precepit dñs. Posui te in lucem gentibus:vt sis in salutem vsq; ad extremum terre. Audientes autē gentes gauise sunt.ꝫ glorificabāt verbum dñi:ꝫ crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternā. Disseminabatur autem verbum dñi: per vniuersam regionē. Judei aūt concitauerunt religiosas mulieres et honestas. et primos ciuitatis: et excitauerunt persecutionē in paulū ꝫ barnabā.ꝫ eiecerūt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerunt iconiū. Discipuli quoq; replebant gaudio: et spū sancto.

Et legat in pulpito:qua lecta duo clerici de superiori gradu i cappis sericis ibidem dicant Alla.℣. Laudate dñm oēs gentes ꝫ collaudate eum oēs populi. Repetatur Alleluya.sine neuma. Sequētia. Alma chorus.vt supra in feria q̄nta precedēte

Secundum lucam. iiii.

In illo tpe. Surgēs iesus de synagoga:itroiuit in domū symonis. Socrus aūt symonis:tenebat magnis febribus. Et rogauerūt illum p ea. Et stans sup illā imperauit febri:ꝫ dimisit illā. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol aūt occidisset:oēs qui habebant infirmos variis languorib⁹ ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et

dicentia:qz tu es filius dei. Et increpās nō ſinebat ea loqui:qz ſciebant ipm eſſe xpm. Facta aūt die egreſſus ibat in deſertū locū:⁊ turbe requirebāt eū. Et venerūt vſqz ad ipm:⁊ detinebāt illū ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Qz⁊ aliis ciuitatibus. oportet me euāgelizare: regnū dei. Credo. Offz. Dñe deus ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te:intret oratio mea in conſpectu tuo dñe alleluya. Secreta.

Ditte dñe qs ſpiritū ſanctū qui et hec munera preſentia tuum nobis efficiat ſacramentū:⁊ ad hoc ꝓcipiē dū noſtra corda purificet. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Cōio. Non vos relinquā orphanos:veniam ad vos iterū alleluya ⁊ gaudebit cor veſtrum alleluya alla. Poſtcōio.

Prebeant nobis dñe diuinū tua ſācta feruorem:quo eor pariter et actu. delectemur ⁊ fructu. Per dominū

¶ In die ſancte trinitatis. Officium.

Benedicta ſit ſancta trinitas: atqz indiuiſa vnitas:cōfitebimur ei:qz fecit nobiſcū miaz ſuā. ℣s. Benedicamus patrē ⁊ filiū cum ſancto ſpiritu. Non dicit vlterius. Oratio.

Omps ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere. ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatē qsumus:vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis Qui viuis ⁊ regnas de⁹. Per. Lectio libri apocalipſis beati iohānis apſti. iiii.

In diebus illis. Vidi oſtiū aptū in celo:⁊ vox prima quā audiui. tanqz tube loquētis mecū dicens. Aſcende huc:⁊ oſtendā tibi. que oportet fieri cito poſt hec. Statim fui in ſpū. Et ecce ſedes poſita erat i celo:⁊ ſup ſedē ſedēs. Et q ſedebat:ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis ⁊ ſardini. Et iris erat in circuitu ſedis:ſimilis viſioni ſmaragdine Et in circuitu ſedis:ſedilia viginti quattuor. Et ſup thronos viginti quattuor ſeniores:ſedētes circūamicti veſtimentis albis/et in capitibus eor corone auree. Et de throno pcedūt fulgura:⁊ voces ⁊ tonitrua. Et ſeptē lāpades ardentes ante thronū:q ſunt ſeptem ſpūs dei Et in aſpectu ſedis. tanqz mare vitreū: ſimile criſtallo. Et in medio ſedis ⁊ i circuitu ſedis. quattuor aīalia: plena oculis ante ⁊ retro. Et aīal primum: ſimile leoni. Et ſcōm aīal:ſimile vitulo. Et tertiū animal:habens faciē quaſi hois. Et quartū aīal:ſimile aqle volāti. Et quattuor aīalia:ſingula eorum. habebant alas ſenas. Et in circuitu ⁊ intus/plena ſunt oculis:⁊ requiē nō habebāt die ac nocte dicētia. Sāctus/ſanctus/ſctūs/dñs deus oipotēs:q erat/⁊ q eſt/⁊ q vēturus eſt Et cū darēt illa aīalia gloriā. ⁊ honorē. ⁊ benedictionē. ſedēti ſup thronū. viuēti in ſecula ſeculorū: pcedebāt vigiti quattuor ſeniores. ante ſedētē in throno. Et adorabāt viuentē:in ſecula ſcōrū. Gz.

Benedictus es dñe q intueris abyſſos: et ſedes ſup cherubin. ℣. Benedicite deū celi:qz fecit nos diſcū miam ſuā. Alla. ℣ Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū noſtroz ⁊ laudabilis i ſcla. Sequētia.

Benedicta ſit beata trinitas:deitas eterna: pariter coequalis gloria. Deus genitor: natus genitus/ cū ſancto neumate/ymanēs ſup oē qđ exſtat Quibus eſt vna ſemp volūtas:⁊ a ſe diſcrepat haud vnqz triplicata ꝓſona. Nā cōſtat deitas vna/nō i tres deos diuiſa:qđ fides fatet a xpo:orthodoxe dedita Hec nāqz pellit delicta: patriā reddit ſerenā qua dulcē iubilāt agmina: ſymphoniā celica. Alti throni veſtigia: imitant ſtolis candidata. Operiunt qz binas quas captant / poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat gra dei:ſupera dem⁹ nra debita. Quatinus caterua celica nobis maneat:poſt funera ſocia. Ultimoqz ꝓacto diſcrimine poſcim⁹ alto ꝓfrui mor palatio. Quo ſpicua:flagrat lux accenſa ⁊ ſtāti flāma:q deus eſt vilio nra ⁊ ſalus eterna. Angelorū q illuſtrat fortiter pectora. Ut in xpo ſolo ſua:defigant lumina. Hec nāqz eſt ſitis:illa flagrās quatūc ſitiēt aīe ſanctorū vel corpora. Cū fuerint data: ꝓpetua eis ꝓ nobis a iudice premia. Secundum iohannem. iii.

In illo tpe. Erat homo ex phariſeis nichodemus noīe:princeps iu-

deor. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus qz a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Rñdit iesus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s natus fuerit denuo. nō potest videre regnū dei. Dicit ad eum nichodemus. Quō potest homo nasci cum sit senex: Nunq̄d potest in ventrē matris sue iterato introire ⁊ renasci: Respōdit iesus. Amē amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spū sancto. nō potest introire in regnū dei. Qđ natū est ex carne: caro est. Et qđ natū est ex spū: spiritus est Nō mireris. q̄ dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocē eius audis. sed nescis vnde veniat. aut quo vadat. Sic est oīs: q̄ nat⁹ est ex spū. Rñdit nichodemus: ⁊ dixit ei. Quō possunt hec fieri: Respōdit iesus: ⁊ dixit ei. Tu es magister i israel: et hec ignorας: Amē amē dico tibi: qz qđ scimus loquimur. ⁊ qđ vidimus testamur. ⁊ testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis: ⁊ nō creditis. quō si dixero vobis celestia credetis: Et nemo ascēdit in celū. nisi q̄ descendit de celo: filius hois q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. Ut oīs qui credit in ipso nō pereat: sed habeat vitam eternaz. Credo.

Offert. Benedictus sit deus pater: vnigenitusq; dei filius: sanctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Secreta.**

Sanctifica q̄s dñe deus trinitas sācta: p tui scti nois inuocationem huius oblationis hostiā: ⁊ p eā nosmetipsos tibi pfice munus eternū. Qui vivis ⁊ regnas deus. Per. **Prefatio.** Qui cū vnigenito. **Cōio.** Benedicimus deum celi ⁊ coram oībus viuentibus confitebimur ei qz fecit nobiscū misericordiā suam. **Postcōio.**

Proficiat nobis ad salutē corporis ⁊ aīe dñe deus noster huius sacramēti susceptio: ⁊ sempiterne sancte trinitatis eiusdēq; indiuidue vnitatis confessio. In qua vivis ⁊ regnas. Per totā ebdomadaz fiat memoria de trinitate ad missam de die: nisi in festo corporis xpi ⁊ dicit missa de trinitate quando de trinitate fit seruitiū: nisi missa **Salus populi.** dicēda fuerit per ebdomadam.

¶ In festo corporis xpi. **Officium.**

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya/ et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya alleluya. ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Kyrie fons. **Oratio.**

Deus q̄ nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti. tribue q̄s. ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis ⁊ regnas cū deo patre. **Ad corinthios.** i.xi.

Fratres. Ego enī accepi a dño. qđ ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs iesus. in qua nocte tradebat. accepit panē ⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ māducate/ hoc est corpus meū qđ p vobis tradet: hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicē: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū testamētum est. in meo sanguine: hoc facite quotienscūq; sumitis in meā cōmemorationē. Quotienscūq; enī māducabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis: mortē dñi annunciabitis donec veniat. Itaq; q̄cūq; manducauerit panē. vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet autem seip̄z homo: ⁊ sic de pane illo edat. ⁊ de calice bibat. Qui enī manducat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi manducat ⁊ bibit: nō diiudicās corpus dñi. **Gr.** Oculi oīm in te sperāt dñe: ⁊ tu das illis escā in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manū tuā ⁊ iples oē aīal bñdictōe. **Alla.** ℣. Caro mea vere est cibus ⁊ sāguis me⁹ vere est pot⁹: q̄ māducat meā carnē ⁊ bibit meū sāguinē i me manet ⁊ ego i eo

Lauda syon saluatorē: Sequētia lauda ducē ⁊ pastorē: in hymnis ⁊ cāticis. Quātū potes tantū gaude: qz maior oī laude: nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis vivus ⁊ vitalis: hodie ꝓponit. Quē in sacre mēsa cene: turbe fratrū duodene: datū nō ambigit. Sit laus plena sit sonora: sit iocūda: sit decora mētis iubilatio. Dies enī

solēnis agitur:in qua mense pzima re-
colit:huius institutio. In hac mēsa no-
ui regis:nouū pascha noue legis:phase
vetus termiat. Uetustatē nouitas:vm
bzā fugat veritas:noctē lux illuminat.
Mō in cena xps gessit:faciēdū hoc exps
sit:in sui memoziā. Docti sacris institu
tis:panē vinū in salutis:cōsecrām⁹ ho-
stiā. Dogma dat xpianis:q in carnem
trālit panis:ꝛ vinū in sāguinē. Mō nō
capis: qō nō vides: animosa firmat fi-
des:p̄ter rerū ozdinē. Sub diuersis spe
ciebus:signis tātū ꝛ nō rebus:latēt res
eximie. Caro cibus sāguis pot⁹:manet
tamē xps totus:sub vtraq; specie. A su-
mēte nō concisus:nō cōfractus nō diui
sus:integer accipit. Sumit vn⁹ sumūt
mille:quātū isti tantū ille:nec sumptus
2sumit. Sumūt boni:sumūt mali:soz-
te tamē inequali:vite vel iterit⁹. Moꝛs
est malis:vita bonis:vide paris sūpsio
nis:q̄ sit dispar exitus. Fracto demū sa
cramēto:ne vacilles sed memēto:tantū
esse sub fragmēto: quātū toto tegitur.
Nulla rei fit scissura:signi tantū fit fra
ctura:qua nec status nec statura: signa
ti minuit. Ecce panis angelozū:factus
cibus viatoꝛ:vere panis filioꝛ:nō mit
tendus canibus. In figuris pzesignat:
cū ysaac imolat: agnus pasce deputat:
datur māna patribus. Bone pastoꝛ pa
nis vere:iesu nr̄i miserere:tu nos pasce
nos tuere:tu nos bona fac videre:in ter
ra viuentiū. Tu q̄ cuncta scis ꝛ vales: q̄
nos pascis hic moztales:tu nos ibi com
mēsales:coheredes ꝛ sodales:fac sctoꝛ
ciuium. Secundum iohannem. vi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis. ꝛ turbis iudeoꝛ. Caro mea
vere est cibus:et sanguis meus vere est
potus. Qui manducat meā carnē ꝛ bi-
bit meū sanguinē:in me manet ꝛ ego i
illo. Sicut misit me viuēs pater:et ego
viuo ppter patrē. Et q̄ manducat me:
ꝛ ip̄e viuet ppter me. Hic est panis:q̄ de
celo descēdit. Nō sicut manducauerūt
patres vr̄i manna:ꝛ moztui sunt. Qui
mādducat hunc panē:viuet ineternum.
Offert. Sacerdotes domini incensum et pa-
nes offerunt deo:ꝛ ideo sancti erunt deo suo et
non polluent nomen eius alta. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis ꝛ pacis
ppicius dona cōcede: q̄ sub oblā-
tis muneribus mystice designant. Per
Pzefatio Quia p incarnati. Hec pzefa-
tio dz p totas oct. quando de oct. fit ser-
uitiū: et in cōmemozatione eius dē p to-
tū annū. Cōio Quotienscunq; manducabi-
tis panē hunc ꝛ calicē bibetis moztē dñi annun-
ciabitis donec veniat: itaq; quicunq; manduca
uerit panē vel biberit calicem dñi indigne: reus
erit cozpozis ꝛ sāguinis dñi alta. Postcōio.

Hac nos q̄s dñe diuinitatis tue sē-
piterna fruitōe repleri: quā pzecio-
si cozpozis ꝛ sanguinis tui. tēpozalis
pceptio p̄figurat. Qui viuis et regnas
cū deo p̄e. Per totā ebdāz dz eadē mis-
sa q̄n de oct. fit seruitiū: sz sine seq̄ntia ꝛ
Credo. vbi fiūt oct. cū regie chozi dz se-
quētia Ecce panis angeloꝛ. quotidie p
oct. ꝛ i oct. q̄n de oct. fit missa. ¶ Dñica
pzima post festū sctē trinitatis. Officiū

Dñe in tua mia speraui exulta
uit coz meū in salutari tuo cā
tabo dño q̄ bona tribuit mi-
chi p̄s. Usq;quo dñe obliuiscēris me in finem
vsq;quo auertis faciē tuā a me. Oratio.

Deus in te spērātiū foztitudo. ade-
sto ppicius inuocationibus no-
stris. et qz sine te nichil potest moztalis
infirmitas. pzesta auxiliū gratie tue: vt
in exequēdis mādatis tuis. et volūtate
tibi ꝛ actione placeamus. Per dominū
Memozia de trinitate fiat omnib⁹ dñi
cis vsq; ad aduentū dñi: nisi q̄n aliqua
dñica oīno differat. ¶ Notādū est q̄ q̄n
duplex festū p estatē in dñica cōtigerit:
nulla de dñica fiet memozia: licet aliq̄n
p necessitatē facta fuerit ad vesperas ꝛ
ad matutinas sub silētio vt alias dictū
est: sed quādo fit de aliquo festo. ix. lect.
in dñicis: semp fiat memozia de dñica.
et de trinitate ad missam q̄n ad vespas
ꝛ ad matutinas facta fuerit memozia.
Lectio epistole beati iohānis ap̄li. i. iiii.

Carissimi. Deus caritas est In hoc
apparuit caritas dei i nobis. quo
niā filiū suum vnigenitū. misit deus in

mundū: vt viuamus p eum. In hoc est caritas. nō quasi nos dilexerimus deū: sed qm̄ ipe prior dilexit nos. & misit filium suū propiciationē p peccatis nr̄is. Carissimi. si deus dilexit nos: & nos debemus alterutruz diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: deus in nobis manet. & caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus qm̄ in eo manemus. & ipe in nobis: qm̄ de spū suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur: qm̄ pater misit filiū suum. saluatorē mundi. Quisquis confessus fuerit qm̄ iesus est filius dei: deus i eo manet. & ipe in deo. Et nos cognouimus & credimus caritati: quā habet deus i nobis. Deus caritas est. Et q̄ manet in caritate: in deo manet. & deus i eo. In hoc pfecta est caritas nobiscū. vt fiduciā habeamus in die iudicii: q̄ sicut ille est. et nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est in caritate: sed pfecta caritas foras mittit timorē. qm̄ timor penaz habet. Qui autē timet: non est pfectus in caritate. Nos ergo diligamus deū: qm̄ ipe prior dilexit nos. Si quis dixerit qm̄ diligo deū. et fratrem suū oderit: mendax est. Qui enī nō diligit fratrē suū quem videt: deū quē nō videt. quomodo potest diligere. Et hoc mandatū habemus a deo: vt qui diligit deū: diligat & fratrez suum. Gr̄. Ego dixi dñe miserere mei: sana aiam meā q̄ peccaui tibi. ℣. Beatus q̄ intelligit sup egenū et pauperē: in die mala liberabit eū dñs. All'a. ℣. Verba mea auribus percipe dñe intellige clamorē meū. Nulla dr̄ sequētia qm̄ de dñica agit: vsq; ad aduētū dñi

Secundum lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo q̄daz erat diues & induebat purpura & bysso: & epulabat quotidie splendide. Et erat quidā mēdicus nole lazarus: q̄ iacebat ad ianuā eius. vlceribus plenus. cupiens saturari de micis q̄ cadebāt de mēsa diuitis. & nemo illi dabat. Sed et canes veniebāt: & lingebāt vlcera eius. Factū est aūt vt moreret mendicus: & portaretur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est autē et diues: et sepultus est in inferno. Eleuās autē oculos suos. cum esset in tormentis: vidit abrahā a longe & lazarū in sinu eius. Et ipe clamās: dixit. Pater abrahā miserere mei: et mitte lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā. vt refrigeret linguā meam. q̄r crucior̄ hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili recordare. q̄r recepisti bona in vita tua: & lazarus similiter mala. Nūc autē hic cōsolat: tu vero cruciaris. Et in his oībus inter nos & vos chaos magnum firmatū est: vt hiq̄ volunt hinc transire ad vos nō possunt. neq; inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pat: vt mittas eū in domū patris mei. Habeo enī q̄nq; fratres: vt testet illis. ne et ipsi veniant in hunc locū tormentor̄. Et ait illi abrahā. Habēt moysen & pphetas: audiant illos. At ille dixit. Nō pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiā agent. Ait autē illi. Si moysen & prophetas nō audiūt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent.

Offr. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus quoniam ad te orabo dñe.

Secreta.

Deus qui nos ad imaginē tuā conditos & sacramentis renouas. et preceptis supplicū preces & munera benignus accepta: vt quod fiducia nō habet meritorum: placationes obtineant hostiarum. Per dñm. Cōio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor & exultabo in te psallam nomini tuo altissime.

Postcōio.

Tantis domine repleti muneribꝰ presta quesumus: vt & salutaria dona capiamus. & a tua nūq̄ laude cessemus. Per dñm. Feria quarta. Lctō epistole beati petri apostoli. ii.i.

Carissimi. Notam fecimus vobis dñi nostri iesu xp̄i virtutē & prescientiā: speculatores facti ipsius magnitudinis. Accepit enī a deo patre honorē & glorią: voce delapsa ad eū huiusmodi a magnifica maiestate. Hic est filiꝰ meꝰ dilectus: in quo michi bene cōplacui ipsum audite. Et hanc vocē. nos audiuimus delapsam de celo: cū essemus cuz ipso in monte sancto. Et habemus fir-

dico tibi: non exies inde. donec reddas nouissimũ quadrantẽ. Audistis. qꝛ dictũ est antiquis: non mechaberis. Ego autẽ dico vobis: qꝛ oĩs qui viderit mulierẽ. ad cõcupiscẽdũ eã. iam mechatus est eam in coꝛde suo. Q̃ si oculus tuus dexter scãdalizat te: erue eũ et pice abs te. Expedit enĩ tibi vt pereat vnuꝫ mẽbꝛoꝝ tuoꝝ: ꝙ totũ coꝛpus tuum mittatur in gehennã. Et si dextera manꝰ tua scãdalizat te: abscide eã & pꝛotice abs te. Expedit enĩ tibi vt pereat vnũ mẽbꝛorũ tuoꝝ: ꝙ totum coꝛpus tuũ. eat in gehennam. ℂ Dominica. iiii. Officium.

Dominus illuminatio mea et salꝰ mea quẽ timebo: dominus defensoꝛ vite mee: a quo trepidabo: q̃ tribulãt me inimici mei infirmati sunt & ceciderũt. ℣. Si cõsistant aduersũ me castra: nõ timebit coꝛ meũ. Q̃o.

Protectoꝛ in te sperantiũ deus. sine quo nichil est validum. nichil sanctũ. multiplica super nos misericoꝛdiam tuã: vt te rectoꝛe te duce. sic trãseamus ꝑ bona tẽpoꝛalia. vt nõ amittamꝰ eterna. Per dñm. Ad romanos. viii.

Fratres. Existimo enĩ. ꝙ non sint cõdigne passiones huius tẽporis: ad futurã gloꝛiã que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature: reuelationẽ filioꝝ dei expectat Vanitati enĩ creatura subiecta est nõ volens: sed pꝛopter eũ qui subiecit in spe. Quia et ipsa creatura liberabit a seruitute coꝛruptõnis: in libertatem gloꝛie filioꝝ dei. Scimꝰ enĩ ꝙ oĩs creatura ingemiscit: & parturit vsq̃ adhuc. Non solũ autẽ illa: sed & nos ipsi. pꝛimitias spiritus habentes Et ipi intra nos gemimus. adoptiõem filioꝝ dei: expectãtes redemptionẽ coꝛporis nostri. In xꝑo ielu: dño nr̃o. G̃y.

℣. Pꝛopicius esto dñe peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eoꝝ. ℟. Adiuua nos deus salutaris noster: & pꝛopter honoꝛem nois tui dñe libera nos. Alla. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex & sup salutare tuum exultabit vehementer. Secundum lucam. vi.

In illo tẽpe. Dixit ielus discipulis suis. Estote misericoꝛdes: sicut & pater vester misericoꝛs est. Nolite iudicare: et nõ iudicabimini. Nolite condẽnare: & nõ condẽnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date: & dabit vobis. Mẽ surã bonã / & confertã / & coagitatã et supefluẽtem: dabunt in sinũ vestrũ. Eadẽ vero mẽsura qua mensi fueritis: remetiet vobis. Dicebat aũt illis: & similitudinẽ. Nũquid potest cecus cecũ ducere: Nonne ambo in foueã cadũt: Non est discipulus: sup magistrũ Perfectus autem oĩs erit: si sit sicut magister eius Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui: trabem aũt que in oculo tuo est non cõsideras: Aut quomodo potes dicere fratri tuo / frater. sine. eiiciã festucã de oculo tuo / ipse / in oculo tuo trabem non vides: Ypocrita: eiice pꝛimum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucam: de oculo fratris tui.

Offꝛ. Illumina oculos meos: ne vnq̃ obdoꝛmiam in moꝛte: nequando dicat inimicus meus pꝛeualui aduersus eum. Secreta.

Respice dñe q̃sumus munera supplicantis ecclesie: & saluti credentium ꝓpetua sanctificatione sumenda concede. Per dñz. Cõio. Dominus firmamentum meũ & refugiũ meum: & liberatoꝛ meus: deus meus adiutoꝛ meus. Postcõio.

Sancta tua nos dñe sumpta viuificent: et misericoꝛdie sempiterne pꝛeparẽt expiatos. Per. ℂ Feria. iiii. Lectio epĩe beati iohannis apostoli. ii.

Karissimi. In hoc scimus quoniaꝫ cognouimus deũ: si mãdata eiꝰ seruemus. Qui dicit se scire eũ. & mandata eius nõ seruat: mẽdax est. & in hoc veritas non est. Nam qui custodit verbũ eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus: quoniã in ipo sumꝰ. Qui dicit se in eo manere: debet quẽad modũ ille ambulauit: & ipse ambulare. Secundum matheum. xvii.

In illo tẽpe. Interrogauerũt discipuli ielũ: dicẽtes. Quid scribe dicũt. ꝙ helyã opoꝛteat pꝛimũ venire: At ille rñdens: ait eis. Helyas q̃dem venturus est: & restituet oĩa. Dico autẽ vobis: qꝛ helyas iam venit. & nõ cognouerunt

eum.sed fecerũt in eo ꝗcunq; voluerũt. Sic & filius hois pallur⁹ est ab eis. Tũc itellexerũt discipuli:q; de iohãne baptista dixisset eis. Et cũ venisset ad turbã: accessit ad eũ homo genubus puolut⁹ ante eũ dicẽs. Dñe: miserere filio meo: q; lunaticus est.et male patitur. Nã sepe cadit in ignẽ.& crebro in aquã:& obtuli eũ discipulis tuis.& nõ potuerũt curare eũ. Rñdens aũt iesus:ait. O generatio incredula & puersa. quousq; ero vobiscũ vsq;quo patiar vos:- Afferte huc illũ ad me. Et increpauit eũ iesus:& exiit ab eo demoniũ. Et curatus est puer: ex illa hora. ℭ Dominica.v. Officium.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te adiutor me⁹ esto ne derelinquas me/ neq; despicias me deus salutaris me⁹. ps. Dñs illuminatio mea & salus mea quẽ timebo. Oro a nobis ꝗs dñe: vt et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur.& ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dominum nostrum. Lectio epi'e beati petri apostoli. i.iii.

Carissimi. Oẽs vnanimes in oratione estote: cõpatiẽtes. fraternitatis amatores. misericordes. modesti. humiles. Non reddẽtes malũ p malo. vel maledictũ p maledicto: sed ecõtrario benedicẽtes. Qz in hoc vocati estis: vt benedictionẽ hereditate possideatis Qui enĩ vult vitã diligere.& cupit videre dies bonos: coerceat linguã suã a malo.& labia eius ne loquãtur dolũ. Declinet aũt a malo et faciat bonũ: inquirat pacẽ.& sequatur eã. Quia oculi dñi sup iustos:& aures eius in preces eor. Vultus aũt dñi: sup faciẽtes mala. Et quis est ꝙ vobis noceat. si boni emulatores fueritis:- Sed et si ꝙd patimini propter iusticiã: beati eritis. Timorem aũt eor ne timueritis: vt nõ turbemini. Dñm aũt xpm sanctificate: in cordibus vr̃is. Gr. Protector noster aspice deus:& respice super seruos tuos. ℣⁹. Dñe deus virtutũ: exaudi preces seruor tuor. Alla. ℣. In te dñe speraui nõ confundar in eternũ: in tua iusticia libera me et eripe me: inclina ad me aurẽ tuã accelera vt eripias me. Secundum lucam. v.

In illo tpe. Cum turbe irruerẽt ad iesum: vt audirẽt verbũ dei.& ipe stabat secus stagnũ genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autẽ descenderant.& lauabant rhetia. Ascendens aũt in vnã nauim ꝙ erat symonis: rogauit eũ vt a terra reduceret pusillũ. Et sedẽs: docebat de naucula turbas. Ut cessauit aũt loqui: dixit ad symonẽ. Duc in altũ:& laxate rhetia vestra in capturã. Et rñdens symõ: dixit illi. Preceptor p totã noctẽ laborãtes. nichil cepimus: in verbo aũt tuo laxabo rhete. Et cũ hoc fecissent: cõclusertũt piscium multitudinẽ copiosã. Rũpebatur aũt rhete eor:& ãnuerũt sociis ꝙ erãt in alia naui. vt venirẽt & adiuuarẽt eos. Et venerũt:& ipleuerũt ambas naucula. ita vt pene mergerent. Qd cũ videret symõ petrus: pcidit ad genua iesu dicẽs. Exi a me. qz homo pctor sum dñe. Stupor enĩ circũdederat eũ.& oẽs ꝙ cũ illo erant: in captura piscium quã ceperãt. Similiter aũt iacobũ & iohẽm filios zebedei: ꝙ erãt socii symonis. Et ait ad symonẽ iesus. Noli timere: ex hoc iã hoies eris capiẽs Et subductis ad terrã nauib⁹: relictis oib⁹ secuti sũt eũ. Offr.

Benedicã dñm qui michi tribuit intellectũ prouidebam deũ in conspectu meo semp qñ a dextris est michi ne commouear. Secreta.

Ascendant ꝗs dñe preces humilitatis nr̃e in conspectu clemẽtie tue:& descendat sup hec oblata virt⁹ tue diuinitatis quam nr̃is quoq; purificãdis mentibus largiaris. Per dñm. Cõio

Unã petii a dño hanc requirã vt inhabitẽ in domo dñi oĩbus diebus vite mee. Postcõio.

Mysteria nos dñe ꝗs sancta purificent:& suo munere tueant. Per. ℭ Feria.iiii. Ad timotheum. i.ii.

Carissime. Obsecro primũ oĩm fieri obsecratões. oratões. postulationes. gratiarũ actiones: p oĩbus hoĩbus. Pro regibus.& oĩbus ꝙ in sublimitate sunt cõstituti. vt quietẽ & trãquillã vitam agamus: in oi pietate & castitate Hoc enĩ bonũ est & acceptũ cor ã saluato

re nostro deo.qui oēs hoies vult saluos fieri:⁊ ad agnitionem veritatis venire. Unus enī deus.vnus ⁊ mediatoꝛ dei et hoim.homo xp̄s iesus:q̄ dedit redēptiō nē semetip̄z p oib⁹. Cuius testimoniū tēpoꝛibus suis.⁊ firmatū est: in quo positus sū ego p̄dicatoꝛ ⁊ ap̄lus. Veritatē dico nō mentioꝛ: doctoꝛ gentiū: in fide ⁊ veritate. Secundum lucam. viii.

In illo tp̄e. Factū est in vna dieꝝ: ⁊ iesus ascēdit in nauiculā.⁊ discipuli eius. Et ait ad illos. Trāsfretem⁹ trans stagnū. Et ascēderūt. Nauigantibus aūt illis:obdoꝛmiuit. Et descēdit procella venti in stagnū:⁊ cōpellebantur fluctibus ⁊ periclitabant. Accedētes aut ē:suscitauerūt eū dicentes. Pꝛeceptoꝛ: perimus. At ille surgens:increpauit vē tū ⁊ tempestatē aque.et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra:Qui timentes mirati sunt: adiuicē dicentes. Quis putas hic est:Quia ⁊ ventis imperat ⁊ mari: ⁊ obediunt ei. ℂ Dñica.vi. Officium.

Dñs foꝛtitudo plebis sue:et p̄tectoꝛ salutarium xp̄i sui est: saluum fac populū tuū dñe ⁊ benedic hereditati tue:⁊ rege eos vsq̄ in seculum.ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: ne q̄n taceas a me:et assimilabor descendentibus in lacum. Oꝛatio.

Deus q̄ diligentibus te.bona inuisibilia pꝛeparasti. infunde coꝛdibus nostris tui amoꝛis affectū:vt te oībus ⁊ super oīa diligentes. pmissiones tuas que omne desideriū superant. cōsequantur.Per d̄. Ad romanos. vi.

Fratres. Quicunq̄ baptizati sumus in xp̄o iesu:in moꝛte ip̄ius baptizati sumus. Cōsepulti enī sumus cū illo p baptismū in moꝛtē:vt quō surrexit xp̄s a moꝛtuis p gloꝛiā patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ābulemus. Si enī cōplātati facti sum⁹ similitudini moꝛtis ei⁹:simul ⁊ resurrectiōis erim⁹. Hoc sciētes.q̄ vetus homo noster simul crucifix⁹ est:vt destruat coꝛpus pcti.vt vltra nō seruiamus pctō. Qui enī moꝛtuus est:iustificat⁹ est a pctō. Si aūt moꝛtui sumus cum xp̄o:credimus q̄ simul etiā viuemus cū xp̄o. Sciētes q̄ xp̄s resurgēs ex moꝛtuis iā non moꝛit: moꝛs illi vltra nō dñabitur. Qd̄ enī moꝛtuus est pctō:moꝛtuus est semel. Qd̄ aūt viuit:viuit deo. Ita ⁊ vos existimate.vos moꝛtuos q̄dem esse pctō: viuentes aūt deo. In xp̄o iesu:dño nostro. Gr̄. Cōuertere dñe aliquantulū:⁊ deprecare super seruos tuos.℣. Dñe refugium factus es nobis a generatione ⁊ pgenie. Alla.℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Scd̄m matheum. v.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis.Amē dico vobis:q̄ nisi abūdauerit iusticia vestra.plus q̄ scribaꝛ et phariseoꝛ.nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis.q̄ dictū est antiquis:nō occides. Qui aūt occiderit:reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis: q̄ oīs q̄ iracsc̄it fratri suo.reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo racha:reus erit consilio. Qui aūt dixerit fatue:reus erit gehēne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuū ad altare.⁊ ibi recoꝛdat⁹ fueris q̄ frater tu⁹ habet aliq̄d aduersū te:relinque ibi munus tuū ante altare.⁊ vade p̄ius recōciliari fratri tuo. Et tūc veniēs: offeres mun⁹ tuū. Offꝛ. Pertice gressus meos in semitis tuis vt nō moueant̄ vestigia mea: inclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea mirifica misericoꝛdias tuas q̄ saluos facis sperātes i te dñe. Secreta

Propiciare dñe supplicatōibus nostris ⁊ has oblatōes famuloꝝ tuoꝝ benignus assume:vt qd̄ singuli obtulerūt ad honoꝛē tui nois cunctis p̄ficiat ad salutē. Per. Cōio. Circuibo ⁊ īmolabo in tabernaculo eius hostiā iubilatiōis cantabo ⁊ p̄salmum dicam dño. Postcōio.

Quos celesti dono dñe satiasti. pꝛesta quesumus:vt a nostris mundemur occultis.et ab hostiū liberemur incidtis. Per dñm. ℂ Feria.iiii. Lectio epistole beati iohannis apostoli. i.ii.

Carissimi. Non scripsi vobis quasi ignoꝛātibus veritatē. sed quasi sciētibus eā:q̄n oē mendaciū ex veritate nō est. Quis est mēdax.nisi is q̄ credit q̄n iesus nō est xp̄s:Hic est antixp̄s:

q̄ negat patrē et filiū. Qis q̄ negat filiū: nec patrē habet. Qui aūt confitet filiū: & patrē habet. Vos qđ audistis ab ītio: in vobis pmaneat. Qđ si in vobis permanserit. qđ audistis ab initio: & vos in filio et patre pmanebitis. Et hec est repromissio. quā ipe pollicitus est vobis: vita eterna. Secundum marcum. x.

In illo tpe. Cū egressus esset ihesus in via: pcurrēs q̄daz genuflexo ante eū. interrogabat eū dicens. Magister bone: qđ faciā vt vitā eternā percipiā: Jhesus aūt: dixit ei. Quid me dicis bonum: Nemo bonus: nisi solus deus Precepta nosti: Ille dixit. Que: Ne adulteres/ne occidas/ne furaris/ nō falsū testimoniuz dixeris: ne fraudē feceris/ honora patrē tuū & matrē. Et ille respōdens: ait illi. Magister bone: hec oīa custodiui a iuuētute mea. Jhesus aūt intuitus eū dilexit eū: & dixit ei. Unū tibi deest. Uade. vende q̄cūq; habes & da pauperib⁹: & habebis thesaurū ī celo: & veni sequere me. C Dñica.vii. Officium.

Omnes gētes plaudite manib⁹ iubilate deo in voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Deus virtutū cuius est totū quod est optimū. insere pectoribus nostris amorē tui nois. & presta in nobis religionis augmentū: vt q̄ sunt bona nutrias. ac pietatis studio. q̄ sunt nutrita. custodias. Per. Ad romanos. vi.

Fratres. Humanū dico: ppter infirmitatez carnis vestre. Sicut enī exhibuistis mēbra vestra seruire īmūdicie. & iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sctificationē. Cū enī serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quē ergo fructū habuistis tūc in illis. ī q̄bus nūc erubescitis: Nā finis illorum mors est. Nūc vero liberati a pctō: serui aūt facti deo. Habetis fructū vestrū in sāctificationē: finē vero vitā eternā. Stipendia enī peccati: mors. Gratia autē dei: vita eterna. In xpo ihesu: dño nostro. Gr. Uenite filii audite me timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū et illuminamini et facies vestre non confundent. Alleluya. ℣. Te decet hymnus deus in syon: & tibi reddetur votum in hierusalem. Secundum marcum. viii.

In illo tempore. Cum turba multa esset cum ihesu. nec haberent qđ manducarēt: conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbā: quia ecce iā triduo sustinent me. nec habent qđ mā ducent. Et si dimisero eos ieiunos ī dō mū suam: deficient in via. Quidā enim ex eis: de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine: Et interrogauit eos. Quot panes habetis: Qui dixerunt. Septē. Et precepit turbe: discumbere super terram. Et accipiens septem panes. gratias agens. fregit: & dabat discipulis suis. vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant piscciculos paucos: & ipos benedixit. et iussit apponi. Et manducauerunt: et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis: septem sportas. Erant autem qui manducauerunt. quasi quattuor milia: & dimisit eos. Offert. Sicut in olocaustum aretum & taurorum & sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo hodie: vt complaceat tibi. quia non est confusio confidentibus in te dñe. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris: & has oblationes populi tui benignus assume. & vt nullius sit irritum votū. nullius vacua postulatio. presta q̄s: vt qđ fideliter petim⁹. efficaciter cōsequamur. Per d. Cōio. Inclina aurē tuā accelera vt eruas nos. Postcōio.

Repleti dñe muneribus tuis. tribue q̄s: vt eorum mundemur effectu. & muniamur auxilio. Per dominū C Feria.iiii. Ad romanos. viii.

Fratres. Nichil nūc dānatiōis est his. q̄ sunt in xpō ihesu: q̄ nō scōm carnē ambulant. Lex enī spiritus vite ī xpō ihesu: liberauit me a lege pctī & mortis. Nam qđ impossibile erat legi: ī quo infirmabatur per carnē. deus filiū suū mittens in similitudinē carnis peccati.

Et de peccato dānauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleret in nobis. qui nō scōm carnē ambulamus: sz scōm spiritū. Qui enī scōm carnē sunt: que carnis sunt sapiūt. Qui vero scōm spiritū sunt: que sunt spūs sentiūt. Nā prudentia carnis mors est. Prudentia autem spiritus: vita ⁊ pax. In xpō iesu: dño nostro. Secundū matheum. xii.

In illo tpe. Abiit iesus sabbato p sata: discipuli aūt eius esuriētes. ceperūt euellere spicas ⁊ mānducare. Pharisei autē vidētes: dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt: qđ nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nō legistis quid fecerit dauid qñ esuriit ⁊ q̄ cū illo erant: Quō intrauit ī domū dei. ⁊ panes ppositiōis comedit quos nō licebat ei edere neq; his q̄ cū eo erāt. nisi solis sacerdotibus: Aut nō legistis in lege. q; sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violāt. ⁊ sine crimine sunt: Dico aūt vobis: q; tēplo maior est hic. Si autē sciretis qđ est mīaz volo ⁊ nō sacrificiū: nūq; cōdēnassetis innocētes. ℂ Dñica. viii. Officiū.

Suscepimus deus mīam tuā: in medio tēpli tui scōz nomē tuū deus ita ⁊ laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur. te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas. et omnia nobis profutura concedas. Per. Ad romanos. viii.

Frātres. Debitores sumus nō carni: vt scōm carnē viuamus. Si enī scōm carnem vixeritis: moriemini. Si autē spū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūq; enī spū dei aguntur: hi sunt filii dei. Non enī accepistis spīm seruitutis iterū in timore: sed accepistis spīm adoptōnis filior dei. in quo clamamus abba pater. Ipe enī spūs. testimoniū reddit spūi nr̄o: q; sumus filii dei. Si aūt filii: ⁊ heredes. Heredes qdē dei: coheredes aūt xpi. Gr. Esto michi in deū ptectorē: ⁊ in locū refugii vt saluū me faci-

as. ℣. Deus in te speraui. dñe nō confūdar in eternū. Alla. ℣. Attendite populе meus legem meam. Secundum matheum. vii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a falsis pphetis. q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrī secus aūt sūt lupi rapaces. A fructibus eor: cognoscetis eos. Nunq̄d colligunt de spinis vuas. aut de tribulis fic⁹? Sic oīs arbor bona: fruct⁹ bonos facit. Mala aūt arbor: fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū: excidet. ⁊ in ignē mittet. Igit ex fructibus eor: cognoscetis eos. Nō oīs q̄ dicit mihi dñe dñe. intrabit in regnū celor: sed q̄ facit volūtatē p̄ris mei q̄ ī celis est: ipe intrabit ī regnū celor. Offr. Populū humilē saluū facies dñe: et oculos superbor humiliabis: qm̄ quis deus preter te dñe. Secreta.

Deus qui legaliū differentias hostiarū vnius sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis oblatū ⁊ pari benedictiōe: sicut munera iusti abel sanctifica. vt qđ singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē/cunctis proficiat ad salutē. Per ð. Cōio. Gustate ⁊ videte quoniā suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo. Postcōio.

Tua nos domīe medicinalis operatio: et a nostris peruersitatib⁹ clementer expediat. ⁊ ad ea que sunt recta perducat. Per dominum nostrum.

ℂ Feria. iiii. Ad romanos. v.

Frātres. Cōmēdat deus suā caritatē in nobis: qm̄ cū adhuc peccatores essemus. scōm tēpus xps p nobis mortuus est. Multo igit magis iustificati nūc in sanguine eius: salui erimus ab ira p ipz. Si enī cū inimici essemus. recōciliati sumus deo p mortē filii ei⁹: multo magis recōciliati. salui erimus in vita ipius. Nō solū aūt: sz ⁊ gloriamur in dño. Per iesum xp̄m: dominū nostrum. Scōm marcum. ix.

In illo tpe. Dixerunt discipuli ad iesum. Magister: vidimus quēdam in nole tuo eicientem demonia. ⁊

phibuimus eñ:qz nõ sequitur nos. Jesus aũt:ait illis. Nolite phibere eñ. Nemo est enĩ q facit virtutẽ in noĩe meo: z possit cito male loqui de me Qui enim nõ est aduersuz vos: p vobis est. Quisquis enĩ potũ dederit vobis calicẽ aque frigide in noĩe meo.qz xpi estis:amẽ dico vobis nõ pdet mercedẽ suã. Et q̃cunqz scãdalizauerit vnũ ex his pusillis credẽtibus in me:bonũ est ei magis. si circũdaret mola asinaria in collo eius.et i mare mitteret. Et si scandalizauerit te manus tua:abscide illaz. Bonũ est tibi debilẽ introire ĩ regnũ dei:q̃ duas manus habentẽ ire in gehennã in ignẽ inextinguibilẽ. Ubi vermis eoz nõ mozitur:z ignis nõ extinguit Et si pes tuus scandalizat te:amputa illũ. Bonũ est tibi claudũ introire ĩ vitã eternã:q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextĩguibilis. Ubi vermis eoz nõ morit:z ignis nõ extinguit. Et si oculus tuus scandalizat te:erue eũ. Bonũ est tibi luscũ introire in regnũ dei:q̃ duos oculos habentẽ.mitti in gehennam ignis. Ubi vermis eoz nõ mozit:z ignis non extinguitur. ℂ Dominica.ix. Officiũ.

Ece deus adiuuat me et dñs susceptoz est aie mee/ auerte mala inimicis meis:z in veritate tua disperde illos ptector meus dñe. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: z in virtute tua libera me. Oratio.

Largire nobis dñe qs semp spiritum cogitandi que recta sunt p picius z agẽdi:vt qui sine te esse nõ possumus. secundũ te viuere valeamus. Per dñm. Ad corinthios. i.x.

Fratres. Non simus concupiscentes malorz:sicut et illi 2cupierũt Neqz idolatre efficiamini sicut quidaz ex ipis: quẽadmodũ scriptũ est. Sedit populus mãducare z bibere:z surrexerũt ludere. Neqz fornicemur sicut q̃daz ex ipis fornicati sunt:et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqz tẽptemus xpm sicut q̃dam eoz tẽptauerũt:z a serpẽtibus perierũt. Neqz murmuraueritis sicut q̃dam eoz murmurauerũt: et perierũt ab exterminatoze Hec aũt oĩa: in figura cõtingebãt illis. Scripta aũt sunt hec ad corzreptionẽ nostrã: in quos fines seculorz deuenerũt. Itaqz q̃ se existimat stare:videat ne cadat. Tẽptatio vos nõ apprehẽdat:nisi humana. Fidelis aũt deus est:q̃ non patiet vos tẽptari.supra id quod potestis. sed faciet cuz tẽptatione etiã pzouentũ:vt possitis sustinere. Gz. Dñe dns noster q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Alla. ℣ Exultate deo adiutorz nostro iubilate deo iacob: sumite psalmũ iocundũ cũ cythara.

Secundum lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit ielus discipulis suis:parabolã hanc. Homo q̃daz erat diues q̃ habebat villicũ:z hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius.Et vocauit illum:z ait illi. Quid hoc audio de te: Redde rationẽ: villicationis tue. Jam enĩ: non poteris villicare. Ait aũt villicus ĩtra se. Quid faciã.quia dñs meus aufert a me villicationem: Fodere non valeo:mẽdicare erubesco. Scio quid faciã:vt cũ amotus fuero a villicatione.recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaqz singulis debitoribus dñi sui:dicebat primo. Quãtũ debes dño meo: At ille dixit. Cẽtum cados olei. Dixitqz illi. Accipe cautionẽ tuã.z sede cito: et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantũ debes: Qui ait. Centũ chozos tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas:z scribe octogita. Et laudauit dns villicũ iniquitatis. qz prudenter fecisset:qz filii huius seculi.prudẽtioz filiis lucis in generatiõe sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis:vt cum defeceritis.recipiant vos: in eterna tabernacula. Offz. Justicie dñi recte letificãtes corda:z dulciora sup mel z fauũ. nam z seruus tuus custodiet ea. Secreta

Suscipe munera qs dñe. q̃ tibi de tua largitate deferim9:vt hec sacrosctã mysteria:gratie tue operãte virtute.z presentis vite nos cõuersatõe sãctificent.z ad gaudia sempiterna pdu-

cant.Per.Cõio.Primũ querite regnũ dei:& oĩa adiicientur vobis dicit dñs. Postcõio.

Sit nobis dñe ꝗs reparatio mẽtis & corporis celeste mysteriũ:vt cuius exequmus actionẽ.sentiam⁹ effectũ. Per dñm. C Feria.iiii. Ad romanos.vi

Fratres. Nescitis qm̃ cui exhibuistis vos seruos ad obediẽdũ. serui estis eius cui obedistis:siue pcti ad mortẽ:siue obeditionis ad iusticiã. Gratias aũt deo:qđ fuistis serui pcti.obedistis autez ex corde in eã formã doctrine in qua traditi estis. Liberati aũt a pctõ: serui facti estis iusticie. In xpo iesu:dño nostro. Secundum lucam. xvi.

In illo tpe.Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: & in maiore fidelis est.Et ꝗ in modico iniquus est:& in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuistis: qđ verũ est ꝗs credet vobis:Et si in alieno fideles nõ fuistis. qđ verũ est ꝗs dabit vobis:Nemo seruus: potest duob⁹ dñis seruire.Aut enim vnũ odiet.& alterũ diliget:aut vni adherebit.& alterũ contẽnet. Nõ potestis deo seruire& mãmone:Audiebant enim hec oĩa pharisei qui erant auari:et deridebant illum.Et ait illis.Vos estis ꝗ iustificatis vos coram hoĩbus:deus autez nouit corda vestra. Quia qđ hoĩbus altũ est:abhominatio est ante deum. C Dñica.x. Officium.

Oum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his ꝗ appropinquãt michi:& humiliauit eos qui est ante secula et manet ineternum:iacta cogitatum tuũ in dño & ipse te enutriet.ps. Exaudi deus orationem meam:& ne despexeris deprecationem meam intẽde michi & exaudi me. Oratio.

Pateãt aures misericordie tue domine.precibus supplicãtium:et vt petentibus desiderata concedas.fac eos que tibi placita sunt postulare.Per dñm. Ad corinthios. i.xii.

Fratres. Scitis qm̃ cũ gẽtes essetis:ad simulachra muta put ducebamini euntes Ideo notũ vobis facio: ꝗ nemo in spũ dei loquẽs.dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus:nisi in spũ sctõ.Diuisiões vero gratiarũ sunt:idem aũt spũs.Et diuisiões ministrationũ sunt:idẽ aũt dñs. Et diuisiones operationũ sunt:idẽ vero de⁹. ꝗ operat oĩa in oĩbus.Unicuiq aũt datur manifestatio spũs:ad vtilitatẽ.Alii qdez p spiritũ datur sermo sapiẽtie:alii autẽ sermo sciẽtie.scdm eundẽ spm̃. Alteri fides:in eodẽ spũ Alii gra sanitatũ: in vno spũ.Alii operatio virtutũ:alii pphetia.alii discretio spirituũ.Alii generа linguarũ:alii interpretatio sermonũ Hec aũt oĩa operat vnus atq idẽ spũs: diuidens singulis:prout vult. Gy. Custodi me dñe vt pupillam oculi:sub vmbra alarũ tuarũ protege me. ℣. De vultu tuo iudiciu meũ prodeat:oculi tui videant equitatẽ. Alla. ℣. Dñe deus salutis mee in die clamaui & nocte coram te. Secundum lucam. xix.

In illo tpe. Cũ appropinquaret iesus hierusalẽ:videns ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs. Qz si cognouisses & tu Et qdẽ in hac die tua ꝗ ad pacẽ tibi:nũc aũt abscõdita sũt ab oculis tuis. Qz ecce veniẽt dies in te.et circũdabũt te inimici tui vallo.& circũdabũt te & coangustabũt te vndiq.& ad terrã prosternẽt te: & filios tuos ꝗ in te sunt.Et nõ reliquẽt in te lapidẽ sup lapidẽ:eo q non cognoueris tẽpus visitatõis tue.Et ingressus in templũ:cepit eiicere vendentes in illo.& emẽtes.dicens illis.Scriptũ est:qz domus mea domus oratõnis est. Vos autẽ:fecistis illã.spelũcam latronũ. Et erat docẽs:quotidie in templo. Offert.

Ad te dñe leuaui aiam meã:deus meus i te cõfido nõ erubescã:neq irrideãt me inimici mei etei vniuersi ꝗ te expectãt nõ confundent. Secreta.

Quõcede nobis hec ꝗs dñe digne frequẽtare mysteria:qz quotiẽs huius hostie cõmemoratio celebrat opus nre redẽptionis exercetur.Per d. Cõio. Acceptabis sacrificiũ iusticie oblatões & holocausta super altare tuum dñe. Postcõio.

Tui nobis domine communio sacramenti.& purificationem conferat:& tribuat vnitatem.Per dominũ C Feria.iiii. Ad corinthios. i.xv.

Fratres. Non ois caro eadē caro: sed alia hoim. alia pecoꝝ. alia volucrū. alia āt pisciū. Et corpora celestia: et corpora terrestria. Sed alia q̄dē celestiū gloria: alia aūt terrestriū. Alia claritas solis: alia claritas lune. et alia claritas stellaꝝ. Stella aūt a stella differt in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Seminat in corruptōe: surgit i incorruptione. Seminat in ignobilitate: surget i gloria. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminat corpus aiale: surget corpus spiritale. Si est corpus aiale est ⁊ spiritale: sicut scriptū est. Fact⁹ est primus homo adā in aiam viuentē: nouissimus adam in spiritū viuificātem. Sed nō prius qd̄ spiritale est. sed qd̄ aiale: deinde qd̄ spiritale. In xp̄o iesu: dño nostro. Secundum lucam. xxi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite vobis: ne forte grauent corda vestra in crapula et ebrietate. ⁊ curis huius vite. ⁊ supueniat i vos repentina dies illa. Tanq̄ laqueus enim supueniet: i oēs q̄ sedēt sup faciē ois terre. Vigilate itaq; orātes oī tempore: vt digni habeamini fugere ista omnia. q̄ futura sunt: ⁊ stare ante filiū hominis.

¶ Dominica vndecima. Officium.

Deus in locō sancto suo. deus qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinem plebi sue. ps. Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui oīpotentiā tuā parcēdo maxime et miserando manifestas. multiplica sup nos gratiā tuam: vt ad tua promissa currētes. celestiū bonoꝝ facias esse hæredes. p. Ad corinthios. i. xv

Fratres. Notū vobis facio euāgeliū q̄d̄ predicaui vobis: q̄d̄ ⁊ accepistis in quo ⁊ statis. p q̄d̄ ⁊ saluamini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis q̄d̄ ⁊ accepi: qm̄ xp̄s iesus mortuus est p̄ pctis nostris. scōz scripturas. ⁊ q̄z sepultus est. et q̄z resurrexit tertia die scōm scripturas. ⁊ q̄z visus est cephe: ⁊ post hec vndecim. Deinde visus est plusq̄ quingentis fratrib⁹ simul: ex quibus multi manent vsq; adhuc. quidā autē dormierūt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime aūt oim: tanq̄ abortiuo visus est et michi. Ego enim sum minimus apostoloꝝ: qui nō sum dignus vocari apostolus. qm̄ persecutus sū ecclesiā dei. Gratia aūt dei sum: id q̄d̄ sum. Et gratia ei⁹: in me vacua nō fuit. Gr̄.

In deo sperauit cor meū ⁊ adiutus sum. ⁊ reflo ruit caro mea: ⁊ ex volūtate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Alla. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatōe ⁊ pgenie. Scōm lucā. xviii

In illo tp̄e. Dixit iesus ad quosdā: q̄ in se cōfidebāt tanq̄ iusti. ⁊ aspernabant ceteros: parabolam istā dicēs. Duo hoies ascēderūt in templū: vt orarent. Unus pharisēus: et alter publicanus. Pharisēus autē stans: hec apud se orabat. Deus. gr̄as ago tibi: q̄z nō sum sicut ceteri hoim. raptores. iniusti. adulteri. velut etiaz hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do oim q̄ possideo. Et publicanus a lōge stās: nolebat nec ad celū oculos leuare. sed percutiebat pectus suū dicēs. Deus: ppicius esto michi pctōri. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domū suā ab illo. Qz omis q̄ se exaltat humiliabit: ⁊ q̄ se humiliat: exaltabit. Offert. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te ⁊ sanasti me. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicata reddantur. q̄ sic ad honorē nois tui defe renda tribuisti: vt eadē remedia nostra fieri p̄stares. Per. Cōio. Honora dñm de tua substantia: ⁊ de primitiis frugum tuarum: vt impleantur horrea tua saturitate: ⁊ vino torcularia redundabunt. Postcōio.

Quesumus domine deus noster: vt quos diuini reparare non desinis sacramentis. tuis non destituas benignus auxiliis. Per dñm nostrum.

¶ Feria. iiii. Ad corinthios. i. vi.

Fratres. Nescitis qm̄ corpora vestra membra sunt xp̄i. Tollens

ergo membra xpi:faciã membra meretricis:Absit.An nescitis qm̃ q̃ adheret meretrici.vnũ corpus efficitur:Erunt enĩ inquit duo:in carne vna.Qui autẽ adheret dño:vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ.Omne enĩ peccatũ quodcũq; fecerit homo:extra corp⁹ est. Qui aũt fornicat:i corpus suũ peccat. An nescitis qm̃ mẽbra vestra templũ est spũs sãcti.q̃ in vobis est.quẽ habetis a deo.& non estis vestri:Empti enĩ estis pretio magno:glorificate & portate deũ:in corpore vestro. Secundum lucam. xviii.

In illo tpe.Dicebat ihesus discipulis suis.parabolã hãc.Qm̃ oportet semp orare:& nõ deficere.dicẽs. Judex q̃dam erat in quadã ciuitate:q̃ deũ non timebat.& hoiem non reuerebatur Vidua autẽ q̃dam erat.in ciuitate illa: & veniebat ad eũ dicẽs. Vindica me: de aduersario meo.Et nolebat per multũ tempus.Post hec aũt:dixit intra se. Et si deũ non timeo.nec hominẽ reuereor: tamẽ quia molesta est michi hec vidua vindicabo illã.ne in nouissimo veniens suggillet me Ait aũt dñs.Audite:quid iudex iniq̃tatis dixit.Deus aũt nõ faciet vindictã electorũ suorũ clamantiũ ad se die ac nocte.& patiẽtiã habebit i illis: Dico vobis:quia cito faciet vindictam illorum.¶Dominica.xii. Officium.

Deus in adiutorium meum intende:dñe ad adiuuandũ me festina:confundantur & reuereantur inimici mei qui querunt aiam meam.ps. Auertãtur retrorsum & erubescãt qui volunt michi mala. Oratio.

Omps sempiterne deus.qui abundantia pietatis tue & merita supplicum excedis & vota.effunde sup nos misericordiã tuam:vt dimittas que cõscientia metuit.& adiicias qđ oratio nõ presumit.Per.Ad corinthios. ii.iii.

Fratres.Fiduciã talẽ habemus per xpm̃ ad deũ:nõ q̃ sufficientes simus cogitare aliq̃d a nobis quasi ex nobis:sed sufficientia nra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti:nõ littere sed spiritu.Littera enĩ occidit:spiritus autẽ viuificat. Qđ si ministratio mortis.litteris deformata in lapidibus fuit in gloria.ita vt non possent intẽdere filii israel in faciẽ moysi propter gloriã vultus eius q̃ euacuat: quomodo nõ magis ministratio spũs erit i gloria:Nam si ministratio dãnationis in gloria est:multo magis abundat ministeriũ iusticie:in gloria.Grad. Benedicã dñm in oi tẽpore:semp laus eius in ore meo.℣. In dño laudabit aia mea:audiant mansueti & letent.Alla.℣. Venite exultemus dño:iubilemus deo salutari nostro. Alius ℣. Preoccupemus faciẽ eius in cõfessione & i psalmis iubilemus ei. Justi duo ℣.dñr per ebdam alternis vicibus:ita tamẽ q; ℣. Preoccupemus.primo dr̃ qñ de feria agitur.Et si nulla feria p ebdomadã ad hoc vacauerit:tũc vltimus ℣.eo ãno dño permittatur. Secundum marcum. vii.

In illo tpe. Exiens ihesus de finib⁹ tyri:venit per sydonẽ ad mare galilee. inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ & mutũ:& deprecabãt eũ vt imponat illi manũ.Et apprehendẽs eũ de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius.& expuẽs tetigit linguã eius.Et suspiciens in celũ: ingemuit & ait illi.Effeta:qđ est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius:et solutũ est vinculũ lingue eius.& loquebatur recte.Et precepit illis:ne cui dicerẽt Quanto autẽ eis precipiebat:tãto magis plus predicabant.& eo amplius admirabant dicẽtes.Bene oia fecit:& surdos fecit audire:& mutos loqui. Offr. Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui & dixit: precatus est moyses in conspectu dñi dei sui & dixit:quare dñe trascteris i populo tuo:parce ire anime tue memento abraham isaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel:& placatus factus est dominꝰ: de malignitate quã dixit facere populo suo. Secreta.

Respice q̃s dñe nostrã ppicius seruitutẽ:vt qđ offerimꝰ sit tibi munus acceptũ.sitq; nostre fragilitati subsidium.Per.Cõio. De fructu operum tuorũ dñe satiabitur terra:vt educas panẽ de terra:& vinũ letificet cor hois:vt exhilaret faciem

in oleo ⁊ panis coꝛ hoꝛis cõfirmet. Postcõio.
SEntiamus dñe ꝗs tui ꝓceptione sacramenti. subsidiũ mentis et coꝛpoꝛis: vt in vtroq; saluati. celestis remedii plenitudine gloꝛiemur. Per dñm
℣ Feria.iiii. Ad coꝛinthios. ii.iiii.
HFratres. Non nosmetipos ꝓdicamus: sed iesum xp̃m dñm nr̃m Nos aũt seruos vr̃os p ihesũ. Qm̃ deus q̃ dixit de tenebꝛis lucẽ splẽdescere: illuxit in coꝛdibus nr̃is ad illuminatiõem scientie claritatis dei. in faciẽ xp̃i iesu. Habemus aũt thesaurũ istũ. in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei. ⁊ nõ ex nobis. In oĩb⁹ tribulationẽ patimur: sed nõ ãgustiamur Apoꝛiamur: sed nõ destituimur. Persecutionẽ patimur: sꝫ nõ derelinq̃mur: humiliamur. sed nõ ⁊confundimur. Deiicimur: sed non perimus. Sẽp moꝛtificationẽ iesu xp̃i in coꝛpoꝛe nostro circũferẽtes: vt ⁊ vita iesu: in coꝛpoꝛibus nostris manifestet. Secundum matheum. xi.
In illo tp̃e. Cepit iesus exp̃ꝛobꝛare ciuitatibus in q̃b⁹ facte sũt pluri me virtutes ei⁹. q̃ꝛ nõ egissẽt penitẽtiã. Ve tibi coꝛozaim: ve tibi bethsaida Qꝛ si in tyꝛo ⁊ sydone facta essent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cinere ⁊ cilicio penitentiã egissent. Verumtamen dico vobis: tyꝛo et sydoni remissius erit in die iudicii ꝗ̃ vobis. Et tu capharnaũ: nunquid vsq; in celũ exaltaberis? Vsq; infernũ descẽdes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes q̃ facte sunt in te: foꝛte mãsissẽt vsq; in hũc diẽ. Verũtamen dico vobis: q̃ꝛ terre sodomoꝛ remissius erit in die iudicii: ꝗ̃ tibi.
℣ Dominica.xiii. Officium.
RElpice dñe in testamentũ tuũ ⁊ alas pauperũ tuoꝝ ne derelinquas in finẽ: exurge dñe iudica causã tuã: ⁊ ne obliuiscaris voces q̃rentiũ te ꝗs. Ut q̃d repulisti in finẽ: iratꝰ est furoꝛ tuus super oues pascue tue. Oꝛatio.
Ops ⁊ misericoꝛs deꝰ de cuiꝰ miserere vẽit: vt tibi a fidelib⁹ tuis. digne ⁊ laudabiliter seruiat. tribue nobis ꝗs vt ad ꝓmissiões tuas sñ offẽsiõe curram⁹. ꝑ.

Ad galathas. tertio.
HFratres. Abꝛahe dicte sunt ꝓmissiones: ⁊ semini eius. Non dicit ⁊ seminibus quasi in multis: sed quasi in vno. ⁊ semini tuo q̃ est xp̃s. Hoc aut̃ dico testamentũ ꝛfirmatũ a deo: q̃ post quadꝛingẽtos ⁊ trigita annos facta est lex. nõ irritũ facit ad euacuandã ꝓmissionẽ. Nam si ex lege esset hereditas: iã non ex ꝓmissione. Abꝛahe aut̃ ꝑ repꝛomissionẽ donauit deus. Quid igit̃ lex? Propter trãsgressionẽ posita est: donec veniret semẽ. cui ꝓmiserat oꝛdinata ꝑ angelos in manu mediatoꝛis. Mediatoꝛ aũt vnius nõ est: deus aũt vnus est Lex ergo aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si enĩ data esset lex. q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub pct̃o: vt ꝓmissio ex fide iesu xp̃i: daret̃ credẽtibus. Gꝛ. Respice dñe in testamentũ tuũ: ⁊ alas pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica causã tuã: memoꝛ esto oppꝛobꝛii seruoꝝ tuoꝝ. Alla. ℣. Qm̃ deus magnus dñs ⁊ rex magn⁹ sup̃ oẽm terram. Secundum lucam. x.
IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi q̃ vidẽt que vos vidẽtis. Dico enĩ vobis: q̃ multi ꝓphete ⁊ reges voluerunt videre q̃ vos videtis. ⁊ nõ viderũt / ⁊ audire q̃ auditis ⁊ nõ audierũt. Et ecce q̃dam legisperit⁹ surrexit: tẽptans illum et dicẽs. Magister: quid faciẽdo. vitã eternam possidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? Ille respondens: dixit. Diliges dñm deũ tuũ. ex toto coꝛde tuo. ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex omnib⁹ viribus tuis. ⁊ ex omni mẽte tua. ⁊ pꝛoximũ tuum sicut teip̃m. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac ⁊ vives. Ille autem volens iustificare seip̃m: dixit ad ihesum. Et q̃s est meus ꝓximus? Suspiciens aũt ihesus: dixit. Homo q̃dã descendebat ab hieꝛusalẽ in hierico: ⁊ incidit i latrones. Qui etiã despoliauerũt eũ: et plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Accidit aũt vt sacerdos q̃dã descenderet eadẽ via: ⁊ viso illo pꝛeteriuit. Similiter ⁊ leuita cum esset secus locum ⁊

videret eũ:ptransiit. Samaritanus au tẽ q̃dam iter faciẽs venit secus eũ:et videns eũ:mĩa motus est. Et appropians alligauit vulnera eius:infundẽs oleũ ⁊ vinũ. Et imponẽs illũ in iumentũ suũ: duxit in stabulũ.⁊ curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios:⁊ dedit stabulario ⁊ ait. Curam illius habe. Et q̃cunq; superogaueris:ego cũ rediero reddã tibi. Quis horũ triũ videt tibi proximus fuisse illi q̃ incidit ĩ latrones: At ille dixit. Qui fecit misericordiã in illũ. Et ait illi iesus. Vade:⁊ tu fac similiter.

Offr. In te speraui dñe: dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Hostias q̃s dñe propicius intende. quas sacris altaribus exhibem⁹ vt nobis indulgentiã largiendo.tuo nomini dent honorẽ.Per.**Cõio.** Panẽ de celo dedisti nobis dñe:habentẽ omne delectamentum ⁊ oẽm saporem suauitatis. **Postcõio.**

Uiuificet nos dñe q̃s huius participatio sancta mysterii:⁊ pariter nobis expiatõez tribuat⁊ munimẽ.Per

Feria.iiii. Ad thessalonicẽses. i.ii.

Fratres. Memores estis laborũz nostrorũ et fatigationũ. nocte et die operãtes:ne quẽ vestrũ grauarem⁹ Predicauimus enĩ in vobis euangeliũ dei. Vos enĩ testes estis.⁊ deus:q̃ sctẽ ⁊ iuste et sine querela vobis.q̃ credidistis affuim⁹. Sicut scitis.qualiter vnũquẽq; vestrũ.tanq̃ pater filios suos deprecãtes vos ⁊ cõsolãtes testificati sumus. vt ambularetis digne deo: qui vocauit vos in regnũ suum⁊ gloriã. Ideo ⁊ nos gratias agimus deo sine intermissiõe: q̃m cũ accepisletis a nobis verbũ auditus dei:accepistis illud nõ vt ũbũ hoim Sed sicut est vere verbũ dei:q̃ operatur in vobis. **Scõm matheum. xii.**

In illo tpe. Abeũtes pharisei conciliũ faciebãt aduersus iesum:quõ eũ pderent. Iesus aũt sciens:recessit inde. Et secuti sũt eũ multi: ⁊ curauit eos oẽs. Et precepit eis ne manifestũ eũ facerent:vt adimpleret q̃ dictũ est p ysaiã pphetã dicẽtẽ. Ecce puer meus quem elegi:dilectus meus.in quo bene cõplacuit aie mee. Ponã spiritũ meũ sup eũ: ⁊ iudiciũ gentibus nũciabit. Nõ cõtendet neq; clamabit:neq; audiet aliquis i plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet.⁊ lignum fumigans non extinguet:donec eiiciat ad victoriam iudicium: et in noie eius gẽtes sperabunt. ℭ **Dñica.xiiii. Officium.**

Protector noster aspice deus et respice in faciem xp̃i tui quia melior est dies vna ĩ atriis tuis super milia. ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini. **Oratio.**

Omps sẽpiterne deus. da nobis fidei spei ⁊ caritatis augmentũ: vt mereamur assequi q̃d pmittis.fac nos amare q̃d p̃cipis.Per. **Ad galathas. v.**

Fratres.Spiritu ambulate:⁊ desideria carnis nõ pficietis.Caro enĩ cõcupiscit aduersus spiritũ:spũs autẽ aduersus carnẽ.Hec enĩ sibi inuicem aduersant:vt nõ quecũq; vultis illa faciatis. Q̃d si spũ ducimini:nõ estis sub lege.Manifesta aũt sunt opera carnis: q̃ sunt fornicatio/immũdicia/ auaricia impudicitia/luxuria/ idolorũ seruitus/ veneficia/inimicitie/cõtentiões/ emulationes/ire/rixe/ dissentiões/ secte/ inuidie/homicidia/ ebrietates/ comessationes.⁊ his similia.Que predico vobis sicut predixi:q̃m q̃ talia agunt.regnũ dei nõ cõsequent. Fructus aũt spũs est: caritas/gaudiũ/pax/patiẽtia/lõganimitas/bonitas/benignitas/mansuetudo/ fides/modestia/cõtinẽtia/castitas. Aduersus huiusce modi:nõ est lex. Qui autẽ sunt xp̃i:carnẽ suã crucifixerũt:cũ viciis ⁊ cõcupiscẽtiis.**Gr.** Bonũ est confiteri dño:⁊ psallere noi tuo altissime.ỽ. Ad annũciandũ mane miam tuã ⁊ veritatẽ tuã p̃ noctẽ. **Alla.ỽ.** Confitemini dño⁊ inuocate nomẽ ei⁹ annũciate ĩter gẽtes opa ei⁹. **Scõz lucã. xvii**

In illo tpe. Cũ iret iesus in hierusalem:trãsibat p̃ mediã samariã et galileã. Et cũ ingrederet quoddã castellũ:occurrerunt ei decẽ viri leprosi. Qui steterũt a lõge:⁊ leuauerũt vocẽ dicẽtes Iesu preceptor:miserere nostri. Quos

vt vidit:dixit. Jte: ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irēt:mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit. qz mundatus est: regressus est cū magna voce magnificans deū. Et cecidit i faciē ante pedes eius:gratias agēs. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihesus:dixit. Nonne decem mundati sunt. ⁊ nouem vbi sunt: Non est inuētus qui rediret. ⁊ daret gloziam deo:nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge ⁊ vade:quia fides tua: te saluum fecit. Offertoziū. Jmmittit angelus domini in circuitu timentium eum ⁊ eripiet eos:gustate ⁊ videte quoniam suauis est dñs. Secreta.

Propiciare domine populo tuo. p piciare muneribus: vt hac oblatione placatus. et indulgentiam nobis tribuas. ⁊ postulata concedas. Per dominū nostrum. Cōio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcōio.

Sumptis dñe celestibus sacramētis:ad redemptionis eterne. qlumus proficiamus augmentum. Per. Feria.iiii. Ad corinthios. ii.vi.

Fratres. Nolite iugum ducere cū infidelibus: sed cum fidelibus. Que enī participatio iusticie cū iniquitate: Aut q̄ societas luci ad tenebras: Que autē conuentio xpi ad belial: Aut que pars fideli cū infideli: Quis autez cōsensus templo dei cū idolis: Vos aūt estis templuz dei viui: sicut dicit deus. Quoniā inhabitabo in illis ⁊ inambulabo inter eos. ⁊ ero illoz deus: ⁊ ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eoz̄um:et separamini dicit dñs. Vos qui portatis vasa dñi: ⁊ immūdū ne tetigeritis. Et ego recipiā vos:et ero vobis in patrē. ⁊ vos eritis mihi in filios ⁊ filias. dicit dñs oīpotēs. Has igit̄ pmissiones habentes carissimi: mūdemus nos ab oī inquinamento carnis ⁊ spūs. pficientes sanctificationē:i timore dei. Secundum lucam. xii.

In illo tpe. Ait ad ihesum quidā de turba. Magister: dic fratri meo. vt diuidat mecū hereditatez. At ille dixit ei. Homo:quis me constituit iudicē aut diuisorem supra vos: Dixitq̄ ad illos. Videte et cauete ab omni auaricia: qz non in abundantia cuiusq̄ vita eius est. ex his q̄ possidet. Dixit aūt similitudinē:ad illū dicēs. Hois cuiusdā diuitis vberes fruct⁹ ager attulit:et cogitabat intra se dicens. Quid faciā q̄ nō habeā quo congregē fructus meos: Et dixit. Hoc faciā. Destruā horrea mea. ⁊ maiora faciā:⁊ illuc congregabo oīa que nata sunt mihi. ⁊ bona mea. et dicam aie mee. Anima:habes multa bona posita in annos plurimos:requiesce/comede/bibe/⁊ epulare. Dixit aūt illi deus. Stulte:hac nocte aiam tuā repetent a te:que autē parasti cuius erunt: Sic est q̄ sibi thesaurizat:⁊ nō est in deo dines. Dixit q̄z ad discipulos suos. Ideo dico vobis: nolite solliciti esse aie vestre. qd manducetis. neq̄z corpori vestro quid induamini. Aia plus est q̄ esca:et corpus plus q̄ vestimentū. Considerate coruos:qz nō semināt neq̄z metunt. Quibus non est cellariū neq̄z horreū:⁊ deus pascit illos.

Dominica.xv. Officium.

Inclina dñe aurē tuā ad me et exaudi me: saluū fac seruuz tuū deus meus sperātem in te:miserere mihi dñe qm̄ ad te clamaui tota die. ps. Letifica aiaz serui tui:qm̄ ad te dñe animam meam leuaui. Oratio.

Custodi dñe qs ecclesiā tuā ppicia tione ppetua:⁊ qz sine te labit̄ humana mortalitas. tuis semp auxiliis ⁊ abstrahat̄ a noxiis. et ad salutaria dirigatur. Per dñm. Ad galathas. vi.

Fratres. Si spū viuimus:spiritu ⁊ ambulemus. Non efficiamur inanis glozie cupidi:inuicē puocantes. inuicē inuidētes. Fratres. et si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spūales estis huiusmodi instruite in spū lenitatis. considerās teip̄m. ne et tu tēpteris. Alter alterius onera portate:⁊ sic adimplebitis legē xpi. Nam si qs se existimat aliquid esse cū nichil sit: ipe se seducit. Opus autē suū probet vnusq̄sq̄z:⁊ sic in semetipso tantū gloziā habebit. ⁊ non in altero. Vnusquisq̄z enī on⁹

suũ portabit. Cõmunicet aũt is. qui catheziſatur verbo: ei q̃ ſe cathezisat in oĩbus bonis. Nolite errare: deus nõ irridetur. Que enĩ seminauerit homo: hec & metet. Mñ q̃ seminat in carne sua: de carne & metet corruptionẽ. Qui aũt seminat in ſpũ: de ſpũ metet vitã eternã. Bonũ aũt facientes nõ deficiamus: tẽpore enĩ suo metemus. nõ deficientes. Ergo dũ tẽpus habem⁹: operemur bonũ ad oẽs Maxime aũt: ad domesticos fidei. Gr. Bonũ est confidere in dño q̃ confidere in hoĩe. ℣. Bonũ est sperare in dño q̃ sperare in pricipibus. Alla. ℣. Paratũ cor meum deus: paratũ cor meũ cãtabo & psallã tibi in gloria mea. Secundum matheum. vi.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enĩ vnũ odio habebit & alterũ diliget: aut vnũ sustinebit & alterũ cõtẽnet. Nõ potestis deo seruire: & mãmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis aie vestre. q̃d mãducetis. neq; corpori vro q̃d induamini. Nõne aia plus est q̃ esca. & corpus plus q̃ vestimentũ: Respicite volatilia celi: q̃m non serũt. neq; metũt neq; cõgregãt in horrea. et pater vester celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis: Quis aũt vestrũ cogitãs. potest adicere ad staturã suã cubitum vnũ: Et de vestimẽto q̃d solliciti estis: Cõsiderate lilia agri: quomodo crescũt Non laborant: neq; nent. Dico autẽ vobis: q̃m nec salomon in oĩ gloria sua. coopertus est sicut vnũ ex istis. Si aũt fenũ agri q̃d hodie est. et cras i clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis vos minime fidei: Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: q̃d manducabimus. aut q̃d bibemus. aut quo operiemur: Hec enĩ oĩa: gentes inquirũt. Scit enĩ pater vester: q̃ his oĩbus indigetis. Querite ergo primũ regnum dei & iusticiã eius: et hec oĩa: adicientur vobis. Offy. Expectans expectaui dñm & respexit me & exaudiuit deprecationẽ meã & immisit in os meũ canticũ nouum: hymnum deo nostro. Secreta.

Concede nobis dñe q̃sum⁹: vt hec oblatio salutaris. et nostros fiat purgatio peccatorũ. & tue ppiciatio pietatis. Per dñm nostrum. Cõio. Qui mãducat carnem meã & bibit sanguinẽ meũ in me manet & ego in eo dicit dñs. Postcõio.

Purificent semper & muniant tua sacramenta nos deus: & ad perpetue ducant saluationis effectum. Per. Feria.iiii. Ad timotheum. i. primo.

Carissime. Scimus autẽ q̃ bona est lex: si quis ea legitime vtatur Sciẽs hoc. q̃ iusto nõ est lex posita. sed iniustis. & nõ subditis: impiis & peccatoribus sceleratis. & cõtaminatis. patricidis. & matricidis. homicidis. fornicariis. masculorũ cõcubitoribus. plagiariis mendacibus. & periuriis. Et si quid aliud sane doctrine aduersat: q̃ est secũdũ euãgeliũ glorie beati dei. qd̃ creditum est michi. Gratias ago ei. q̃ me cõfortauit in xp̃o ihesu dño nostro: q̃ fidelẽ me existimauit ponens in ministerio. q̃ prius fui blasphemus. & psecutor & tumelios⁹. Sed miaz dei cõsecutus sum: q̃ ignorãs feci. in incredulitate. Superabũdauit autem gratia dñi nostri cũ fide & dilectõe: que est in xp̃o ihesu: dño nostro. Secundum lucam. xx.

In illo tpe. Factũ est in vna dieruz. docẽte ihesu populũ in tẽplo & euãgelizante: cõuenerũt principes sacerdotũ. & scribe cũ senioribus. et aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis. in qua potestate hec facis: aut q̃s est qui dedit tibi hãc potestatẽ: Rñdens autẽ ihesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ: respõdete michi. Baptismus iohãnis de celo erat. an ex hoĩbus: At illi cogitabãt intra se dicẽtes. Q̃ si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi: Si aũt dixerimus ex hoĩbus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sũt enĩ: iohannẽ pphetã esse. Et rñderunt se nescire: vnde esset. Et ihesus: ait illis. Neq; ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

Dominica.xvi. Officium.

Miserere michi dñe quoniaz ad te clamaui tota die q̃ tu dñe suauis ac mitis es & copiosus in misericordia oĩbus inuocantibus te

ps. Inclina dñe aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiam tuã dñe quesumus. miseratio continuata mũdet ⁊ muniat: ⁊ quia sine te non potest salua consistere / tuo semper munere gubernet. Per dñm. Ad ephesios. iii.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulatiõibus meis p vobis: q̃ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ dñi mei ihesu xp̃i: ex quo oĩs paternitas in celis ⁊ i terra noiatur. Ut det vobis scõm diuitias glorie sue virtutẽ corroborari: p spiritũ eius in interiori hoie. xp̃m habitare per fidẽ in cordibus vestris. In caritate radicati ⁊ fundati: vt possitis cõprehẽdere cũ oĩbus sctis. q̃ sit latitudo / longitudo / ⁊ sublimitas ⁊ pfundũ. Scire etiaz supeminentẽ sciẽtie caritatẽ xp̃i: vt impleamini in oẽz plenitudinẽ dei. Ei autẽ q̃ potens est oĩa facere supabundanter q̃ petimus aut intelligimus: secundũ virtutẽ que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia ⁊ in xp̃o ihesu: in oẽs generatiões seculi seculoz amen. Gr. Timebunt gentes nomen tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloriã tuã. ℣. Quoniam edificauit dñs syon ⁊ videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Qui timent dñm sperent in eum adiutor et protector eorum est. Secundum lucam. vii.

In illo tpe. Ibat ihesus in ciuitatem que vocatur naim: ⁊ ibãt cum eo discipuli eius. ⁊ turba copiosa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebaf filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quaz cũ vidisset dñs: misericordia motus super eã. dixit illi. Noli flere. Et accessit: ⁊ tetigit loculum. Hi aũt qui portabant: steterũt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus. ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illã matri sue. Accepit autem oẽs timor: ⁊ magnificabant deũ dicẽtes. Quia pphẽta magnus surrexit in nobis: ⁊ q̃z deus visitauit: plebẽ suam. Offr. Dñe i auriẽ meũ respice: cõfundanf ⁊ reuereãtur q̃ querunt aiam meã vt auferant eã. Secreta.

Tua nos dñe quesumus sacramẽta custodiant: ⁊ cõtra diabolicos tueantur semp incursus. Per d. Cõio.

Dñe memorabor tusticie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea: ⁊ vsq̃z in senectam ⁊ senium deus ne derelinquas me. Postcõio.

Mentes nostras ⁊ corpora possideat q̃s dñe doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis. sed iugiter eius preueniat effectus. Per dñm.

C Feria.iiii. Ad collocenses. ii.

Fratres. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam. ⁊ ianem fallaciam scõm traditionem hoim. secundũ elementa mundi: ⁊ non secundũ xp̃m. Quia in ipso habitat oĩs plenitudo diuinitatis. corporaliter: ⁊ estis in illo repleti. qui est caput oĩs pricipatus ⁊ potestatis. In quo et circuncisi estis circuncisione non manufacta. in expoliatione corporis carnis: sed in circuncisione xp̃i. Consepulti ei in baptismo: i quo ⁊ resurrexistis. per fidem operatõis dei q̃ suscitauit illum a mortuis. Et vos cũ essetis mortui i delictis. ⁊ preputio carnis vestre: conuiuificauit cũ illo. donãs nobis oĩa delicta. Per ihesum xp̃m: dñz nostrum. Secundum marcum. viii.

In illo tpe. Venit ihesus bethsaidã: ⁊ adducunt ei cecũ. et rogabãt eũ vt illũ tangeret. Et apprehendens manũ ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculis eius: iposito manibus suis. interrogauit eũ si aliquid videret. Et aspiciens: ait. Video hoies: velut arbores ambulantes. Deinde iterũ impo suit manus sup oculos ei⁹. ⁊ cepit videre: ⁊ restitut⁹ est ita vt videret clare oĩa. Et misit illũ in domũ suã: dicẽs. Vade in domũ tuã: ⁊ si in vicũ itroieris: nemini dixeris. C Dñica.xvii. Officium.

Iustus es dñe et rectũ iudiciũ tuũ fac cũ seruo tuo secundũ miam tuã. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Tua nos dñe. q̃sumus gratia sem p ⁊ preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per dñm. Ad ephesios. iiii.

Fratres. Obsecro itaq; vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis in vocatõe qua vocati estis. cũ oi humilitate & mãsuetudine. cũ patienta. supportantes inuicẽ in caritate. solliciti seruare vnitatẽ spũs. in vinculo pacis. Unũ corpus et vnus spũs: sicut vocati estis in vna spe vocatõis vestre. Un⁹ dñs. una fides: vnũ baptisma. Unus deus & pater oim: qui est sup oẽs. & per oia. in omnibus nobis. Qui est benedictus: in secula seculoꝝ amen. Gr. Beata gẽs cuius est dñs deus eoꝝ populus quẽ elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius ois virt⁹ eoꝝ. Alla. ℣. Dextera dñi fecit virtutem dextera domini exaltauit me. Secundum lucam. xiiii.

In illo tpe. Cũ intraret iesus in domũ cuiusdã principis pharisеoꝝ sabbato mãducare panẽ: & ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo qdam ydropicus: erat ante illũ. Et respõdens iesus: dixit ad legisperitos & phariseos. dicens. Si licet sabbato curare: At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensũ sanauit eũ: ac dimisit. Et rñdens ad illos: dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet. & nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati: Et nõ poterãt ad hec: respondere illi. Dicebat autẽ & ad inuitatos parabolã: intẽdens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: nõ discũbas in primo loco. ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniẽs is qui te et illũ vocauit: dicat tibi. Da huic locũ. Et tunc incipies cum rubore: nouissimũ locũ tenere. Sed cũ vocatus fueris: vade recũbe in nouissimo loco. Ut cũ venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: ascẽde superius. Tũc erit tibi gloria: coram simul discũbentib⁹ Quia ois qui se exaltat humiliabitur: & q̃ se humiliat: exaltabitur. Offr. Orauit deum meũ ego daniel dicens: exaudi dñe preces serui tui: illumina faciẽ tuã sup sanctuariũ tuũ: & propicius intende populum istũ sup quẽ inuocatũ est nomen tuum deus. Secreta.

Munda nos q̃s dñe sacrificii prelẽtis effectu: & perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per dñm. Cõio. Uouete & reddite dño deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera: terribili et ei q̃ aufert spiritũ principum: terribili apud oẽs reges terre. Postcõio.

Purifica dñe q̃s mẽtes nostras benignus et renoua celestib⁹ sacramentis: vt consequenter et corpore presens pariter & futurũ capiamus auxilium. Per dñm. Feria.iiii. Epla. Steni invnius. Euangeliũ. Cũ veniſſet iesus & discipuli. Require in.iiii. feria post dominicã. xxiii. Dñica. xviii. Officium

Da pacem dñe sustinẽtibus te vt pphete tui fideles inueniantur: exaudi pces serui tui & plebis tue israel. ps. Letatus sum in his q̃ dicta sunt michi: in domũ dñi ibimus. Oratio

Da q̃sumus domine populo tuo. diabolica vitare cõtagia: & te solum deum pura mente sectari. Per dñm Ad corinthios. prime. i.

Fratres. Gratias ago deo meo sẽper p vobis. in gratia dei q̃ data est vobis in xpo iesu. Qm in oibus diuites facti estis in illo. in oi verbo. & in oi scientia. sicut testimoniũ xpi confirmatũ est in vobis: ita vt nichil vobis desit in nulla gratia. expectãtibus reuelationẽ dñi nostri iesu xpi. Qui et confirmabit vos vsq; in finẽ sine crimine: in die aduẽtus: dñi nostri iesu xpi. Gr. Letatus sũ in his q̃ dicta sunt michi in domũ dñi ibimus. ℣⁹. Fiat pax in virtute tua & abũdãtia in turribus tuis. Alla. ℣. Letatus sũ in his q̃ dicta sũt michi in domũ dñi ibimus. ℣. Stãtes erãt pedes nostri i atriis tuis hierusalẽ. Isti duo ℣. dñr per ebdam alternis vicibus: ita tñ q⁹ ℣. Stantes. primo dr qñ de feria agit. Et si nulla feria p hanc ebdam ad hoc vacauerit: tũc vltimus ℣. eo ãno oino pretermittatur. Secundum matheum. xxii.

In illo tpe. Accesserũt ad iesũ pharisei: et interrogauit ei vnus ex eis legis doctor tẽptãs eum. Magister: qd est mandatum magnũ in lege: Ait illi iesus. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. & in tota ania tua: & in tota mente tua. Hoc est maximũ: et primus

Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deū saluatorē meū. Cōfitebor nōi tuo qm̄ adiutor ⁊ protector fact⁹ es michi: ⁊ liberasti corpus meū a pditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantiū mendaciū. Et in cōspectu astantiū factus es michi adiutor: ⁊ liberasti me scōm multitudinem mie nois tui. A rugiētibus preparatis ad escam: de manibus querentiū aiam meā. ⁊ de portis tribulationū / q̄ circūdederūt me a pressura flamme q̄ circūdedit me. ⁊ in medio ignis nō sum estuata. De altitudine vētris inferi: ⁊ a lingua coinquinata. ⁊ a verbo mēdacii. a rege iniquo. et a lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortem aia mea dñm: ⁊ vita mea appropinquās erat in inferno deorsum. Circūdederūt me vndiq;: ⁊ nō erat q̄ adiuuaret. Respiciens erā ad adiutoriū hoīm: ⁊ nō erat. Memorat⁹ sum mie tue dñe. ⁊ cooperatōis tue q̄ a seculo sūt: qm̄ eruis sustinētes te. ⁊ liberas eos de manu angustie: dñe deus me⁹. Gr. Dilpsit dedit pauperibus: iusticia eius manet in sclm scli. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rector benedicet. Si dñica fuerit dr. Alla. ℣. Leuita laurētius bonū opus opatus est: q̄ p signum crucis cecos illuminauit: ⁊ thesauros ecclie dedit pauperib⁹. Euāgeliū. Si q̄s vult post me. vt i cōi vni⁹ mart. fo. iii. Offr. Dōo mea mūda est ⁊ ideo peto vt det loc⁹ voci mee ī celo: q; tbi est iudex meus ⁊ cōscius meus in eternū ascēdat ad dñm deprecatio mea. Secreta.
TAnto placabiles tibi dñe q̄s nr̄e sint hostie. quāto scī martyris tui laurētii: p cuius solēnitate exhibentur. tibi grata sūt merita. Per. Alia secr̄
MUneri⁹ nr̄is q̄s dñe precibusq; susceptis: et celestib⁹ nos mūda mysteriis: ⁊ intercedēte beato romano martyre tuo clementer exaudi. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipm: et tollat crucē suā ⁊ sequatur me. Postcōio.
Conserua dñe q̄s munus tuum in nobis: vt quod te donante p beati laurentii martyris tui solēnitate percepimus. et salutem nobis operetur et pacem. Per dñm. Alia postcōio.
Da q̄s dñe deus nr̄: vt sicut bti romani martyris tui tēporali gratulamur officio. ita ppetuo letemur aspectu. ℂ In die scti laurētii. Officium.
Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. ps. Cantate dño canticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

Da nobis qs op̄s deus vitioꝝ nr̄oꝝ rū flāmas extinguere: q̄ bt̄o laurētio tribuisti tormentoꝝ suoꝝ incēdia superare. Per. Ad corinthios. ti. ix.

Hratres. Qui parce seminat: parce ꝛ metet. Et q̄ seminat in benedictionibus: de benedictionibus ꝛ metet. Unusquisq; prout destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate. Hilarē eni datorē: diligit deus. Potens est autē deus oēm gratiā abūdare facere in vobis: vt in oīb⁹ semp oēm sufficientiā habentes. abundetis in oē opus bonū sicut scriptuz est. Disperlit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autē administrat semē seminanti: ꝛ panē ad manducandū p̄stabit. Et multiplicabit semen vestrū: ꝛ augebit incremēta frugū: iusticie vr̄e Gr̄. Probasti dn̄e cor meū ꝛ visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: ꝛ nō est inuēta in me iniq̄tas. Alla. ℣. Leuita laurēti⁹ bonū op⁹ opatus est q̄ p signū crucis cecos illūminauit. Seq̄ntia

Stola iocunditatis alleluya. Induit hodie dn̄s: militē suū laurētiū Solito plaudat alacrius: concio leta fideliū. Hodie martyr inlignis: hostiam deo placentē obtulit. Hodie tormētum ignis: grauiter examinatus ptulit. Animatus ad certamē: monitu beati senis Grauissimis non refugit: exhibere mēbra penis. Ante regē accersitur: ꝛ de rebus cōuenit: occultis ecclesie. Sed non cedit blandimētis: emollit aut tormentis: eius auaricie. Luditur valerianus: ꝛ leuite larga manus: dū petit inducias Dat minister caritatis: pauperibus cōgregatis: facultatū copias. Fuit igitur p̄fectus: ꝛ parat ardēs lectus: insultātis viscera: crates vrit aspera. Sudat martyr in agone: spe mercedis ꝛ coronę q̄ datur fidelibus: p̄ xp̄o certantibus. De cuius militia: celi gaudet curia. Qr vicit hodie: ministros nequitie. Ut hūc ergo per patronum: consequamur vite donū. In illius die festo: chorus noster letus esto. Jocundū in ecclesia. Decantans alleluya. Euāgeliū. Nisi granum vt in cōi vnius martyris. ko. iii. Offert.

Cōfessio ꝛ pulchritudo in ꝛspectu eius: sctitas ꝛ magnificētia in sctificatōe eius. Secreta.

Ut tuis dn̄e mysteriis digni reddamur illa q̄s veritas nos illuminet semper ꝛ foueat: que in beati laurētii martyris tui cor de flammā sue confessionis accendit. iesus x̄p̄us filius tuus dn̄s noster. Qui tecum viuit. Cōio.

Qui michi ministrat me sequatur: ꝛ vbi ego sū illic ꝛ minister meus erit. Postcōio.

Sacro munere saciati supplices te dn̄e dep̄camur: vt qd̄ debite seruitutis celebramus officio. intercedēte beato laurentio martyre tuo. saluatōis tue sentiamus augmentuz. Per dn̄m.

C Sancti tyburtii martyris. Officiū.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit: plantatus in domo dn̄i i atriis domus dei nostri. ℣s. Bonū est confiteri dn̄o: ꝛ psallere noi tuo altissime. Oratio.

Beati tyburtii martyris tui nos dn̄e foueant cōtinuata p̄sidia: qr non desinis ppicius intueri. quos talibus auxiliis cōcesseris adiuuari. Per. Memoria de sctō laurentio. Epl'a. Doctrinis variis vt in cōi vnius martyris ꝛ pōtificis. ko. iiii. Gr̄. Justus nō conturbabitur qr dn̄s firmat manū eius ℣. Tota die misereatur ꝛ cōmodat: ꝛ semen eius in benedictiōe erit. Alla. ℣. Posuisti dn̄e sup caput eius corona de lapide p̄cioso. Euangeliū. Si quis vult vt i cōi vni⁹ martyris. ko. iii. Offr̄. Posuisti dn̄e i capite eius corona de lapide p̄cioso: vitā petiit a te ꝛ tribuisti ei alla. Secreta.

Grata tibi sint dn̄e hec sacrificia q̄ i sancti tyburtii martyris tui passione deferunt: cuius intercessiōe q̄s salutaria nobis efficiant. Per dn̄m. Cōio

Qui vult venire post me abneget semetip̄m: et tollat crucē suā ꝛ sequatur me. Postcōio.

Quesumus op̄s de⁹: vt interuenie te beato tyburtio martyre tuo. ꝛ tua in nobis dona multiplices. ꝛ miseri corditer largita cōserues. Per. C Sācti ypoliti sociorūq; eius martyr. Officiū.

Iusti epulent ꝛ exultēt in ꝛspectu dei: ꝛ delectēt i leticia. ℣s. Exurgat de⁹ ꝛ dissipent inimici ei⁹

ꝫ fugiant qui oderunt eū a facie eius. Oratio
Oa q̄s omps deus: vt beati ypoliti martyris tui socioꝝq; eius vene rāda solēnitas. ꝫ deuotionē nobis auge at ꝫ salutē. Per. Memoria de sctō laurē tio. Epla. Justi aūt iperpetuū. vt in cōi plioꝝ martyꝝ. fo. v. Gꝫ. Justoꝝ aie i ma nu dei sunt: ꝫ nō tanget illos tormētum malicie ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. Alla. ℣. Sācti ꝫ iusti in dño gau dete: vos elegit deus in hereditatē sibi. Si dñi ca fuerit dꝫ sequētia de cōi plioꝝ marty rū. fo. v. ꝫ. vi. Euāgeliū. Attēdite a fer mento. vt in cōi plurimoꝝ martyꝝ. fo. vi. Offꝫ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta.
Respice q̄s dñe munera populi tui in sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ ypoliti socioꝝq; eius honore oblata: ꝫ tue testi ficatio veritatis nobis proficiat ad salu tem. Per dñm nostrum. Cōio. Dico au tem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Postcōio.
Quos tuis dñe reficis sacramētis sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ ypoliti so cioꝝq; eius attolle benignꝰ suffragiis: vt nūc redēptōis effectū. ꝫ mysteriis ca piamus ꝫ moribus. Per d̄. C Invigilia assumptionis beate marie. Officium.
Salue sctā parens enixa puer pera regē qui celū terrāq; re git in secula seculorum. ℣s. Benedicta tu in mulieribus: ꝫ benedictus fru ctus ventris tui. In hac vigilia non repe tat oftm̄ post psalmū: sed post Gria pri ꝫ Sicut erat. tm̄. Ad hāc missā de vigi lia dꝫ cātus ferialis sup kyrie. Sanctus ꝫ Agnus. nisi dñica fuerit: tūc enī dꝫ cā tus sup kyrie. Gloria in excel. Sāctus. Agnꝰ. ꝫ Ite missa est. sicut i festo. iii. ℔c. ine regīe chori: ꝫ dꝫ missa i capło. Oro.
Deus qui virginalē aulā beate ma rie in qua habitares eligere di gnatus es. da quesumus: vt sua nos de fensione munitos. iocundos faciat sue itere esse festiuitati. Qui viuis ꝫ regnas cum deo patre. Memoria de sancto eu sebio confessore. Oratio.
Deus qui nobis beati eusebii cōfes soris tui annua solēnitate letifi cas. concede ppicius: vt cuius natalicia colimus. pet eius ad te exempla gradia mur. C Memoria de sancto laurentio. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xxiiii.
Ab initio ꝫ ante secula creata sum: ꝫ vsq; ad futurū seculū nō desi nā. ꝫ in habitatōe sancta. coram ipo mini straui. Et sic in syon firmata sū: et in ciuitate sctificata similiter requieui. et in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ꝫ i partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sctō rū: detentio mea. Gꝫ. Benedicta ꝫ venera bilis es virgo maria: q̄ sine tactu pudoris inuē ta es mater saluatoris. ℣ⁿ. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Si dñica fuerit dꝫ. Alla. ℣. Post partū virgo inuiolata p̄māsisti: dei genitrix intercede p nobis. Sc̄dm lucam. xi.
In illo tpe. Loq̄nte iesu ad turbas: extollens vocē q̄dā mulier de tur ba dixit illi. Beatus vēter q̄ te portauit: ꝫ vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati q̄ audiūt verbū dei: ꝫ custodiunt illud. Offert. Felix nāq; es sacra virgo maria: ꝫ omni laude dignissima: q̄ ex te ortus est sol iusticie xp̄s deus noster. Et dꝫ hac die sine alla. nisi dñica fuerit. Secreta.
Munera nra dñe q̄s apud clemen tiam tuā dei genitricis commē det oratio: quam idcirco de presenti se culo transtulisti: vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eūdē dñm. Alia secreta de sancto eusebio.
Sancti eusebii cōfessoris tui inter uētu dñe tibi seruitus nostra cō placeat. ꝫ oblatio pretētiū munerū fiat presidiū deuotoꝝ. Prefatio quotid. dꝫ. Cōio. Alma dei genitrix succurre precātibus cūctis: nos quoq; vna p̄camur supplices: vt tu is precib⁹ adiuti. laudem⁹ trinitatē. Postcōio
Concede q̄s misericors deus fragi litati nostre presidiū: vt qui san cte dei genitricis ꝫ virginis marie req̄ em celebramus. intercessiōis eius auxi lio a nīis iniq̄tatibus resurgamus Per eundē. Alia postcōio de sancto eusebio.

Leti dñe sumpsimus sacramenta celestia: que nobis intercedente beato eusebio cõfessore tuo. sentiamus uberius profutura. ℂIn die assumptionis beate marie. Officium.

Gaudeamus oẽs in dño diem festũ celebrantes sub honore marie virginis: de cuius assũptiõe gaudẽt angeli ⁊ collaudãt filiũ deiꝰ. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opa mea regi: Kyrie. Deꝰ creator. Oꝫ

Ueneranda nobis dñe huius diei festiuitas. opem conferat sempiternã: in qua sancta dei genitrix mortẽ subiit temporalẽ. nec tamẽ mortis nexibus deprimi potuit. q̃ filiũ tuũ dñm nostrũ de se genuit incarnatũ. Qui tecum

Lectio libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xxiiii.

In omnibus requiẽ quesiui: ⁊ in hereditate dñi morabor. Tunc precepit ⁊ dixit michi creator oĩm: ⁊ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. ⁊ dixit michi. In iacob inhabita: ⁊ in israel hereditare. ⁊ in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et i ciuitate sanctificata similiter requieui. et i hierusalẽ potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: ⁊ i partes dei mei hereditas illius. ⁊ in plenitudine sanctorũ detentio mea. Quasi cedrus exaltata sũ in libano: ⁊ quasi cypressus in mõte syon. Quasi palma exaltata sũ in cades: ⁊ quasi plãtatio rose i hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sũ iuxta aquã in plateis Sicut cynamomũ ⁊ balsamũ aromatizans: odorẽ dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitatẽ odoris. Alia epla p octa.

Lectio libri sapiẽtie. Canticor. iii. ⁊. iiii.

Egredimini et videte filie syon regẽ salomonẽ in diademate quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illius ⁊ in die leticie cordis eius. Quã pulchra es amica mea. q̃ pulchra es ⁊ decora: oculi tui colũbarũ. absq; eo qd̃ intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non est in te. Veni de libano sponsa mea: veni de libano veni. Quã pulchre sunt mãme tue: soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguentor tuor. sup omnia aromata. Fauus distillãs labia tua sponsa: mel ⁊ lac sub lingua tua. et odor vestimentorum tuor sicut odor thuris Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus fons signatus. Emissiones tue paradysus malor punicor: cũ pomor fructibus. Fons hortor puteus aquarũ viuentiũ: q̃ fluunt impetu de libano. Veni in hortũ meũ soror mea sponsa: messui myrrhã meã cũ aromatibus meis. Una est colũba mea pfecta mea: una est mri sue electa genitrici sue. Viderunt eã filie syon: ⁊ beatissimã predicauerunt. Regine ⁊ cõcubine laudauerũt eã. Que est ista q̃ pgredit quasi aurora consurgẽs / pulchra vt luna. electa vt sol. terribilis vt castror acies ordinata. Quam pulchra es ⁊ q̃ decora carissima in deliciis: statura tua assimilata est palme: ⁊ vbera tua botris. Et legant alternis vicibus p oct. videlicz vna die In omnibus requiẽ. ⁊ altera die Egredimini. Ita tñ q̃ in dñica infra oct. ⁊ in oct. die dr epla In omnibus requiẽ. Gr. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iusticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ tuã: q̃ concupiuit rex speciẽ tuã. All'a. ℣. Hodie maria virgo celos ascẽdit gaudete: q̃ cũ xpo regnat ineternũ. Sequens All'a. dr quotidie p oct. nisi in dñica ⁊ in oct. die: tunc vero dr All'a sicut in pria die. All'a ℣. Assumpta est maria in celũ: gaudẽt angeli et collaudantes benedicunt dñm. Sequentia.

Area virga: prime matris eue: florens rosa: processit maria. Orit vt lucifer: inter astra etherea: ppulchra vt luna. Fragrascit: vltra oia balsama pigmẽta: ⁊ thimiamata. Purpurea vt viola: roscida vt rosa: cãdẽs vt lilia Pris summi: quã elegit ples deica. Vt assumeret carnẽ: sacrosãctã ex virginis carne incorrupta. Cellus nunciat gabriel: noua gaudia. Eterni regis exortum in terra: matrẽq; eius ita salutat. Aue maria dñi mei: mater alma celica plẽa gratia. Et dr trina vice. Tu benedicta regẽ i secula: paries effecta orbis regina. Fe-

cunda ergo inquit:quomodo esse queã cũ virũ non agnoscã: ex quo sum nata: & semp permanẽs virgo pudica. Ne timeas respondit angelus: sanctum neuma: descendet in te casta:quo fecũdata paries deũ & hoiem vna. O vere sancta atq; amanda:ex qua est orta redemptõ nostra:salus quoq; mundi:veraq; vita O dei nostri genitrix pia:suscipe nostra hac die precata: i qua es assũpta ad celi claustra. Tu es enĩ patri cara:tu es iesu mater bona:tu sãcti spũs es templũ facta. Tu es pulchra dei sponsa:tu regem xp̃m enixa:dña es in celo & in terra. Hodie nãq; curie celestis tibi obuia agmina:te assumpserunt ad pallatia stellata Jesus & ipe festinus:tibi matri cũ angelis;occurrens sede paterna secũ locauit in secula. Jam cũ deo regnãs:nostra excusa clemens mala:poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra:que es post deum spes sola:tuo filio nos repsenta. Ut in poli aula:leti iubilemus alleluya. Secundum lucam. x.

In illo tpe Intrauit iesus in quoddam castellũ:& mulier q̃daz martha noie excepit illũ in domũ suam. Et huic erat sororꝛ noie maria: que etiã sedens secus pedes dñi,audiebat verbũ illius. Martha autẽ:satagebat circa frequens ministeriũ. Que stetit:& ait. Domine:nõ est tibi cure q̃ sororꝛ mea reliqt me solã ministrare:Dic ergo illi:vt me adiuuet. Et respondens: dixit illi dñs. Martha martha sollicita es:& turbaris erga plurima.Pororo:vnũ ẽ necessariũ. Maria optimã partẽ elegit: q̃ nõ auferetur ab ea. Credo. Offy. Diffusa est gratia in labiis tuis:propterea benedixit te deus in eternum & in seculum seculi. Secreta.

Grata tibi dñe q̃s munera nostra efficiat btẽ dei genitricis oratio: quã et si pro conditiõe carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria pro nobis apud te iugiter orare sentiamus. Prefatio. Et te in assumptiõe.Hec prefatio dicit quotidie per octa. et in octa. Cõio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Postcõio.

Quẽsle celestis participes effecti implorꝛamus clementiã tuã dñe deus noster:vt qui festa dei genitricis colimus.a cũctis malis iminẽtibus eius intercessionibus liberemur.Per eũdem. C. Quotidie per ebdomadã dicit eadez missa:cum propꝛiis sequentis:sed sine Credo. tñ in dñica dicit Credo. & in oct. die si dñica fuerit. Scda die. Sequẽtia.

Post partũ virgo maria.Dei genitrix fecũda gratia tonãtis plena. Aue terraq; dña alma celoq; regina. Cui ethera oisq; sãctoꝛ turma depromat symphonia. Tellus flumina atq; siluarũ nemoꝛa resultẽt voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera.Per te lux & veritas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra extans virgo feta mater itacta. Unde nostris eya faue votis dña xp̃m interpellãs p salute humana Per te mater aboleri filioq; flagitamus crimina. Nosq; oẽs introduci sempiterna paradysi gaudia. Quo perennis vite pfruamur gloꝛia. Tertia die seq̃ntia.

Aue maria gratia plena.Dñs tecũ virgo serena.Benedicta tu i mulieribus. Que peperisti pacẽ hominibus:& angelis gloꝛiã. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui:nos fecit p gratiã. Per hoc autẽ aue:mundo tam suaue:contra carnis iura. Genuisti prolẽ: nouũ stella solem:noua genitura. Tu parui & magni leonis & agni:saluatoꝛis xp̃i:templũ extitisti:sed virgo intacta. Tu floꝛis et roris:panis & pastoꝛis:virginũ regina:rosa sine spina:genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es misericoꝛdie. Theophilũ reformãs gratie: de lacu fecis & miserie. Ergo maris stella: verbi dei cella:& solis auroꝛa. Paradysi poꝛta:per quã lux est oꝛta:natũ tuũ oꝛa. Nos vt soluat a peccatis:& in regno claritatis:quo lux lucet sedula:collocet per secula. Quarta die sequentia.

Letabũdus:exultet fidelis choꝛus alleluya.Regem regũ intacte p fudit thoꝛus:res miranda. Angelus cõcilii:natꝰ est de virgine:sol de stella. Sol

occasum nesciens:stella semp rutilans: semp clara. Sicut sydus radiū: profert virgo filiū:pari forma. Neqz sydus radio:neqz mat filio:fit corrupta. Cedrus alta libani:cōformatur ysopo:valle nostra. Verbū ens altissimi:corporari passum est:carne sumpta Isaias cecinit:synagoga meminit:nunq̄ tamen desinit esse ceca. Si nō suis vatibus.credat vel gentilibus:sybillinis versibus:hec predicta. Infelix ppera. Crede vel vetera. Cur dānaberis gens misera. Quē docet littera. Natū considera. Ipm genuit puerpera. Quinta die sequentia.

Hac clara die turma: festiua dat phonia. Mariam cōcrepādo: symphonia nectarea. Mundi dña:q̄ es sola castissima:virginū regina Salutis causa:vite porta:atqz celi referta gra. Naz ad illā sunt nuncia:olim facta angelica. Aue maria gratia:dei plena per secula. Mulierū pia agmina:intra semp benedicta. Virgo ⁊ grauida: mater intacta: prole gloriosa. Cui cōtra maria:hec reddit famina. In me quomodo: tua iā fient nūcia. Viri noui nulla:certe copula. Ex quo atqz nata sum:incorrupta. Diua missus:ita reddit affata Flatu sacro:plena fies maria. Noua efferēs gaudia: celo terre nati per exordia. Intra tui uteri claustra:portās q̄ gubernat etna. Qia q̄ dat tēpora pacifica. Sexta die sequētia

Aue mūdi spes maria: aue mitis: aue pia:aue plena gra. Aue virgo singularis:q̄ p rubū designaris:non passum incēdia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus:relaxabat vincula. Aue carēs simili:mūdo diu flebili:reparasti gaudium Aue cuius viscera: cōtra mortis federa ediderunt filiū. Aue virginū lucerna:p quaz fulsit lux supna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci:⁊ de cui⁹ lacte pasci:rex celoz voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue sācti spūs sacrariū. O q̄ mirabilis ⁊ q̄ laudabilis hec est virginitas. In qua p spiritū: facta paraclytū:fulsit fecūditas. O q̄ sācta q̄ serena: q̄ benigna q̄ amena: esse virgo creditur. Per quā seruitus finitur:porta celi aperit:⁊ libertas reddit. O castitatis liliū:tuū precare filiū:qui salus est humiliū. Ne nos pro nostro vicio:in flebili iudicio:subticiat supplicio. Sed nos tua sancta prece:mūdās a peccati fece. Collocet in lucis domo:amen dicat omnis homo. Septima die sequentia.

Hodierne lux diei:celebris ī matris dei agit memoria. Decantemus in hac die:semp virginis marie:laudes ⁊ preconia. Dis homo oī hoza:ipsaz oza ⁊ imploza:eius patrocinia Psalle psalle nisu toto:cordis oris voce voto:aue plena gratia. Aue dña celoz: ī experta viri thorū:parēs paris nescia. Fecundata sine viro:genuisti modo miro: genitorez filia. Florens ortus austro flante:porta clausa post ⁊ ante:via viris inuia. Fusa celi roze tellus:fulsum gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue splendor firmamēti:tu caliginose mēti: desup irradia. Placa mare mar⁊ stella: ne īuoluat nos procella:⁊ tēpestas obuia. C. Tertia die infra oct.assumptōis btē marie dr̄ missa in capl'o de oct.scti laurentii.Officiū.

Probasti dñe cor meū ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas.ps. Exaudi dñe iusticiam meam: intende deprecationem meam. Oratio.

Beati laurētii martyris tui nos faciat dñe passio venerāda letātes: ⁊ vt eam sufficiēter recolamus. efficiat prōptiores.Per dñm.Epl'a. Qui parce seminat. vt supra ī die.Gr̄. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide precioso.℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei: et voluntate labior̄ eius nō fraudasti eū.All'a.℣.Leuita laurentius bonū opus operatus est:q̄ p signū crucis cecos illuminauit:⁊ thesauros ecclesie dedit pauperibus.Si vigilia in dnica euenerit hac die dr̄ sequēs All'a.℣.Leuita laurentius bonū opus operatus est:q̄ p signū crucis cecos illuminauit. Secundum matheum. r.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me:nō est me dignus.Et q̄ amat filiū aut filiā super me:nō est me dign⁹

Et qui nõ accipit crucē suã ⁊ sequit me: non est me dignus. Qui inuenit aiam suã:pdet illam. Et q̃ pdiderit aiam suã ppter me:inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit. Et q̃ me recipit:recipit eu3 q̃ me misit. Qui recipit ꝓphetã in noīe ꝓ phete:mercedē ꝓphete accipiet. Et q̃ re cipit iustũ in noīe iusti:mercedē iusti ac cipiet. Et q̃cũq3 potũ dederit vni ex mi nimis istis calicē aque frigide tantũ in noīe discipuli:amē dico vobis: nõ pdet mercedē suã. Offr. In virtute tua dñe leta bit̄ iustus ⁊ sup salutare tuũ exultabit vehemẽ ter:desideriũ aie eius tribuisti ei. Secreta

Beati laurentii martyris tui hono rabilẽ passionẽ muneribus dñe geminatis exequimur:q̃ licet ꝓpriis sit memorãda principiis. indesinẽter tamẽ ꝑmanet gr̃iosa. Per. Cõio. Posuisti dñe i capite eius coronã de lapide p̃cioso. Postcõio

Salutare nobis dñe q̃s intercessio beati laurẽtii martyris tui p̃stet auxiliũ:vt celestꝭ mẽse participatio quã sumpsimus.tribuat ecclesie tue recensi tã leticiã. Per dñm. C Sciẽdũ est q̃ q̃n cũq3 oct.scti laurẽtii in dñica ꝛtigerint: missa de ip̃is oct.in illa dñica i capl'o dr: nisi cũ fuerit.xxvi.vl̃.xxvii.dñice a Deus oim.vsq3 ad aduẽtũ dñi:tunc enī ibi vna missa dñicalis differat. C Dñica i fra oct.assũptiõis ad missam oia fiant sicut in prima die more simplicis festi. ix.lect.ita tñ q̃ Kyrie.Gloria in excelsis. Sequentia.Sanctus.⁊ Agnus.p ordi nẽ dñr. Quarta die ifra oct.fiat memo ria de sancto agapito martyre. Oratio.

Letetur ecclesia tua de⁹ beati aga piti martyris tui cõfisa suffragi is:atq3 ei⁹ precib⁹ gr̃iosis ⁊ deuota ꝑma neat ⁊ secura consistat. Per. Secreta.

Pro beati agapiti martyris tui pas sione veneranda. hostias laudis tibi dñe immolantes.quesumus:vt ei⁹ orationibus placeant. pro cuius meri tis offeruntur. Per dñm. Postcõio.

Presta q̃s dñe deus noster:vt sacra menti tui virtute percepta. inter cessione beati martyris tui agapiti.tan to munere digni reddamur. Per dñm.

C. Quinta die infra octa.fiat memoria de sancto magno martyre. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus no stris: et intercedente beato ma gno martyre tuo. ab hostiũ nos defen de propiciatus incursu. Per. Secreta.

Oblatis tibi dñe q̃s fideliũ tuorum muneribꝰ intẽde ꝓpiciꝰ:⁊ vt nul lius irrita postulatio.nulliꝰ inane sit vo tũ.glorioſi martyris tui magni delide ratũ nobis prebe subsidiũ. Per. Postcõ.

Tua sctã sumẽtes q̃s dñe:vt beati magni martyris tui nos foueãt cõtinuata p̃sidia. Per. C In oct.assũ ptõis btē marie ad missã oia fiant sicut in prima die more simplicis festi.ix.lec. ⁊ dr sup Kyrie.cantus de Kyrie ol̃potẽs. dr etiã Sps ⁊ alme.a tribus de supriori gradu i suppellicitis ad gradũ chori.⁊ dr Sanctus.cũ hac additiõe.Benedictus marie filius. Et fiat meõria de marty ribus timotheo ⁊ symphoriano. Dño.

Auxilium tuũ nobis q̃s dñe pla catus impẽde:⁊ intercedẽtibus beatis martyribꝰ tuis timotheo ⁊ sym phoriano.dexterã sup nos tue propicia tionis extende. Et dicit ista sequentia.

Aue preclara/maris stella: in lucẽ gentium: maria diuinitus orta Eũge celi porta:q̃ nõ aperta:veritatꝭ lu men:ip̃m solẽ iusticie:indutũ carne: du cis in orbẽ. Virgo decus mundi:regina celi: preelecta vt sol: pulchra lunaris vt fulgor:agnosce oẽs te diligẽtes. Te ple nã fide:virgã alme stirpis iesse nascitu rã:priores desiderauerũt patres ⁊ pphe te. Te lignũ vite:sacro rorante neuma te:paritura diuini floris amigdaluz: si gnauit gabriel. Tu agnũ regẽ: terre do minatorẽ moabitici de petra deserti:ad montẽ filie syon/traduxisti. Tuq3 furẽ tem leuiathan:serpẽtẽ tortuosũq3 ⁊ vec tẽ:collidẽs dãnosũ crimine mundũ ex emisti. Hinc gẽtium nos reliquie. Tue sub cultu memorie. Mirũ in modum: quẽ est enixa ꝓpiciatõis agnũ regnãtẽ: celo eternaliter reuocamus ad arã:ma ctandũ mysterialiter. Hic manna verũ israelitis. Veris vere abrahe filiis. Ad=

mirãtibus quondã moysi:qđ typus figurabat:iã nũc abducto velo:daf pspicioza virgo nos illo pane celi/dignos effici. Fac igni sctõ:patrisq verbo:qđ rub9 vt flãmã:tu portasti virgo mater:facta pecuali pelle:discicto pede:mũdis labiis:cordeq ppinquare. Fac fontẽ dulcẽ: quẽ i deserto:petra premõstrauit degustare:quã sincera fide teneisq succingi: lotos in mari:anguẽ eneũ: in cruce speculari. Audi nos: naz te filius nichil negans honorat. Salua nos ieſu: p qbus virgo mater te orat. Da fontem vite videre:da puros mentis oculos in te defigere. Christianissimi fidem operibus: redimire beatoq fine. Ex huius incolatu:seculi auctor ad te trãsire. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio. p tuor honore sãctor: quor se meritis pcepisse de tribulatiõe cognoscat auxilium. Per. Postcõio.

Sacro munere satiati qs ops de9: vt interueniẽtibus sctis martyrib9 tuis timotheo z symphoriano nos oẽs sctor tuorũ iubeas assisti collegio. Per. ¶ In vigilia scti bartholomei apli qre oia i cõi vnius apli:et fiat memoria de martyrib9 timotheoz appolinare cũ oratõe de cõi. Si hec vigilia i dñica euenerit nichil fiat de vigilia pter mẽoriaz. ¶ In die scti bartholomei apli. Offiũ.

Michi autẽ nimis honorati sũt amici tui deus: nimis cõfortatus est pncipatus eor. ps. Dñe pbasti me z cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã z resurrectionẽ meã. Oratio.

Ops sẽpiterne deus. q huius diei venerandã sanctãq leticiã in beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue qs. z amare qđ credidit. et predicare qđ docuit. Per dñm.

Memoria de sancto audoeno episcopo

Deus q perennẽ gloriã sctissimi cõfessoris tui atq põtificis audoeni ate cõtulisti. tribue qs. eius nos apud te ita patrocinijs subleuari: vt cũ eo vitã possideamus eternã. Per dñz. Epla. Jã nõ estis. vt in cõi vni9 apli. fo. i. Gz. In oẽm terrã exiuit sonus eor: z in fines orbis terre verba eor. ℣. Celi enarrãt gloriam dei: z opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Alla ℣. Nimis honorati sũt amici tui de9: nimis cõfortatus est pncipatus eor. Sequẽtia. Clare sctor. vt i cõi vnius apli. fo. i. Euangeliũ. Facta est contẽtio. vt in cõi vnius apli. fo. ii. Credo. Offz. Cõstitues eos principes sup oẽm terram: memores erunt nois tui in omni progenie z generatione. Secreta.

Beati apostoli tui bartholomei domine solẽnia celebrantes tuã clemẽtiã deprecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiamus. in cuius veneratione tibi laudis hostias imolamus. Per dñm. Alia secreta de sancto audoeno.

Oblata qs dñe munera fidelis populi meritis beatissimi audoeni cõfessoris tui atq pontificis tibi reddãtur accepta: vt ab oi contagione peccati eisdem quibus famulamur mysteriis. clementer emũdari mereamur. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcõio.

Sumptis dñe salutarib9 sacramẽtis. p solẽnitate bti apli tui bartholomei supplices deprecamur: vt q predicauit z credam9 pariter z sequamur. Per dñz. Alia postcõio de scõ audoeno.

Mense celestis participatiõe vegetati supplices te rogam9 ops deus: vt sicut de beati audoeni ppetua glorificatiõe ãnua celebritate gaudemus. ita ipius apud te intercessione ab oi merear aduersitate defendi. Per dñm.

¶ Sancti ruphi martyris. Officium.

Iustus non turbabit qz dñs firmat manuz eius: tota die miseretur z cõmodat z semẽ eius in benedictõe erit ineternũ conseruabit. ps. Noli emulari in malignãtib9: neq zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Adesto dñe supplicatiõibus nris: vt bti ruphi martyris tui intercessionib9 cõfidẽtes. nec minis aduersãtiũ. nec vllo conturbemur incursu. Per Epla. Beatus vir q in sapiẽtia. vt i cõi vni9 mart. fo. iii. Gz. Justus nõ turbabit qz dñs firmat manũ eius. ℣. Tota die miseret

⁊ cõmodat:⁊ semẽ eius in benedictõe erit. All'a ℣. Beatusvir q̃ timet dñm:in mãdatis eiꝰ cupit nimis. Euãg. Nichil optũ. vt i cõi vnius martyris. fo. iiii. Offr. In virtute tua dñe letabit̃ iustus:⁊ sup salutare tuũ exultabit vehemẽter:desideriũ aie eius tribuisti ei. Secreta

Hostias tibi dñe ob honorem beati cuphi martyris tui offerimꝰ supplices deprecãtes:vt sicut illi prebuisti sacre fidei cõfessionẽ.sic nobis indulgẽtiã largiaris ⁊ pacem. Per ℣. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo:gloriã ⁊ magnũ decorẽ impones sup eum dñe. Postcõio.

Celesti munere satiati q̃s dñe deus noster:vt bti cuphi martyris tui meritis vbiq; nos adiuues. Per. ¶ Sancti augustini epi ⁊ doctoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentũ pacis.⁊ principẽ fecit eũ:vt sit illi sacerdotii dignitas ineternũ. ℣s. Mias dñi:ineternũ cantabo. Oratio

Deus q̃ vtrũ augustinũ eccl'ie tue i exponẽdis scripture sacre mysteriis.doctorẽ catholicũ prouidisti:da nobis eiꝰ semp ⁊ doctrinis istrui.⁊ oratiõe fulciri.p. Meõria de scõ hermete mart.

Deus q̃ beatũ hermetẽ martyrem tuũ virtute cõstãtie in passione roborasti:ex eiꝰ nobis imitatiõe tribue p amore tuo pspera mũdi despicere. et nulla eiꝰ aduersa formidare. Epla. Dedit dñs.vt i cõi vniꝰ confessoris ⁊ doctoris fo. ix. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictiõibꝰ dulcedinis:posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. ℣. Vitã petiit ⁊ tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in seculũ seculi. All'a. ℣. Justus germinabit sicut liliũ: ⁊ florebit ineternũ ante dñm Sequẽtia. Adest nobis. vt i cõi vniꝰ cõfessoris ⁊ pont. fo. viii. Euãg. Vos estis sal terre. vt in cõi vniꝰ conf. ⁊ doct. fo. ix. Credo. Offr. Veritas mea ⁊ mia mea cũ ipso:⁊ in nõie meo exaltabit̃ cornu eiꝰ. Secreta

Sancti cõfessoris tui atq; põtificis augustini nobis q̃s dñe pia non deest oratio:q̃ ⁊ munera nr̃a tibi cõciliet ⁊ tuã nobis indulgentiã semp obtineat Per dñm. Alia secreta de sctõ hermete.

Munera nr̃a dñe q̃s ppiciatus assume:⁊ vt digne tuis famulemur

altaribꝰ scti hermetis martyris tui nos intercessione custodi. Cõio. Beatus seruꝰ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ:amẽ dico vobis sup oĩa bona sua constituet eũ. Postcõio.

Sumẽtes dñe salutaria sacramenta q̃s:vt eius nos tribuas subsequ documẽta.cuius celebrꝫamꝰ gr̃iosa solẽnia. Per ℣. Alia postcõio de scõ hermete

Repleti dñe benedictione celesti q̃s clementiã tuã:vt intercedẽte beato hermete martyre tuo q̃ humiliter gerimus.salubriter sentiamus. ¶ In decollatiõe sancti iohãnis baptiste dicitur missa in capitulo de sctã sabina virgine statim post primã ante tertiã more soli to:⁊ missa de sancto iohanne post sextã ¶ De sancta sabina virgine. Officium

Cognoui dñe qr̃ equitas iudicia tua:⁊ i veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis non me repellas. ℣s. Beati immaculati i via:qui ambulant in lege domini. Oratio.

Beate sabine virginis tue ⁊ martyris dñe precibus confidentes. q̃s clementiã tuã:vt eius meritis ⁊ precibꝰ ad eterna gaudia peruenire valeamus. Epla. Dñe deus meus. vt in cõi vnius virginis ⁊ martyris. fol. x. Gr. Diffusa est gratia i labiis tuis:propterea benedixit te deꝰ ineternũ ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ ⁊ iusticiam:⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua:intẽde prospere procede ⁊ regna. Euangelium. Simile est regnũ celorꝫ thesauro. vt in cõi vniꝰ virgis ⁊ mart. fo. xi. Offr. Filie regũ i honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circũdata varietate. Secreta

Muneribus nostris domine te magnificamus oblatis: que nobis ⁊ beate sabine martyris tue patrocinia ⁊ sempiterna conciliẽt gaudia. Per dominũ nostrum. Cõio. Principes persecuti sunt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meum:letabor ego super eloquia tua sicut q̃ inuenit spolia multa:concupiuit aia mea testimonia tua dñe:⁊ dilexit ea vehemẽter. Postcõio

Redẽptiõis nr̃e mysteria celebrantes. q̃s dñe deus noster: vt btẽ sa-

vine martyris tue meritis muniamur & visionis tue gria ieffabili pfruamur. Per dñm. Cād magnā missā. Officiū

Gloria & honore coronasti eū: & constituisti eū sup opa manuū tuarū. ps. Dñe dñs noster: q̄ ad mirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Oco. Sancti iohānis baptiste et martyris tui dñe qs veneranda festiui tas: salutarisq; auxilii nobis pstet augmētū. Per d. Nulla fiat meōria de sctā sabina vgine vbi missa de ea pri⁹ cātata fuerit. Lectio libri sapiētie. Prouer. x. & xi.

Expectatio iustor leticia: spes aūt impior peribit. Fortitudo simplicis via dñi: & pauor his q̄ operant malū Justus ineternū nō cōmouebit: impii autē nō habitabūt sup terrā. Os iusti parturit sapientiā: & lingua prauor peribit. Labia iusti cōsiderāt placita: & os impior puersa. Simplicitas iustor diriget eos: & supplātatio puersor vastabit illos. Justicia rector liberabit eos: & i insidiis suis capient iniqui. Justus de angustia liberat⁹ est: & tradet impius p eo. Simulatore decipit amicū suū: iusti autē liberabunt sciētia. In bonis iustor exaltabit ciuitas: & i pditōe impior erit laudatio. In benedictōne iustor: exaltabit ciuitas. Gr. Posuisti dñe sup caput eius: coronā de lapide pretioso. ℣. Desideriū aie eius tribuisti ei: & volūtate labior eius nō fraudasti eū. Alla ℣. Misso herode spiculatore precepit amputari caput iohānis in carcere. Sequentia. Sancti baptiste. Require supra i natiuitate eiusdē. Scōm marcum. vi.

In illo tpe. Milit herodes & tenuit iohannē: & vinxit eū in carcerē p̄pter herodiadem vxorē philippi fratris sui. q̄ duxerat eaz. Dicebat enī iohānes herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias autē insidiabat illi: et volebat occidere eum nec poterat. Herodes enī metuebat iohannē. sciēs eum virū iustū & sctm: & custodiebat eū. Et audito eo multa faciebat: & libenter eū audiebat Et cū dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenā fecit principibus. & tribunis & primis galilee. Et cum introisset filia ipius herodiadis & saltasset & placuisset herodi. simulq; recūbentibus: rex ait puelle. Pete a me q̄d vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: q̄ quicq̄d petieris dabo tibi. licet dimidiū regni mei. Que cum exiisset: dixit matri sue. Quid petā: At illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cūq; introisset statim cū festinatōe ad regē: petiuit dicens. Volo vt ptinus des michi in disco: caput iohānis baptiste. Et cōtristatus est rex ppter iusiurādū. et ppter simul discūbētes. noluit eā contristari: sed misso spiculatore. precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eū in carcere: et attulit caput eius i disco. & dedit illud puelle. Et puella: dedit matri sue. Quo audito. discipuli ei⁹ venerūt & tulerūt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide pretioso: vitam petiit a te & tribuisti ei alla. Secreta.

Munera tibi dñe pro sancti iohannis baptiste & martyris tue passione deferimus: qui dum finitur i terris factus est celesti sede ppetuus: quesumus. vt eius obtentu nobis pficiant ad salutem. Per dñm. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā & magnū decorem impones super eum dñe. Postcōio.

Conferat nobis dñe quesumus sācti iohannis baptiste vtrūq; solēnitas: vt et magnifica sacramenta que sumpsimus patribus nostris significata veneremur: et in nobis potius edita gaudeamus. Per dñm. Sanctorum felicis & adaucti martyrum. Officium.

Sapientiam sanctor narrant populi: & laudem eor nunciat ecclesia: nomina autē eor viuent in seculū seculi. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Maiestatem tuā dñe supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctor martyrum tuor felicis & adaucti cōmemoratōne letificas. ita semper supplicatione defendas. Per dominum. Epla. Justor anime. vt in cōi plurimorum martyrum. fol. v. Grad. Justorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tor-

mẽtũ malicie. ℣. Uisi sũt oculis insipiẽtiũ mozi illi aũt sũt in pace. Alla. ℣. Justi epulent ⁊ exultẽt in ꝛspectu dei: ⁊ delectent in leticia. Euãgeliũ. Attẽdite a fermẽto. vt i cõi pl'iozꝛ martyꝛ. ko. vi. Offꝛ. Letamini i dño ⁊ exultate iusti: ⁊ gliamini oẽs recti cozde. Secret

Hostias ꝙs dñe quas soleniter imolamus ꝓ martyꝛ cõmemozatõe sanctoꝛ clemẽter suscipe: et concede. vt eoꝛ intercessione in quoꝛ honoꝛe offeruntur. veniã delictoꝛ cõsequi mereamur. Per dñm. Cõio. Quod dico vobis in tenebꝛis dicite in lumine dicit dñs: ⁊ qõ in aure auditis: pꝛedicate super tecta. Postcõio.

Refecti dñe sacris muneribus ꝙs: vt intercedẽtibus sanctis martyribus tuis felice et adaucto. in gratiarũ semper actione maneamus. Per dñm.

℣. Sancte cuthburge virginis. Offiñ.

Dilexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatem: pꝛopterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo leticie pꝛe consoꝛtibus tuis. ℘s. Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Oꝛatio.

Deus qui eximie castitatis pꝛiuilegio famulã tuã cuthburgã multipliciter decoꝛasti. da nobis famulis tuis eius ꝓmerente intercessione vtriusq; vite ꝓsperitatẽ: vt sicut eius festiuitas nobiscũ agitur in terris. ita per eius interuentũ nostri memoꝛia apud te sẽper habeatur in celis. Per dñm. Epla. Qui gloꝛiatur. vt in cõi vnius virginis nõ martyꝛis. ko. xi. Gꝛ. Dilexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatem. ℣. Pꝛopterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. ℣ꝰ. Emuloꝛ enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castam exhibere chꝛisto. Euãgelium. Simile est regnũ celoꝛ decẽ virginibꝰ. vt in cõi vniꝰ virginis nõ martyꝛis. ko. xi. Offꝛ. Offerentur regi virgines post eam pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

Altaria tua dñe mysticis muneribus cumulamus. maiestatẽ tuã̃ suppliciter depꝛecantes: vt ipsi adiuuantibus meritis. carere mereamur cunctis contagiis. Per dñm nostrum. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: pꝛopterea benedixit te deus ineternum. Postcõio.

Celestibus sacramentis refecti. altaribus tuis dñe depꝛecamur inclinati: vt que in solennitate beate cuthburge letanter percepimus. auxilio eiꝰ intercessionis. nobis pꝛoficiant ad vtri usq; pꝛofectum salutis. Per dominum

℣. Sancti egidii abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapiẽtiã: ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in coꝛde ipsiꝰ. ℘s. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oꝛatio.

Deus qui hodierna die beatũ egidiũ confessoꝛẽ tuũ atq; abbatez. aulam regni celestis penetrare fecisti. tribue quesumus: vt cuius deuote gloꝛiamur meritis. eius nos sentiamus cõ foueri suffragiis. Per dñm. Memoꝛia de sancto pꝛisco martyꝛe. Oꝛatio.

Ops sẽpiterne deus. foꝛtitudo certantiũ. et martyꝛ palma solennitatẽ hodierne diei ꝓpicius intuere: ⁊ ecclesiã tuã cõtinua fac celebꝛitate letari. vt intercessiõe beati pꝛisci martyꝛis tui oĩm in te credentiũ vota pficias. Epla. Justus coꝛ suũ. vt in cõi vniꝰ cõfessoꝛis ⁊ abbatis. ko. ix. Gꝛ. Os iusti meditabit sapientiã: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in coꝛde ipius: ⁊ nõ supplãtabunt gressus eius. Alla. ℣. Posui adiutoꝛiũ sup potentem: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea. Sequentia. Adest nobis. vt in cõi vnius cõfessoꝛis ⁊ põtificis. ko. viii. Euãge. Nemo accendit. vt in cõi vniꝰ cõfessoꝛis ⁊ abbatis ko. ix. Offꝛ. Desideriũ aĩe eiꝰ tribuisti ei dñe ⁊ volũtate labioꝛ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coꝛonã de lapide ꝑcioso. Secret

Muneribus nostris dñe ꝙs sancti egidii confessoꝛis tui atq; abbatis intercessione. gratiã tue placatõis infunde: vt ⁊ collata nobis remedia tueaꝛis. et pꝛopicius conferenda largiaris. Per dñm. Alia secreta de sancto pꝛisco.

Altaribus tuis dñe munera pꝛo cõmemoꝛatõe sancti pꝛisci martyꝛis tui gratanter offerimus. pꝛecantes: vt ipso intercedente hec eadem nobis ad celestia pꝛomerenda pꝛoficiant. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus et pꝛudens

quem constituit dñs super familiam suã vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Protege dñe populũ tuũ de tua misericordia cõfidentẽ: & quos celestibus refecisti mysteriis. bti egidii cõfessoris tui atq; abbatis intercessione. tuis muneribus assequendis efficepr̃optiores. Per d̃. Alia postcõio de sãcto pr̃isco.

Refectã dñe sacre participationis mysterio tuere q̃s plebem tuã: vt beati pr̃isci martyr̃is tui solẽnia recolentem. celestis gratie largitate pr̃osequere. vt visibilibus adiuta solaciis ad inuisibilia bona pr̃õptius incitet. ℂ Translatio sancti cuthberti epi. Officium.

Statuit ei dñs testamentũ pacis. & pr̃incipẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternũ. p̃s. Mias dñi: ineternũ cantabo. Oratio

Presta nobis q̃s oñs et misericors deus: vt q̃ beati cuthberti cõfessoris tui atq; põtificis trãslationis diẽ veneramur. p ip̃ius suffragia pietatis tue semp beneficia r̃sequamur. Per. Epla Ecce sacerdos magnus q̃ in diebus. vt in cõi vnius r̃fessor̃is & põtificis. fo. vii. Gr̃. Jurauit dñs & nõ penitebit eũ: tu es sacerdos ineternũ scõm ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. ℣. Justus germinabit sicut liliũ: & florebit ineternum ante dñm. Si fiãt. ir. lect. dr̃ sequẽtia de cõi vni⁹ r̃fessor̃is & põtificis. fo. viii. Euangelium. Homo quidam peregre. vt i cõi vni⁹ r̃fessor̃is & põtificis. fo. viii Offr̃. Veritas mea & mia mea cũ ipso: & i nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hec munera q̃s dñe beati cuthberti r̃fessor̃is tui atq; põtificis intercessione sctifica: et nos famulos tuos a pctõr̃ oim maculis clemẽter emunda. Per d̃. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis super oia bona sua constituet eum. Postcõio.

Ut hec communio nos dñe tibi dignos efficiat: beatus cuthbert⁹ confessor tuus & pontifex cuius translationis diẽ veneramur. suffragio q̃s pie intercessionis obtineat. Per dominum

℣. Sancti bertini abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapiẽtiã & lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsi⁹. p̃s. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Ops sẽpiterne de⁹ q̃ mirabiliter fulges in electis tuis. quos te habitatore gr̃ificare voluisti: da nobis q̃s beati bertini cõfessor̃is tui atq; abbatis ita digne solẽnia venerari. vt ei⁹ suffragantibus meritis. tẽplũ tuũ mereamur fieri. Per d̃. Epla. Justus cor̃ suũ. vt in cõi vni⁹ cõfessor̃is & abbatis. fo. ix. Gr̃. Os iusti meditabit̃ sapiẽtiã: & lingua eius loquet̃ iudiciũ. ℣. Lex dei eius i corde ipsius: & nõ supplãtabunt̃ gressus eius. Alla. ℣. Amauit eũ dñs & ornauit eũ: stola gr̃ie idut eũ. Euãg. Nemo accẽdit. vt i cõi vni⁹ r̃fessor̃is & abbat̃. fo. ix. Offr̃. Desiderium aie eius tribuisti ei dñe: & labior̃ eius nõ fraudasti eũ: posuisti i capite eius coronã de lapide pr̃ecioso. Secreta.

Gratia spiritus sancti dñe q̃sumus hec munera nostra assumat: & intercedente beato bertino confessore tuo atq; abbate vitã nostrã irrepr̃ehensibilem custodiat. & nos ad celestia regna p̃ducat. Per dominũ in vnitate eiusdem.

Cõio. Fidelis seruus & pr̃udens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Tribuãt nobis q̃s dñe r̃tinuũ tua sctã subsidiũ: quo bti bertini cõfessor̃is tui atq; abbatis pr̃ecib⁹ nos ab oibus semp tueant̃ aduersis. Per dñm

℣ In natiuitate beate marie. Officiũ.

Gaudeamus oẽs in dño diem festũ celebr̃antes sub honore marie virginis: de cuius natiuitate gaudent angeli & collaudant filiũ dei. p̃s. Eructauit cor̃ meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Supplicationẽ seruor̃ tuor̃ deus miserator̃ exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis & virginis r̃gregamur. eius intercessionibus a te de instãtibus periculis euramur. Per eũdem.

Lectio libr̃i sapiẽtie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odor̃is: & flores mei fruct⁹

honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectõnis ⁊ timoris: ⁊ magnitudinis ⁊ sctẽ spei. In me grã ois vie ⁊ veritatis: in me omnis spes vite ⁊ virtutis. Transite ad me oẽs q̃ cõcupiscitis me: ⁊ a generatõib⁹ meis implemini. Spiritus enĩ meus sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauum. Memoria mea: in generatõe seculoꝝ. Qui edunt me adhuc eluriẽt: ⁊ q̃ bibũt me adhuc sitient. Qui audit me nõ confundetur: et q̃ operant̃ in me nõ peccabũt. Qui elucidant me: vitam eternã habebũt. Alla epka p oct. Lectio libri sapientie. iiii.

O q̃ pulchra ẽst casta generatio: cuꝝ claritate. Immortalis est enĩ memoria illius: qm̃ apud deũ nota est et apud hoies. Cũ presens est imitant̃ illã: ⁊ desiderant eã cũ se eduxerit. ⁊ in perpetuũ coronata triũphat / in coinquinatorũ certaminũ premiũ vincens. Multigena enĩ impioꝝ multitudo nõ erit vtilis: ⁊ spuria vitulamina nõ dabũt radices altas. nec stabile firmamentũ collocabunt. Et si in ramis in tẽpore germinauerint: infirmiter posita a vẽto commouebunt̃. ⁊ a nimietate ventoꝝ eradicabunt̃. Cõfringent̃ enĩ rami incõsummati: ⁊ fructus illoꝝ iutiles. ⁊ acerbi ad mãducandũ. ⁊ ad nichilũ apti. Ex iniqs enĩ oẽs filii q̃ nascunt̃: testes sunt neq̃cie aduersus parẽtes in interrogatiõe sua. Justus aũt si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Et legãtur he due predicte epte alternis vicib⁹ p oct. videlz vna die Ego quasi vitis. ⁊ altera die. O q̃ pulchra ẽst. Ita tñ q̃ in die dñica infra oct. ⁊ in oct. die dr Ego quasi. Grad. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurẽ tuã q̃ concupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde prospere procede ⁊ regna. Alla. ℣⁹. Natiuitas gloriose virginis marie ex semie abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dauid. Sequẽs Alla. ℣. Per te dei genitrix. dicit quotidie p oct. nisi in dñica ⁊ in octa. die tunc enim dicit Alla. sicut in prima die Alleluya. ℣⁹. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem. Sequentia.

Alle celeste: necnon ⁊ perẽne luya. Dic paraphonista cũ mera tympphonia. Tuba ⁊ canora: palinodia canta. Nam ois vlya: hãc xpi genitricẽ die ista. Cõgaudet eroꝝtã: p quã sibi sublatam capit vitã. Dauitica stirpe sata: dauidis ad septra: est regẽda prole fecũdata. Nec grauidata viscera: sunt tamẽ p vlla patris membra: sed ex fide sola. Aue arce sũma: angelus astat maria inquit alma aue plena. Gratia sacra ⁊ benedicta: feminas inter omnes patitura. Regem qui dira mortis vincula. Dãnauit nira cũ potẽtia. Suũ plasma: soluens sponte sua atq̃ beatã donans vitã. Fit mox puella verbis credula. Et puerpera stupet et casta. Natũ gestans speciosum forma: regentẽ cũcta: orbis regna. Hec est virga nõ irrigata: sed dei gratia floꝝigera. Hec est sola cunctoꝝ hera: materna obscurans piacula. Velut rosa decoꝝans spineta: sic quod ledat nil habet maria. Virgo eua quod contulit prima xpi sponsa effugat maria. O virgo sola mater casta: nostra crimina. Soluens da regna: quis beata regnant agmina. Potens enim cuncta: vt mũdi regina ⁊ iura. Cũ nato oia deternis in secla. ⁊ vltra / subnixa es in gloria. Cherubin electa: seraphinq̃ clara agmina. Mã iuxta filiũ posita: sedes in dextera virt⁹ lãpas ⁊ sophia Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert ãnua. Et resonat camenis aula: i laude tua virgo maria. Gaudet p climata orbis eccl'ia dicẽs alla. Q̃ et palatia celi: clamãt didima vsq̃ dãtia p conia. Initiũ sci euãgelii scd̃ matheũ. i

Liber generatõis iesu xpi. filii dauid: filii abrahã. Abrahã aũt / genuit isaac: isaac autez / genuit iacob. Jacob aũt / genuit iudã ⁊ fratres ei⁹: iudas aũt genuit phares ⁊ zaram. de thamar. Phares aũt / genuit esrom: esrõ aũt / genuit arã. Aram aũt / genuit aminadab: aminadab aũt genuit naason. Naason aũt genuit salmon: salmon aũt / genuit booz de raab. Booz autẽ / genuit obeth ex ruth: obeth autem genuit iesse. Jesse autem / genuit dauid regẽ: dauid au-

tis eos. Secundum lucam. xii.

In illo tp̃e. Dixit ieſus diſcipulis
ſuis. Ponite ergo in coꝛdibus ve
ſtris nõ ꝓmeditari: quẽadmodũ reſpõ-
deatis. Ego enĩ dabo vobis os ⁊ ſapien
tiã: cui nõ poterũt reſiſtere ⁊ ꝛtradicere
oẽs aduerſarii veſtri. Trademini aũt a
parẽtibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ ami
cis: ⁊ moꝛte afficient ex vobis. Et eritis
odio oĩbus hoĩbus ꝓpter nomen meũ.
Et capillus de capite veſtro nõ peribit.
In patientia vr̃a: poſſidebitis animas
veſtras. Secundum lucam. vi.

In illo tp̃e. Deſcẽdẽs ieſus de mon
te: ſtetit in loco cãpeſtri ⁊ turba di
ſcipuloꝝ eius. ⁊ multitudo copioſa ple-
bis ab oĩ iudea ⁊ hieruſalẽ ⁊ maritima/
⁊ tyꝛi/ ⁊ ſydonis. q̃ venerãt vt audirent
eũ/ ⁊ ſanarent a languoꝛibus ſuis. Et q̃
vexabant a ſpiritibus inmũdis: curabã-
tur. Et oĩs turba q̃rebat eum tãgere: q̃
virtus de illo exibat/ ⁊ ſanabat oẽs. Et
ipe eleuatis oculis i diſcipulos ſuos: di-
cebat. Beati pauperes: q̃ veſtrũ eſt re-
gnũ dei. Beati q̃ nũc eſuritis: q̃ ſatura
bimini. Beati q̃ nũc fletis: q̃ ridebitis.
Beati eritis cũ vos oderint hoĩes. et cũ

ſeparauerint vos / & exprobrauerint / et eiecerint nomen veſtrũ tanq̃ malũ: ꝓpter filiũ hoĩs. Gaudete in illa die et exultate: ecce enĩ merces veſtra: multa eſt in celo. Secundum lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ audieritis prelia / & ſeditiões: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri: ſed nondũ ſtati finis. Tũc dicebat illis. Surget gens cõtra gentẽ. & regnũ aduerſus regnũ: et terremotus magni erũt p loca. & peſtilentie / & fames. terroreſq; de celo / & ſigna magna erũt. Sed ante hec oĩa iniciẽt vobis manus ſuas & ꝑſequent: tradentes in ſynagogas et cuſtodias. trahẽtes ad reges & prelides ꝓpter nomẽ meũ. Cõtinget aũt vobis: in teſtimoniũ. Ponite ergo in cordibus veſtris nõ premeditari: quẽadmodum reſpondeatis. Ego enĩ dabo vobis os & ſapientiã: cui nõ poterũt reſiſtere & contradicere oẽs aduerſarii veſtri. Trademini aũt a parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩbus ꝓpter nomẽ meũ: et capillus de capite veſtro nõ peribit. In patiẽtia veſtra: poſſidebitis aĩas veſtras. Scõm lucam. xii.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermẽto phariſeoꝝ: qd̃ eſt hypocriſis. Nichil enĩ optũ eſt / qd̃ nõ reuelet: neq; abſconditum qd̃ nõ ſciatur. Quãm q̃ in tenebris dixiſtis: in lumine dicent. Et qd̃ i aure locuti eſtis in cubiculis: ꝑdicabit in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his q̃ occidũt corpus / & poſt hec non habẽt amplius qd̃ faciãt. Oſtendã aũt vobis: quẽ timeatis. Timete eum: q̃ poſtq̃ occiderit. habet poteſtatẽ mittere in gehennã. Ita dico vobis: hũc timete. Nõne q̃nq; paſſeres veneũt diſpõdio. & vn9 ex illis nõ eſt i obliuione coram deo: Sed & capilli capitis veſtri: oẽs numerati ſũt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico aũt vobis. Oĩs q̃ cũq; confeſſus fuerit me coram hoĩbus: & filius hoĩs cõfitebitur illum: coram angelis dei. Secundum matheum. xxiiii

In illo tpe. Sedente ieſu ſup mõtẽ oliueti: acceſſerunt ad eũ diſcipuli ſecreto dicẽtes. Dic nobis quando hec erũt: & qd̃ ſignũ aduentus tui / & conſũmatõis ſeculi. Et reſpõdens ieſus: dixit eis. Videte: ne q̃s vos ſeducat. Multi enĩ venient in noĩe meo dicẽtes ego ſũ xps: et multos ſeducẽt. Audituri enim eſtis prelia: & opiniones prelioꝝ. Videte ne turbemini. Oportet enĩ hec fieri: ſed nõdũ eſt finis. Cõſurget enĩ gẽs cõtra gentẽ. & regnũ in regnũ: & erũt peſtilẽtie et fames et terremotus p loca. Hec aũt oĩa: inicia ſunt dolorꝝ. Tũc tradent vos in tribulationẽ & occidẽt vos: & eritis odio oĩbus gẽtibus ꝓpter nomẽ meum. Et tũc ſcãdalizabunt multi. & inuicẽ tradẽt: & odio habebũt inuicẽ. Et multi pſeudo pphẽ ſurgẽt & ſeducẽt mltos. Et q̃m abũdabit iniq̃tas: refrigeſcet caritas mltoꝝ. Qui aũt ꝑſeuerauerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Scõm lucã. xi

In illo tpe. Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ: et principibus phariſeoꝝ. Ve vobis q̃ edificatis monumẽta prophetarũ: patres aũt veſtri occiderũt illos. Profecto teſtificamini: q̃ ꝓſentitis opibus patrũ veſtroꝝ. Quãm qdẽ ipi eos occiderũt: vos aũt edificatis eoꝝ ſepulcra. Propterea & ſapiẽtia dei dixit. Mittã ad illos pphetas & apl̃os: & ex illis occidẽt & ꝑſequent vt inquirat ſãguis oĩs pphetarũ / q̃ effuſus eſt a cõſtitutõe mũdi. a generatõe iſta. A ſanguine abel vſq; ad ſanguinẽ zacharie: q̃ periit ĩter altare & edẽ. Ita dico vobis: requiret ab hac generatõe. Ve vobis legiſperitis q̃ tuliſtis clauẽ ſciẽtie: ipſi nõ introiſtis. & eos q̃ introibant phibuiſtis. Cũ aũt hec ad illos diceret: ceperũt phariſei & legiſperiti grauiter inſiſtere & os eius opprimere de multis inſidiantes ei. Et q̃rentes aliquid capere de ore eius: vt accuſarẽt eum. Secundum marcum. xiii.

In illo tpe. Egrediente ieſu de templo: ait illi vn9 ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lapides & quales ſtructure. Et reſpõdens ieſus: ait illi. Vides has oẽs magnas edificatões:

Non relinquetur lapis sup lapidē: qui nō destruatur. Et cū sederet in mōte oliuarū cōtra templū: interrogabāt eū seorsum petrus/ꝛ iacobus/ꝛ iohēs/et andreas. Dic nobis qñ ista fiēt: ꝛ qđ signū erit qñ hec oīa incipiēt cōsūmari. Et respōdēs ihesus: cepit dicere illis. Diuisio. Uidete: ne q̄s vos seducat. Multi enī veniēt in noīe meo dicētes. q̄ ego sū: et multos seducēt. Cū aūt audieritis bella ꝛ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enī hec fieri: sed nōdum finis. Exurget enī gens cōtra gentē. ꝛ regnū sup regnū: ꝛ erunt terremotus p loca ꝛ fames. Initiū dolorꝝ hec. Uidete autē vosmetipsos. Tradēt enī vos in cōciliis ꝛ in synagogis vapulabitis: ꝛ āte presides ꝛ reges stabitis ꝓpter me in testimoniū illis. Et in oēs gentes primū oportet predicari euangeliū. Et cū duxerint vos tradentes: nolite precogitare q̄d loquamini. sed qđ datum vobis fuerit ī illa hora id loquamini. Nō enī vos estis loquentes: sed spūs sanctus. Tradet aūt frater fratrē in mortē ꝛ pater filiū: ꝛ cōsurgent filii in parētes. ꝛ morte afficient eos. Et eritis odio oībus hoībus: ꝓpter nomen meū. Qui aūt sustinuerit in finē: hic saluus erit. Euāgeł. Uidete ne quis vos seducat. Require ī euangelio īmediate precedēte fol. vii. ī medio. Secundum matheum. x.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari: q̄ venerim mittere pacē in terrā. Non veni pacem mittere: sed gladiuꝝ. Veni enī separare hoīem aduersus patrē suū: ꝛ filiā aduersus matrē suā. ꝛ nurū aduersus socruꝝ suaꝝ. Et īimici hoīs: domestici ei⁹. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me: nō est me dignus. Et q̄ amat filiū aut filiā suꝑ me: nō est me dignus. Et q̄ nō accipit crucē suā ꝛ sequit me: nō est me dign⁹. Qui inuenit aīam suā: pdet illā. Et q̄ pdiderit aīam suā ꝓpter me: inueniet eā Qui recipit vos: me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eum q̄ me misit. Qui recipit ꝓphetā ī noīe ꝓphete: mercedē ꝓphete accipiet. Et q̄ recipit iustū in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et quicunq̄ potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide: tantū in nomie discipuli. Amē dico vobis: nō pdet mercedē suā. Euāgeł. Ecce ego mitto vos. vtš in cōi vnius apl̄i. fol. ii. Sc̄ꝝ matheū. xxiiii.

In illo tpe. Egressus ihesus de templo ibat: ꝛ accesserūt discipuli ei⁹ vt ostenderēt ei edificationē tēpli. Ipse aūt rñdens: dixit illis. Uidetis hec oīa: Amen dico vobis: non relinquet hic lapis sup lapidē qui nō destruat. Sedēte aūt eo sup montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli eius secreto dicētes. Dic nobis qñ hec erūt: et qđ signū aduētus tui ꝛ cōsummatōis seculi. Et rñdēs ihesus: dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enī veniēt in noīe meo dicentes. ego sum xp̄s: ꝛ multos seducent. Audituri enī estis prelia: ꝛ opiniones prelioꝝ Uidete ne turbemini. Oportet enī hec fieri: sꝫ nōdū est finis. Cōsurget enī gēs in gentē: ꝛ regnū in regnū. Et erunt pestilētie ꝛ fames: ꝛ terremot⁹ p loca. Hec aūt oīa: inicia sunt doloꝝ. Tūc tradent vos in tribulationē/ ꝛ occidēt vos: ꝛ eritis odio oībus gentibus/ ꝓpter nomen meū. Et tūc scādalizabunt multi: ꝛ inuicē tradēt. ꝛ odio habebunt inuicē. Et multi pseudo ꝓphete surgēt: ꝛ seducēt multos. Et qñ abundabit iniq̄tas: refrigescet caritas multoꝝ. Qui aūt perseuerauerit vsq̄ ī finē: hic saluus erit. In tpe paschali. Euāg. Ego sum vitis vos palmites. vtš in vigilia vni⁹ apl̄i. fol. i. Off. Mirabilis deus in sctis suis de⁹ israel ipse dabit virtutē ꝛ fortitudinē plebi sue: benedictus deus alł. Et finiat cum alł. qñcūq̄ dr. Off. Gloriabunt in te oēs q̄ diligunt nomē tuū qm̄ tu dñe benedices iusto: dñe vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Off. Letamini ī dño ꝛ exultate iusti: ꝛ gl̄iamini oēs recti corde. In tpe p̄. alł. Off. Exultabūt sancti in gl̄ia: letabunt in cubilib⁹ suis: exultatōes dei in faucibus eoꝝ. In tpe p̄. alł. alł. Off. Anima nr̄a sicut passer erepta ē de laqo venātiū: laqus contrit⁹ ē ꝛ nos liberati sum⁹. Off. Cōfitebūt celi mirabilia tua dñe ꝛ pitatē tuā ī ecclia sctoꝝ alł. alł. Plurimoꝝ martyꝝ. Secreta.

Suscipe qs dñe munera pplī tui p martyꝝ tuoꝝ festiuitate sanctorũ: ꝛ sincero nos coꝛde face eoꝝ natalicijs interesse. Per dñm. Alia secreta.

Sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ atq; pontificũ. N. ꝛ. N. gloꝛiosa merita venerantes hec dñe munera tue maiestati offerimus obsecrãtes: vt illis reuerentiã exhibendo nobis veniã impetremꝰ. Per. Cõio. Gaudete iusti in dño alla: rectos decet collaudatio alla. Et ỹ alla. qñcũq; ỹ. Cõio. Multitudo languentiũ ꝛ qui vexabant a spiritibus immundis veniebant ad eũ: q; virtus de illo exibat ꝛ sanabat omnes. In tpe paschali. allã allã. Cõio. Posuerũt moꝛtalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre: scõm magnitudinẽ bꝛachii tui posside filios moꝛte punitoꝛum. Cõio. Justoꝝ aie in manu dei sunt: et non tanget eos toꝛmẽtũ malicie: visi sunt oculis insipiẽtiuꝫ moꝛi: illi autẽ sunt ī pace In tpe paschali. alleluya allã. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ꝛ fructũ afferatis: ꝛ fructus vester maneat. In tpe paschali. allã allã. Cõio. Et si coꝛam hoibus toꝛmenta passi sunt. deus tẽptauit eos tãq; aurũ in foꝛnace ꝓbauit eos: ꝛ quasi olocausta accepit illos. Cõio. Ania nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Cõio. Ego sum vitis vera ꝛ vos palmites: q̃ manet in me ꝛ ego in eo: hic fert fructũ multũ allã allã. Plurimoꝝ

Sacramẽtoꝝ martyꝝ. Postcõio. tuoꝝ dñe participatõe letantes: suppliciter exoꝛamus: vt quoꝝ merita celebꝛare condonas: eoꝛum nos facias imitari cõstantiã. Per. Alia postcõio.

Deus qui nos sacramenti tui veneranda perceptione purificas. da nobis qs patrocinia tuoꝝ continuata sanctoꝝ: q̃bus capere valeamus salutaris mysterii poꝛtionem. Per dñm.

℣. In natali vnius cõfessoꝛis. Officiũ

Statuit ei dñs testamentũ pacis: ꝛ pꝛincipẽ fecit euꝫ / vt sit illi sacerdotii dignitas ineternũ. In tpe paschali. alla alla. ℟. Miꝛicoꝛdias dñi: in eternum cantabo. Aliud

Sacerdotes tui dñe induãt iusticiam: et sancti tui exultẽt propter dauid seruum tuũ non auertas faciem xpi tui. In tpe paschali. alla. ℟. Memento dñe dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. Aliud.

Sacerdotes dei benedicite dñm sãcti ẽt humiles coꝛde laudate deuꝫ. In tpe paschali. alla alla. ℟. Benedicite oia opa dñi dño: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Oꝛatio.

Omps sempiterne deus qui nos beati. N. confessoꝛis tui atq; pontificis hodierna festiuitate letificas: tuam supplices exoꝛamus clemẽtiã: vt cuius solẽnia deuotis officijs veneramur: eiꝰ piis suffragijs: eterne vite remedia cõsequamur. Per dñm. Alia oꝛatio.

Da qsumus oipotens deus: vt beati. N. confessoꝛis tui atq; pontificis veneranda solẽnitas: et deuotionem nobis augeat ꝛ salutẽ. Per dñm. Lectio libꝛi sapientie. Ecclesiastici. xliiii

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus. Et in tẽpoꝛe iracũdie: factus est recõciliatio. Non est inuẽtus similis illi: q̃ conseruaret legẽ excelsi. Jdeo iureiurãdo: fecit illũ dñs crescere in plebem suã. Benedictionẽ oim gẽtiũ dedit illi: et testamẽtũ suũ cõfirmauit sup caput eius Cognouit eũ in bñdictõibus suis: cõseruauit illi miam suã. ꝛ inuenit gratiã coꝛã oculis dñi. Magnificauit eũ in cõspectu regũ: ꝛ dedit illi coꝛonã gloꝛie. Statuit illi testamentũ sempiternũ: et dedit illi sacerdotiũ magnũ ꝛ beatificauit illũ in gloꝛia. Fũgi sacerdotio: et habere laudẽ in noie ipsius. Et offerre illi incensum dignũ: in odoꝛem suauitatis Hec sequens epla legat tantũ in vtroq; festo beati edmũdi archiepi ꝛ cõfessoꝛis. Lectio libꝛi sapientie. Ecclesiastici. l.

Ecce sacerdos magnus q̃ ī vita sua curauit gentẽ suã: ꝛ liberauit illã a pditione. Qui suffulsit domũ: ꝛ in diebus suis coꝛroboꝛauit tẽpluꝫ. Qui pꝛeualuit amplificare ciuitatẽ: q̃ adept̃ est gloꝛiã in cõuersionẽ gẽtis. Quasi stella matutina ī medio nebule: ꝛ quasi luna plena in diebus suis lucet. ꝛ quasi sol refulgẽs sic ille effulsit in tẽplo dei. Qua-

li arcus refulgẽs inter nebulas glorie: ꝛ quasi flos rosaꝫ in diebꝰ vernis. Quasi lilia q̃ sunt in trãsitu aque: ꝛ quasi thus redolẽs in diebꝰ estatis. Quasi ignis et fulgẽs et thus ardẽs in igne: quasi vas auri solidum ornatũ oĩ lapide pretioso. Quasi oliua pullulãs ꝛ cypressus ĩ altitudinẽ se extollẽs: in accipiẽdo illũ stolã glorie. ꝛ vestiri eũ in ꝛsummationẽ virtutis. In ascẽsu altaris scti: gloriã dedit sctitatis amictũ. In accipiẽdo aũt ptes de manu sacerdotũ: ꝛ ipe stãs iuxta arã porrexit manũ suã in libatiõe. ꝛ libauit odorẽ diuinũ excelso principi. Et iterauit orationẽ suã volẽs ostẽdere virtutẽ dei: q̃ fecit nobiscũ scdz suã miam. Qui det nobis iocũditatẽ cordis: ꝛ fieri pacẽ in diebus nostris in israel: p dies sempiternos. Lectio libri sapientie. r.

Iustũ deduxit dñs p vias rectas: ꝛ ostendit illi regnũ dei. Et dedit illi scientiã sctoꝝ: honestauit illũ in laboribus. ꝛ cõpleuit laboꝛes illius. In fraude circũuenientiũ illi affuit: ꝛ honestuz fecit illũ. Custodiuit illũ ab inimicis/et a seductoribus tutauit illũ: ꝛ certamen forte dedit illi vt vinceret. ꝛ sciret qm̃ oĩum potentior est sapiẽtia. Hec venditũ iustũ nõ dereliquit: sed a pctoribus liberauit eũ. Descẽditqꝫ cũ illo in foueã: ꝛ in vinculis nõ dereliquit illũ. donec afferret illi sceptrũ regni. et potentiã aduersus eos q̃ eũ deprimebant. Et mẽdaces ostendit qui maculauerunt illũ: ꝛ dedit illi claritatem eternã: dñs deus noster. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xlv.

Dilectus deo ꝛ hoĩbus: cuius memoria in benedictiõe est. Similem illũ fecit in gloria sanctoꝝ ꝛ magnificauit eũ in timore inimicoꝝ: ꝛ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eũ in conspectu regũ: ꝛ vnxit illũ coram populo suo/ ꝛ ostendit illi gloriã suã. In fide ꝛ lenitate ipsius sanctũ fecit illũ: et elegit eũ ex oĩ carne. Audiuit enĩ vocez ipius: ꝛ induxit illũ in nube. Et dedit illi coram ad precepta: ꝛ legẽ vite ꝛ disciplinę Gr. Ecce sacerdos magnus q̃ in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi: q̃ cõseruauit legẽ excelsi. Gr. Jurauit dñs ꝛ nõ penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ: scdm ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Gr. Jnueni dauid seruũ meũ: oleo sancto vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabit ei: ꝛ brachiũ meuz cõfortabit eum. ℣. Nichil pficiet inimicus in eo ꝛ filius iniq̃tatis nõ nocebit euz. Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. ℣. Vitã petiit ꝛ tribuisti ei longitudinẽ dierũ in scm seculi. Alla. ℣. Justꝰ germinabit sicut liliũ ꝛ florebit in eternũ ante dñm Alla. ℣. Amauit eũ dñs ꝛ ornauit eũ stola glorie induit eũ. Alla. ℣. Disposui testamẽtũ electis meis: iurani dauid seruo meo. Alla. ℣. Elegit te dñs sibi ĩ sacerdotẽ magnũ ĩ pplo suo Alla. ℣. Jnueni dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi euz. Alla. ℣. Posui adiutoriũ super potẽtẽ ꝛ exaltaui electũ de plebe mea. Tractꝰ. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ benedicetur. ℣. Gloria ꝛ diuitie in domo eius: ꝛ iusticia eiꝰ manet in seculum seculi. Sequentia.

Adesto nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata: cõgaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma q̃ gloriã cantat in excelsis voce dulcisona cũ symphonia. Hodie poloꝝ sancta agmina collaudãt regẽ deũ nostrũ: natũ ex virgine sancta maria. Aue inclyte prelul. vel. cõfessoꝝ N. flos pulcerrime. Tu vestigia xpi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Jam gratularis ĩ domo supera possidens sedes almas. Quem postulamus ꝛ poscimus vna. Adiuuẽt tua sancta suffragia fragilem vitã nostram. O beate. O sancte. N. Laus tibi in gloria. O beate. O sancte. N. Pro nobis supplica. Vt vna mereamur sancta celoꝝ templa. Possidere leti cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honoꝝ ꝛ iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculoꝝ secula. Amen dicant omnia. Sequentia.

Alma cohoꝝs vna laudum sonora nunc promę preconia. Quibus en ĩsignis rutilat. N. vt luna soloꝝ

sydera. Meritorum est mirifica tadiẽs idẽ sacra progatiua. Hũc iã sophie mystica ornarũt mire dogmata qua fullit nitida: luculẽter ꝙ ampla orbis climata Verbi necnõ fructifera seuit diuini semina mentiũ ꝙ arua pellẽdo quoq; cũcta noctis nebula. Hinc famina fundẽs diua: vtpote celestia ferẽs in se numina Sublimauit catholica vehemẽter culmina sctã ꝙ eloquia. Is nẽpe celse compos glorie nũc exultat inter letabunda celicolarũ ouãs cõtubernia. Sublimis ertat sede supera fruens vita semp inerhausta sat ꝙ saluberrima xpi pascua. O dignus cũcta laude precelsa. Prelulẽ tanta nactũ gaudia. Uirtutũ ppter merita: qbus viguit ardens velut lãpada. Nos voce clara hũc ꝫ iocũda. Dãtes orẽmus preces ꝫ vota. Qui nobis ferat cõmoda impetret eterna poscẽs premia. O d̃ petit ꝑlens caterua: prelulũ gẽma. Deuota rependẽs munera mẽte sincera. Fauẽdo sibi precũ instãtia: scilicet vt polor intret limina. Quo iã intra palatia stantes suprema. Leti gratulemur adepti polor regna. Qui tua prelul sistentes hac aula: iubilemus ingenti cuz letitia. Recinentes dulcia: nunc cellaq; alleluya. Secundum matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolã hanc. Homo qdaz peregre pficiscẽs vocauit seruos suos: ꝫ tradidit illis bona sua Et vni dedit qnq; talenta: alii aũt duo. alii vero vnum. Unicuiq; scõm ppriã virtutẽ: ꝫ pfect⁹ est statim. Abiit aũt qui quinq; talenta acceperat: ꝫ opatus est in eis. ꝫ lucratus est alia qnq; Similiter q̃ duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui aũt vnũ acceperat: abiens fodit in terrã ꝫ abscondit pecuniã d̃ni sui. Post multũ vero tẽporis venit d̃ns seruoz illoz: et posuit rationẽ cũ eis. Et accedens q̃ qnq; talenta acceperat: obtulit alia qnq; talẽta. dicẽs D̃ne qnq; talenta tradidisti michi: ecce alia qnq; suplucratus sum. Ait illi d̃ns eius. Euge serue bone ꝫ fidelis: quia su ꝙ pauca fuisti fidelis. supra multa te cõstituã. Intra in gaudiũ d̃ni tui. Accessit autẽ ꝫ qui duo talenta acceperat: et ait. D̃ne. duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ꝫ fidelis: qz super pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam. Intra in gaudiũ: d̃ni tui. Secundum marcum. xiii.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Uidete vigilate: ꝫ orate. Ne scitis enĩ: quãdo tẽp⁹ sit. Sicut homo q̃ peregre pfectus reliquit domũ suaz: et dedit seruis suis potestatẽ cuiusq; operis. ꝫ ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim: qñ d̃ns dom⁹ veniat. Sero / an media nocte: an gallicãtu / an mane. Ne cũ venerit repẽte: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico vigilate.

Secundum matheum. xxiiii.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Uigilate: qz nescitis qua hora d̃ns vester vẽturus sit. Illud aũt scitote: qñ si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset. vigilaret vtiq; / ꝫ nõ sineret pfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati: qz nescitis qua hora filius hois vẽtur⁹ est. Quis putas est fidelis seruus ꝫ prudẽs quẽ ꝓstituit d̃ns supra familiã suã vt det illis cibũ in tpe? Beatus ille seru⁹: quẽ cũ venerit d̃ns eius / inuenerit sic faciẽtẽ. Amẽ dico vobis: qñ sup oĩa bona sua: cõstituet eũ. Euãgel. Homo q̃dã nobilis. vtꝫ ĩ cõi vni⁹ mart. ꝫ põti. fo. tiii. In tpe pal. Euãg. Ego sũ vitis. vtꝫ in vigi. vni⁹ apli fo. i. Offert. Ueritas mea ꝫ mia mea cũ ipo: et in nõe meo exaltabit cornu eius. In tpe pal. alia. Offz. Inueni dauid seruũ meũ: ꝫ in oleo sctõ vnxi eũ manus enĩ mea auxiliabit ei: ꝫ brachiũ meũ cõfortabit eũ. In tpe paschali. alia. Secreta.

Propiciare d̃ne qs supplicatõibus nostris: ꝫ intercedẽte ꝙ nobis beato. N. cõfessore tuo atq; põtifice: his sacramẽtis celestibus seruiẽtes: ab oi culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos gra tua: eisdẽ qbus famulamur mysteriis emundemur. Per. Alia secreta.

Respice qs d̃ne munera populi tui in beati. N. cõfessoris tui atq; põ

Sabbato

tificis hỹnoꝛe oblata et tue testificatio veritatis nobis pꝛoficiat ad salutẽ. Per Cõio. Dñe quinq; talenta tradidisti michi ecce alia q̃nq; suplucratus sum: euge serue fidelis q; in pauca fuisti fidelis supꝛa multa te cõstituã intra in gaudiũ dñi tui. In tpe paschali. alla

(9442 Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis sup oĩa bona sua constituet euz. In tpe paschali. alla alla. Cõio. Fidelis seruus ⁊ pꝛudens quẽ constituit dñs sup familiã suaz vt det illis in tẽpoꝛe tritici mensurã. In tpe pasc. alla alla. Postcõio.

Presta q̃s dñe deus nostet: vt diuinis mysteriis expiati: interceden te beato. N. cõfessoꝛe tuo atq; põtifice: ad supni plenitudinẽ sacramẽti cui⁹ libauim⁹ sctã tẽdam⁹. Per Alia postcõ.

Quos tui dñe reficis sacramentis sancti. N. cõfessoꝛis tui atq; põtificis attolle benign⁹ suffragiis: vt nr̃e redẽptionis effectuz ⁊ mysteriis capiamus ⁊ moꝛibus. Per dñm. ℂ In natali vnius confessoꝛis ⁊ doctoꝛis. Officiũ

Sacerdotes dei benedicite dñz sãcti ⁊ humiles coꝛde laudate deuz. In tpe paschali. alla alla. ℣s. Benedicite oĩa opera dñi dño: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Oꝛatio.

Exaudi dñe pꝛeces nostras quas i sancti. N. confessoꝛis tui atq; doctoꝛis solẽnitate deferimus ⁊ qui tibi digne meruit famulari: eius pꝛecibus ab oĩbus nos absolue peccatis. Per dñm. Lectio libꝛi sapientie. Ecclesiastici. xlvii

Dilexit dominus cõfessionem sancto suo: ⁊ excelso in verbo gloꝛie. De omni coꝛde suo laudauit dominuz: ⁊ dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potentiam: et stare fecit cantoꝛes cõtra altare. ⁊ in sono eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebꝛationibus decus: et oꝛnauit tempoꝛa vsq; ad consummationem vite vt laudarent nomen sanctũ domini. ⁊ amplificarent mane sanctitatem dei. Chꝛistus purgauit peccata ipsius: et exaltauit ineternuz coꝛnu ipsius. Sapientia laudabit animã suam: ⁊ in domino honoꝛabitur. et in medio populi sui gloꝛiabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum: ⁊ in conspectu virtutis ipsius gloꝛiabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electoꝛum habebit laudẽ: ⁊ inter benedictos: benedicetur. Lectio libꝛi sapientie. vii.

Optaui/ ⁊ datus est michi sensus: ⁊ inuocaui/ et venit in me spiritus sapientie. Et pꝛeposui illam regnis ⁊ sedibus ⁊ diuitias nichil esse dixi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidẽ pꝛecios̃um: quoniã omne aurũ in cõparatione illius arena est exigua: ⁊ tã q̃ lutũ estimabit argentũ in conspectu illius. Super salutẽ ⁊ speciẽ dilexi illã: ⁊ pꝛoposui ꝓ luce habere illã: qm̃ inextinguibile est lumen illius. Venerunt aũt michi oĩa bona pariter cũ illa ⁊ innumerabilis honestas p manus illius: et letatus sum in oĩbus: quoniã antecẽdebat me ista sapientia ⁊ ignoꝛabã quoniã horũ omniũ mater est. Quã sine ficti one didici: ⁊ sine inuidia cõmunico bonis illius. Et honestatẽ illius non abscondo. ℟. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ scd̃m oꝛdinẽ melchisedech. ℣⁹. Dixit dñs dño meo sede a dexꝛis meis. Alla. ℣. Amauit eũ dñs ⁊ oꝛnauit eũ: stola gloꝛie induit eum. Sequẽtia de cõi vnius confessoꝛis ⁊ pontificis. Infra septuagesimã tractus. Beatus vir. vt s̃ i cõi vnius apl̃i. folio. i. Secundum matheum. v.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Qd̃ si sal euanuerit: in quo saliet? Ad nichilũ valet vltra: nisi vt mittat foꝛas. et conculcetur ab hoĩbus. Vos estis lux mundi. Nõ potest ciuitas abscõdi supꝛa montẽ posita. neq; accẽdunt lucernã. et ponũt eã sub modio/ sed sup candelabꝛũ: vt luceat oĩbus qui i domo sunt. Sic luceat lux vestra coꝛã hoĩbus: vt videant opera vr̃a bona. ⁊ gloꝛificẽt patrẽ vr̃m q̃ in celis est. Nolite putare qm̃ veni soluere legẽ: aut ꝓphetas. Nõ veni soluere: sed adiplere. Amẽ dico vobis. donec trãseat celuz ⁊ terra: iota vnũ aut apex vnus nõ pꝛeteribit a lege donec oĩa fiãt. Qui

ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis.ꝫ docuerit sic hoĩes:minim⁹ vocabit in regno celoꝝ. Qui aũt fecerit et docuerit:hic magnus vocabit:i regno celoꝝ. Offert. Veritas mea et misericoꝛdia mea cuꝫ ipo:ꝫ in noĩe meo exaltabit coꝛnu eius In tp̃e paschali. allã. Secreta.

Munera q̃s dñe tibi dicata sanctifica:ꝫ intercedente beato.N. cõfessoꝛe tuo atq; doctoꝛe per eadem nos placatus intende.Per.Cõio. Fidelis seruus ꝫ pꝛudens quẽ constituit dñs super familiam suã:vt det illis in tempoꝛe tritici mensurã. In tp̃e paschali. allã allã. Postcõio.

Presta q̃s op̃s deus: vt de ꝓceptis muneꝛib⁹ gr̃as exhibẽtes/ interceddẽte btõ.N. ꝛfessoꝛe tuo atq; doctoꝛe beneficia potioꝛa sumam⁹.Per. ¶In natali vnius ꝛfessoꝛis ꝫ abbatis. Officiũ.

Os iusti meditabitur sapientiam/ ꝫ lingua eius loquet iudiciũ/ lex dei eius in coꝛde ipsius.ꝑs. Noli emulari in malignãtibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oꝛatio.

Deus q̃ beatũ.N. cõfessoꝛẽ tuũ atq; abbatẽ sãctitatis gratia decorasti:ipsius meritis fac nos bonis opeꝛibus abũdare: vt a te summo bono oẽ qd̃ expedit mereamur impetrare.Per. Lectio libꝛi sapiẽtie. Ecclesiastici. xxxix

Iustus coꝛ suũ tradet ad vigilãdũ diluculo ad dñm qui fecit illũ: et in cõspectu altissimi depꝛecabit. Aperiet os suũ in oꝛatiõe:ꝫ p delictis suis depꝛecabit. Si enĩ magnus dñs voluerit: spũ intelligẽtie replebit illũ. Et ipe tãq; imbꝛes mittet eloquia sapiẽtie sue:ꝫ in oꝛatione confitebit dño. Et ipse diriget cõsiliũ eius ꝫ disciplinã: ꝫ in abscõditis suis consiliabit. Et ipe palã faciet disciplinã doctrine sue:et in lege testamenti dñi gloꝛiabit. Collaudabũt multi sapientiã eius:ꝫ vsq; in seculũ non delebit. Non recedet memoꝛia eius:ꝫ nomẽ ei⁹ requiret:a generatione in generationẽ. ℣. Os iusti meditabitur sapientiã:ꝫ lingua eius loquet iudiciuꝫ. ℟. Lex dei eius in coꝛde ipsius:ꝫ nõ supplãtabunt gressus eius. Alla. ℟. Posui adiutoꝛium sup potẽtẽ:ꝫ exaltaui electũ de plebe mea. Sequẽtia. Adest nobis.vtꝫ in cõi vnius ꝛfessoꝛis.fo.viii. vel tract⁹ Desiderium aie eius.vtꝫ in cõi vni⁹ marc. folio.iii. Secundum lucam. xi.

In illo tp̃e. Dixit ihesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernã et in abscõdito ponit.neq; sub modio.sed sup candelabꝛũ:vt qui ingrediũtur lumẽ videant. Lucerna coꝛpoꝛis tui: est oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totũ coꝛpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit: etiã coꝛpus tuũ tenebꝛosuꝫ erit. Vide ergo:ne lumen qd̃ in te est tenebꝛe sint. Si ergo coꝛpus tuũ totũ lucidũ fuerit non habens aliquã partẽ tebꝛarũ:erit lucidũ totũ. Et sicut lucerna fulgoꝛis:illuminabit te. Offert. Desiderium aĩe ei⁹ tribuisti ei dñe:ꝫ voluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide pꝛecioso. Secreta.

Sacrificium dñe quod pꝛo sancti N. cõfessoꝛis tui atq; abbatis solẽnitate deferimus:tibi q̃s fiat acceptũ ꝫ eius interuenientibus meritis nobis augeat te donãte suffragiũ.Per. Cõio. Fidelis seruus ꝫ pꝛudens quẽ constituit dñs super familiã suã vt det illis in tẽpoꝛe tritici mensuram. In tp̃e paschali. alla alla. Postcõio

Libantes dñe sacrosancta mysteꝛia pꝛetende nobis quesum⁹ misericoꝛdiam tuam: vt que votis expetimus/ intercedente beato. N. confessoꝛe tuo atq; abbate conuersatõe tibi placita consequamur. Per dñm nostrum. ¶De quocunq; confessoꝛe. Officium.

Os iusti meditabitur sapientiã/ ꝫ lingua eius loquetur iudiciũm:lex dei eius in coꝛde ipsi⁹. ꝑs. Noli emulari in malignãtibus:neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloꝛia pꝛi. Oꝛatio.

Adesto dñe pꝛecib⁹ nostris quasi ꝛsancti.N. confessoꝛis tui solẽnitate deferimus:vt q̃ nostre iusticie fiduciã nõ habemus:eius q̃ tibi placuit meritis ꝫ pꝛecibus adiuuemur. Per. Epla Justũ deduxit.vtꝫ in cõi vnius cõfessoꝛis.fo.viii. ℣. Os iusti meditabit sapiẽtiã ꝫ lingua eius loquet iudiciuꝫ. ℟. Lex dei eius in coꝛde ipsius:ꝫ non supplãtabunt gressus eius.

All'a. ℣. Posui adiutoziũ sup potentẽ: ℟ exalta ui electũ de plebe mea. Seq̃ntia. Adest nobis. vtš in cõi vniꝰ 2fes. foꝝ. viii. vel tractus. Desideriũ. vtš in cõi vniꝰ marc. fo. iii. Euãg. Videte vigilate. vtš i cõi vniꝰ 2fessoꝝ is. fo. viii. Offꝝ. Desideriũ aie eius tribuisti ei dñe ℟ voluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius cozonã de lapide pzecioso. In tpe paschali. alla. Secreta.

Suscipe dñe sacrificiũ placationis ℟ laudis qđ nos interueniẽte beato. N. cõfessoze tuo perducat ad veniam: ℟ in perpetuã gratiaruꝫ constituat actionẽ. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus ℟ pzudens quẽ constituit dñs super familiã suam vt det illis in tempoze tritici mensuram. In tẽpoze paschali. alla alla. Postcõio.

Presta q̃sumus oipotens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dñm. ℂ In natali plurimoꝝ confessoꝝ. Officium.

Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabũt. In tpe paschali. alla alla alla. ℘s. Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Beatoꝝ cõfessoꝝ tuoꝝ. N. ℟ N. nos dñe tuere pzesidiis: vt quoꝝ festiuitatẽ attitua deuotõne recolimus: eoꝝ intercessione ab oibus aduersitatibus eruamur. Per. Ad hebzeos. vii.

Fratres. Plures facti sũt sacerdotes scõm legẽ: ideirco q̃ morte p hiberẽt pmanere. Jesus aũt eo q̃ maneat ineternũ: sẽpiternũ habet sacerdotiũ. Unde ℟ saluare ippetuũ potest accedẽs p semetipm ad deũ: semp viuẽs ad interpellãdũ p nobis. Talis enĩ decebat vt nobis esset põtifex: sãctus / innocẽs / ipollut⁹. segregat⁹ a pctõzib⁹. et excelsioꝝ celis fact⁹. Qui nõ habet quotidie necessitatẽ. quẽadmodũ sacerdotes pzius p suis delictis hostias offerre: deinde p populo. Hoc enĩ fecit semel se offerẽdo: dñs nr̃ ihesus xp̃s. Gz. Sacerdotes eius induãt salutare: ℟ scti eius exultatiõe exultabunt. ℣. Illuc pducã coznu dauid: paraui lucernam xp̃o meo. All'a. ℣. Fulgebũt iusti: ℟ tãq̃ scintille in arũdineto discurrẽt ineternũ. Nulla ꝺꝛ sequẽtia: licet. ix. lect. fiãt. Scõm lucã. xii.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Sint lũbi vestri pzecincti: ℟ lucerne ardẽtes in manibus vestris. Et vos similes hoibus expectãtibus dñm suũ: quãdo reuertat a nuptiis. Ut cũ venerit ℟ pulsauerit: cõfestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cũ venerit dñs inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis: q̃ pciget se / ℟ faciet illos discũbere. ℟ trãliens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia. ℟ si in tertia vigilia venerit ℟ ita inuenerit: bti sũt serui illi. Hoc aũt scitote: qm̃ si sciret paterfamilias qua hoza fur veniret. vigilaret vtiq̃. ℟ nõ sineret pfodi domũ suã. Et vos estote parati: q̃ qua hoza non putatis: filiꝰ hois veniet. Secundum matheum. x.

In illo tpe. Misit ihesus duodecim discipulos suos: pzecipiens eis et dicens. In viam gentiũ ne abieritis ℟ i ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis: sed potius ite ad oues que perierũt domus israel. Euntes autẽ pzedicate dicẽtes: q̃ appzopinquabit regnum celoꝝ. Infirmos curate: moztuos suscitate. leprosos mundate. demones eicite. Gratis accepistis: gratis date. Offert. Exultabunt sancti in gloza: letabuntur in cubilibus suis: exultatiões dei in faucibus eoꝝ. In tẽpoze paschali. alla alla. Secreta.

Adesto dñe pzecibus populi tui: adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata mysteriis: tuoꝝ tibi placeant intercessione sanctoꝝ. Per dñm. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ℟ fructum afferatis ℟ fructus vester maneat. In tẽpoze paschali. alla alla. Postcõio.

Fideles tui de⁹ celestis doni refectionis recreent ℟ sanctoꝝ quoq̃ cõfessoꝝ tuoꝝ pzecib⁹: ab oibus q̃s emundentur delictis. Per dñm. ℂ In natali vnius virginis ℟ martyzis. Officium.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatez: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitie pze 2soztibus tuis. In tẽpoze paschali. alla alla alla. ℘s. Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ:

dico ego opera mea regi. Gloria patri. Aliud.
Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regũ ⁊ non cõfundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℘s. Beati immaculati in via: q̃ ambulant in lege dñi. Aliud.
Me expectauerũt pctõres vt pderẽt me testimonia tua dñe intellexi: ois cõsũmatõis vidi finẽ latũ mãdatũ tuũ nimis. ℘s. Beati imaculati in via: q̃ ambulãt in lege dñi. ℣ō.
Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de btẽ. N. virgis ⁊ martyris tue festiuitate gaudemus ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per d̃. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. li.
Domine deus meus exaltasti sup terram habitationẽ meã: ⁊ p morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dñm patrem dñi mei: vt nõ derelinquat me in die tribulationis mee. ⁊ in tempore superborũ sine adiutorio. Laudabo nomen tuũ assidue: et collaudabo illud in cõfessione. ⁊ exaudita est oratio mea. Liberasti me de pditiõe: et eripuisti me de tẽpore iniquo. Propterea cõfitebor. ⁊ laudẽ dicam noi tuo: dñe deus meus. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. li.
Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Confitebor noi tuo. quoniam adiutor ⁊ protector factus es michi: et liberasti corpus meũ a perditione. A laqueo lingue inique: ⁊ a labiis operantiũ mendaciũ. Et in cõspectu astantiũ factus es mihi adiutor: ⁊ liberasti me scdm multitudinẽ mie noís tui. A rugientibus preparatis ad escã: de manibus querẽtiũ aiaz meã ⁊ de portis tribulationũ q̃ circũdederũt me. ⁊ a pssura flãme que circũdedit me ⁊ in medio ignis nõ sum estuata. De altitudine ventris inferi: ⁊ a lingua coinquinata. ⁊ a verbo mendacii. A rege iniquo: et a lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortẽ aia mea dñm: ⁊ vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circũdederũt me vndiq; et non erat q̃ adiuuaret. Respiciens erã ad adiutoriũ meũ: et non erat. Memorata sum mie tue dñe. et cooperationis tue q̃ a seculo sunt: qm̃ eruis sustinentes te. et liberas eos de manu angustie: dñe deus meus.
Lectio libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xxiiii.
Sapientia laudabit aiam suã: ⁊ in dño honorabitur ⁊ in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suũ: ⁊ in cõspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: ⁊ in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine elector̃ habebit laudẽ: ⁊ inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altissimi pdii: primogenita ante oẽm creaturã. Ego quasi liban⁹ nõ incisus vapore habitationẽ meã: ⁊ quasi balsamũ nõ mixtũ odor me⁹. Ego quasi terebint⁹ extẽdi ramos meos: ⁊ rami mei: honoris et gr̃e.
Lectio libri sapiẽtie. Prouerbior̃. xxxi.
Mulierẽ fortẽ quis inueniet? Procul ⁊ de vltimis finibus precium eius. Cõfidit in ea cor viri sui: et spoliis nõ indigebit. Reddet ei bonũ et nõ malã: oibus diebꝰ vite sue. Quesiuit lanã ⁊ linũ: ⁊ operata est cõsilio manuũ suarũ. Facta est quasi nauis institoris: de lõge portans panẽ suũ. Et de nocte surrexit: deditq; predã domesticis suis: ⁊ cibaria ancillis suis. Cõsiderauit agrũ: et emit eũ: de fructu manuũ suarũ plãtauit vineã. Accinxit fortitudinẽ lumbos suos: ⁊ roborauit brachiũ suũ. Gustauit ⁊ vidit qm̃ bona est negociatio eius: non extinguet in nocte lucerna eius. Manum suã misit ad fortia: et digiti eius apprehenderũt fusum. Manũ suã aperuit inopi: ⁊ palmas suas extendit ad paupere. Non timebit domui sue a frigoribꝰ niuis: oẽs enim domestici eius vestiti sũt duplicibus. Stragulatã vestẽ fecit sibi: byssus ⁊ purpura indumẽtũ eius. Nobilis in portis vir eiꝰ: qm̃ sederit cũ senatoribus terre. Syndonẽ fecit ⁊ vẽdidit: ⁊ cingulum tradidit chananeo. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius: ⁊ ridebit in die nouissimo. Os suũ aperuit sapiẽtie: ⁊ lex clemẽtie in lingua eius. Cõsiderauit semitas domus sue: ⁊ panem ociosa non comedit. Surrexerunt filie eius ⁊

beatissimã ꝓdicauerũt:⁊ vir eius laudauit eam. Multe filie congregauerũt diuitias:tu supgressa es vniuersas. Fallax gratia/⁊ vana est pulcritudo: mulier timens deũ/ipsa laudabit. Date ei de fructu manuũ suarũ:⁊ laudent eam:in portis opera eius. Gȳ. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Gȳ. Specie tua ⁊ pulcritudine tua intende prospere procede ⁊ regna ℣. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iusticiã ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Gȳ. Diffusa est gratia in labiis tuis:,pterea benedixit te deus in eternũ. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ ⁊ iusticiã:⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Gȳ. Audi filia ⁊ vide:⁊ inclina aurem tuã:quia concupiuit rex speciẽ tuaz. ℣. Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intende prospere procede ⁊ regna. Alleluya. ℣. Emuloz enĩ vos dei emulatõe:desponsdi vos vni viro virginẽ castã exhibere xpo. Alla. ℣. Veni electa mea ⁊ ponã te in thronũ meũ:quia concupiuit rex speciẽ tuam. Alla. ℣. Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intende prospere ꝓcede ⁊ regna. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. Alla. ℣. Hec est virgo sapiens quã dñs vigilãtẽ inuenit. Alleluya. ℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum ⁊ non confundebar dñe.

Tractus.

Diffusa est gr̃a in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus ĩ eternũ. ℣. Specie tua ⁊ pulcritudie tua:intẽde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ ⁊ iusticiã:⁊ deducet te mirabilit dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ ĩclina aurẽ tuã q̃ cupiuit rex speciẽ tuã

Exultem⁹ ĩ hac die festiua Seqn. Recolẽtes dñi magnalia in sctis q̃ operat maxima. Qui inter sua potentie mira ĩ virginũ est maximus gloria. Sua enĩ gratia mũdi viluit virginib⁹ pompa. Atq; cõtra ꝓcepta regũ restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana deuicta tristat malicia. Crudescit in carne tenera maioza exquiri tormenta Sed tunc stat firmioz caro virginea. Cum multiplicantur noua supplicia. Pro eterna quã expectant a deo gloria. Letantur mortalia affligi sua corpora. Quia sunt trãsitoria. Et in motu subito labentia mũdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea sorte claruit N. Cuius hodie celebramus solẽnia splendens inter alias vt lucifer ĩter minores stellas. Virgo beata fortiter ferens oĩa nec mori recusans ꝑ gloria ꝑ nobis pie deũ exora. Ut tecuz in aula exultemus etherea pace perpetua. Pro sanctoz virgo gloriosa collaudemus dñm gloria.

Secundum matheum. xiii.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celoz thesauro abscõdito in agro: quẽ q̃ inuenit homo abscõdit ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuersa q̃ habet ⁊ emit agrũ illũ. Iterũ simile est regnũ celoz hoĩ negociatori q̃rẽti bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna pretiosa margarita:abiit ⁊ vẽdidit oĩa q̃ habuit ⁊ emit eã. Iterũ simile est regnũ celoz̃ sagene misse in mare:⁊ ex oĩ genere piscium cõgreganti. Quã cũ impleta esset/ educẽtes ⁊ secus littus sedẽtes: elegerũt bonos ĩ vasa. malos aũt foras miserũt Sic erit in cõsummatiõe seculi. Exibũt angeli:⁊ separabũt malos de medio iustoz. Et mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus ⁊ stridoz dentiũ. Intellexistis hec oĩa:Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo oĩs scriba doctus in regno celoz̃/ similis est hoĩ patrifamilias:q̃ pfert de thesauro suo:noua ⁊ vetera.

Offertorium. Filie regũ in honore astitit regina a dextris tuis ĩ vestitu deaurato circundata varietate.

Offert. minus. Offerent regi virgines post eã proxime eius offerent tibi.

In tpe paschali. alla. Offert. maius. Offerent regi virgines post eam: prime eius offerent tibi ĩ letitia ⁊ exultatiõe adducent in tẽplum regi dño.

Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus propicius respice: ⁊ intercedẽte beata. N. virgine tua ⁊ martyre vicula peccatoz nostroz absolue. Per. Cõio. Diffusa est gr̃a in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

In tpe paschali. alla alla.

Cõio. Feci iudiciũ ⁊ iusticiã dñe nõ calũnient michi superbi:ad oĩa mãdata tua dirigebar:oẽm viã iniq̃tatis odio habui. Cõio. Simile est regnũ celoz hoĩ negociatori q̃rẽti bonas margaritas

inuẽta vna pciosa margarita: dedit oia sua et cõparauit eã. Cõio. Quiq; pudẽtes virgines acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus media autẽ nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam xpo dño. Postcõio.

Placeãt tibi qs misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosctã q sumpsimus intercedẽte beata. N. virgine tua et martyre: et tuas gratiã nobis conciliẽt: et eterne felicitatis gaudiũ subministrent. Per. C In natali vnius virginis nõ martyris. Officiũ.

Dilexisti iusticiã et odisti iniqtatem: ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cõsortibus tuis. In tpe paschali. alla alla alla. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Omps sempiterne deus: auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis qs scẽ. N. virgis tue placitis tibi meritis cõmẽdari: cui⁹ vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per. Ad corinthios. ii. r

Fratres. Qui gloriatur i dño glorietur. Non enim q seipm cõmendat ille pbatus est: sed quẽ deus cõmendat. Utinã sustineretis modicũ qd insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginẽ castã: exhibere xpo. Lectio libri sapientie. viii.

Sapientia vincit maliciã: attingit ergo a fine vsq; ad finẽ fortiter. et disponit oia suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuentute mea: et quesiui eã sponsam michi assumere. et amator factus sum forme illius. Generositatem gloxificat contuberniũ habens dei: sed et omniũ dns dilexit illã. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operum illius. Lectio Isaie prophete. lxi. et. lxii.

Gaudens gaudebo i dño / et exultabit aia mea in deo meo. Qz induit me vestimẽto salutis: et indumẽto leticie circũdedit me. Quasi sponsum decoratũ corona: et quasi sponsam ornatã monilibus suis. Sicut enim terra pfert germẽ suũ / et sicut ortus semẽ suum germinat: sic dominus deus germinabit iusticiam et laudẽ coram vniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cũ virgine: et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus sup sponsam: et gaudebit sup te deus tuus. Dicit dns: oipotens. Grad.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ. v. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. v. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bndixit te deus ineternũ. Alla. v. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginẽ castam exhibere xpo. Sequentia

Virginis venerãde de numero sapientũ festa celebremus socii. Filie matris sũmi regis sacrosãcte marie Quã sibi in sororẽ dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii. Et luxuriã secuti ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostẽ cruentẽ freta xpi dextera strauerat. Hec spõsum ab aula celi sese inuisentẽ alacris. Corde iocũdo secuta eius est ingressa thalamũ. Tuq; iã dulcibus plena deliciis Christo miserias nostras suggerito. Nobis consolationẽ precando. Secundum matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ celorum decẽ virginibus: que accipientes lãpades suas exierũt obuiã spõso et sponse. Quinq; aũt ex eis erant fatue: et quinq; pudẽtes. Sed quinq; fatue acceptis lãpadibus: nõ sumpserũt oleũ secũ. Prudentes vero: acceperunt oleũ in vasis suis cũ lãpadibus. Morã aũt faciente sponso: dormitauerũt oẽs et dormierũt. Media autẽ nocte clamor factus est: ecce spõsus venit exite obuiã ei. Tũc surrexerũt oẽs virgines ille: et ornauerũt lãpades suas. Fatue aũt: sapiẽtibus dixerũt. Date nobis de oleo vr̃o: qr lãpades nostre extinguũt. Respõderũt prudẽtes: dicẽtes. Ne forte nõ sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendẽtes et emite vobis. Dũ aũt irent emere: venit spõsus. Et q parate erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime veroveniũt et relique virgines: dicẽtes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille respõdẽs: ait. Amẽ dico vobis: nescio

vos. Vigilate itaq; : q; nescitis diẽ neq; horam. Offert. Offerent regi virgines post eam: proximę eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces ꝫ munera in honore sancte. N. virginis tue gaudentes/presta quesumus: vt et cõuenienter hec agere ꝫ remediũ sempiternuz valeamus acquirere. Per dñm.

Cõio. Diffusa est gratia i labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõio

Prosint nobis dñe ꝙs sumpta mysteria: pariterq; nos intercedẽte beata virgine tua. N. ꝫ a pctis eruãt et presidiis tue propiciatõis attollãt. Per d̃.

℣ In natali plurimarũ virginũ. Offũ

Vltũ tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eã/proxime eius adducentur tibi in leticia ꝫ exultatione. ℟s. Eructauit cor meum verbũ bonum dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui vt humanum genus ad confessionem tui nois prouocares: etiã in sexu fragili victoriã martyrii contulisti: presta ꝙsumus: vt ecclesia tua hoc exemplo cõmunita: nec pati p te metuat ꝫ celestis premii gloriã concupiscat. Per. Ad corinthios. i. vii.

Fratres. De virginibus aũt precepti dñi nõ habeo: cõsiliũ aũt do/tanq; misericordiam cõsecutus a dño/vt sim fidelis. Existimo enĩ hoc bonum esse/propter instãtẽ necessitatẽ: qm̃ bonũ est hoĩ sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutionẽ. Solutus es ab vxore: noli q̃rere vxorẽ. Si aũt acceperis vxorẽ non peccasti. Et si nupserit virgo: nõ peccauit. Tribulatõez tamẽ carnis habebũt huiusmodi. Ego aũt vobis parco. Hoc itaq; dico fratres: tẽpus breue est. Reliquũ est. vt ꝫ q̃ habent vxores: tanq; non habentes sint. Et qui flent: tanq; nõ flẽtes. Et qui gaudent: tanq; non gaudentes. Et q̃ emunt: tanq; non possidentes Et qui vtuntur hoc mundo: tanq; non vtant. Preterit enĩ figura huius mũdi Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est: sollicitus est que domini sunt/quomodo placeat deo. Qui aũt cũ vxore est: sollicitus est q̃ sunt huius mũdi/quomodo placeat vxori/ꝫ diuisus est. Mulier innupta ꝫ virgo: cogitat que domini sunt. vt sit sancta corpore ꝫ spiritu. In xpo iesu: dño nostro.

Lectio libri sapientie. iiii.

Oq; pulchra est casta generatio: cuz claritate. Immortalis est enĩ memoria illius: qm̃ apud deũ nota est ꝫ apud hoies. Cũ presens est imitant illã: ꝫ desiderãt eam cũ se eduxerit/ꝫ imppetuũ coronata triũphat/in coinquinatorũ certaminũ premiũ vincẽs. Multigena enĩ impiorũ multitudo nõ erit vtilis: et spuria vitulamina nõ dabũt radices altas nec stabile firmamẽtũ collocabũt Et si in ramis in tẽpe germinauerint infirmiter posita: a vẽto cõmouebunt. et a nimietate ventorũ eradicabunt. Confringent enĩ rami incõsũmati: ꝫ fructꝰ illorũ inutiles. ꝫ acerbi ad mãducãdũ et ad nihilũ apti. Ex iniquis enĩ oẽs filii q̃ nascunt: testes sunt nequicie/aduersus parẽtes/in interrogatõe sua. Justus aũt si morte preoccupatus fuerit: i refrigerio erit. ℣. Exultabũt scti in gloria letabũt in cubilibus suis. ℟. Cãtate dño canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sctõrũ. ℣. Gloriosus deꝰ in sctis mirabilis in maiestate faciens ꝓdigia. ℟. Dextera tua dñe glorificata est i virtute: dextera manꝰ tua confregit inimicũ. Alla. ℟. Adducẽt regi virgines post eã: proxie eiꝰ offerent tibi in leticia ꝫ exultatõe. Euãg. Simile est regnũ celorũ decẽ vir. vts vniꝰ vgis nõ mark. fol. xi. in offõ prio. Offt. Offerent regi virgines post eã: prime eiꝰ offerent tibi. Secreta

Hac nos ꝙsumus dñe beatarũ virginũ et martyrũ tuarũ. N. ꝫ. N. cõtinuis presidiis adiuuari/p quarum venerãda recordatione hec dona maiestati tue dicãda offerimus. Per. Cõio.

Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam christo domino. Postcõio.

Presta ꝙsumus oĩpotens deus/vt qui sanctarũ virginũ ꝫ martyrũ tuarũ. N. ꝫ. N. solennitate percepimus diuina mysteria: earũ intercessiõe reme-

dia capere mereamur eterna. Per dñz.
De virginibus nõ martyribus. Oratõ

Omps sempiterne deus/q nos ydoneos nõ esse perpẽdis ad maiestatẽ tuã sicut dignũ est exorandũ: fac sanctas virgines tuas. N. ⁊. N. p nr̃is iter uenire pctis: quarũ meritis nobis idulgentiam largiaris. Per dñm. Secreta.

Intercedentibus sctis virginibus tuis. N. ⁊. N. dñe q̃lumus plebis tue munus sctifica: vt ab oĩbus noxiis expedita: ⁊ hic ⁊ ineternũ cuncta sibi p futura percipiat. Per. Postcõio.

Quelumus dñe de⁹ noster: vt sacri mysterii munus indultũ: intercedentibus sctis virginibus tuis. N. et N. ⁊ psentis nobis vite subsidiũ: ⁊ eternitatis largiatur affectũ. Per. ¶ In cõmemoratione sctẽ trinitatis. Officium

Benedicta sit sctã trinitas atq; indiuisa vnitas: confitebimur ei qz fecit nobiscũ miam suã In tpe paschali alla alla. ps. Benedicamus patrẽ ⁊ filiũ cum sancto spiritu. Oratio.

Omps sempiterne deus q̃ dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere et in potẽtia maiestatis adorare vnitatẽ q̃s: vt eiusdez fidei firmitate ab oĩbus sẽp muniamur aduersis. Qui viuis ⁊ reg.

Ad romanos. xi.

O altitudo diuitiarũ sapiẽtie ⁊ scientie dei: q̃ incõprehensibilia sũt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Quis enĩ cognouit sensũ dñi/aut q̃s cõsiliari⁹ eius est: Aut q̃s prior dedit illi ⁊ retribuetur ei: Qm̃ ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipo sunt oĩa ipsi gloria: in secula seculoz amen.

Ad corinthios. ii. xiii.

Fratres Gratia dñi nostri iesu xpi ⁊ caritas dei et cõmunicatio sancti spũs sit semp cũ oĩbus nobis. In xpo iesu: dño nostro. Gz. Benedictus es dñe q̃ intueris sup abyssos ⁊ sedes sup cherubin. ℣. Benedicite deũ celi qz fecit nobiscũ miam suã. Alleluya. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorum: ⁊ laudabilis in secula. Alleluya. ℣⁹. Laudate pueri dominũ: laudate nomen dñi. sit nomen dñi benedictũ ex hoc nũc ⁊ vsq; in sclm.

Secundum iohannem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclytus quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis q̃ a patre pcedit: ille testimoniũ phibebit de me. Et vos testimoniũ phibebitis: qz ab initio mecũ estis. Hec locut⁹ sũ vobis: vt nõ scãdalizemini. Absq; synagogis faciẽt vos. Sed venit hora: vt oĩs q̃ interficit vos: arbitret obsequiuz se prestare deo. Et hec facient vobis: qz nõ nouerũt patrẽ neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorum reminiscamini: qz ego dixi vobis. Offz. Benedictus sit de⁹ pater vnigenitusq; dei filius: sctũs quoq; spũs quia fecit nobiscum miam suã. In tpe paschali. alla. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe deus trinitas sancta p tui sancti nois inuocationẽ huius oblatiõis hostiã: ⁊ cooperãte spũ sancto p eam nosmetipos tibi pfice munus eternũ. Qui viuis. In vnitate eiusdẽ. Prefatio. Qui cũ vnigenito. Cõio.

Benedicimus deũ celi: ⁊ coram oĩbus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum miaz suã. In tpe paschali. alla alla. Postcõio.

Proficiat nobis ad salutẽ corporis ⁊ aĩe dñe deus huius sacramenti susceptio: et sẽpiterne sancte trinitatis: eiusdemq; indiuidue vnitatis cõfessio. In qua viuis ⁊ regnas deus. Per.

¶ Missa de angelis. Officium

Benedicite dñm oĩes angeli ei⁹ potentes virtute qui facitis verbum eius ad audiẽdam vocem sermonũ eius. In tpe paschali. alla. ps. Benedic anima mea dño: et omnia q̃ intra me sunt nomini sancto eius. Oratio.

Perpetuũ nobis dñe tue miserationis presta subsidiũ: qbus ⁊ angelica prestitisti suffragia nõ deesse. Per d̃

Lcto libri apocalipsis bti iohis apli. xix.

In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe beati q̃ ad cenã nuptiarũ agni vocati sũt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes eius vt adorarẽ eũ. Et dixit michi. Vide ne feceris: cõseruus tuus sũ: ⁊ fratrũ tuoz habentiũ testimoniũ iesu. Deum

adora. Gr. Benedicite dñm oēs angeli eius: potentes virtute qui facitis verbū eius. ℣. Benedic anima mea domino: et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi domine deus meus.

Secundum iohannem. v.

In illo tpe. Erat dies festus iudeorū: ⁊ ascendit ihesus hierosolymā. Est aūt hierosolymis pbatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida quinq; porticus habēs. In his iacebat multitudo magna lāguentium: ceco⁹/claudo⁹/arido⁹. expectantiū aquemotū. Angelus autē dñi scdm tēpus descēdebat in piscinā: ⁊ mouebat aqua. Et q̄ prior descēdisset in piscinā post motionē aque: sanus fiebat. a quacūq; detinebat infirmitate. Offr. Stetit angelus iuxta arā templi habens thuribulū aureū in manu sua: ⁊ data sunt ei incēsa multa: ⁊ ascēdit fum⁹ aromatum in conspectu dei alla. Secreta.

Hostias tibi dñe laudis offerimus. supplices te deprecantes: vt easdē angelico p nobis iterueniēte suffragio ⁊ placatus accipias. ⁊ ad salutē nostrā peruenire ⁊cedas. Per. Cōio. Benedicite oēs angeli dñi dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū i secula. In tpe paschali. alla. Postcōio.

Repleti dñe benedictiōe celesti supplices exoramus: vt qd̄ fragili celebramus officio. sctōr angelorū oīmq; celestiū spirituū nobis pdesse sentiamus auxilio. Per. ¶ Sciendū est q̄ per totū aduentū: ⁊ a Dñe ne in ira. vsq; ad caput ieiunii: ⁊ ab oct. pasc. vsq; ad ascē. dñi: ⁊ a festo scē trinitat⁊ vsq; ad aduētū dñi. singulis ebd̄. semel solet dici missa. Salus populi. p fratrib⁹ ⁊ sororib⁹: ita q̄ si vacauerit a festis sctōr ⁊ extra oct. cū regie chori: ⁊ si missa dñicalis in ebd̄. cātāda fuerit cōpleta cōmeō. quoq; btē marie ⁊ festo loci ⁊ pprie epl'e ⁊ euāg. p pria pter illā missā nō fuerit ptermissa: tūc illa si qua dies vacauerit est cātāda. Si vero pprie epl'e ⁊ pria euāge. q̄ quartis feriis ītitulāt frequēter nequeant ibi dici in primis sequētib⁹ feriis si vacauerit plegant: nec pter missā Salus ppli. vel Nos aūt. alicubi p totū annū aliqualiter omittant. In missis etiā Salus populi. vel Nos autē. Kyrie Sāctus. ⁊ Agnus. sēp dr cātus ferialis ¶ Et notādū est q̄ p totū tps predictu⁹ q̄n missa dñicalis in dñica vel in scda feria cātata fuerit: ⁊. iii. fer. vacauerit/sēp dr missa Sal⁹ ppli. in ipa. iii. fer. ⁊ si nō vacauerit: tūc ī aliqua feria ipius ebd̄. q̄ ad hoc vacauerit cātet. Et sciēdu⁹ est q̄ missa. Salus ppli. est in dispositōe cantoris: q̄n cōueniētius et quota feria pōt dici. Q̄n vero dicit missa Salus ppli. tūc nulla dr meōria de dñica neq; de aliqua alia missa. iii. lect. nisi in aduentu. Dicat etiā missa Salus populi. in vnaquaq; ebda semel: nisi in. xl. ⁊ nisi festus impediat: vel oct. cū regie chori: ⁊ nisi infra tps nati. dñi: ⁊ nisi in ebdomadis pasche ⁊ penthecostes. Ad missam. Offm

Salus populi ego sū dicit dñs: de quacūq; tribulatōe clamauerint ad me exaudiā eos: et ero illor⁹ dñs ī ppetuū. In tpe paschali. alla alla. ℣s. Attēdite populе meus legē meā: inclinate aurē vestrā in verba oris mei. Nō dr Gloria in excelsis. in hac missa. Oratio

Deus q̄ caritatis dona p grām sancti spūs tuor⁹ cordibus fideliū infundis. da famulis et famulabus tuis fratribus ⁊ sororibus nr̄is p q̄bus tuaz deprecamur clementiā. salutē mentis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligant. ⁊ q̄ tibi placita sūt tota dilectōe pficiāt. Per dñz. ī vnit. eiusd̄. Lectio Isaie pphē. xix

Hec dicit dñs deus. In die illa deerit munus dño exercituuz: et rex fortis dñabit eor⁹. In die illa erit altare dñi in medio terre: ⁊ cognoscet dñs. ⁊ colent eū in hostiis ⁊ muneribus. ⁊ vota vouebūt dño ⁊ soluēt. Et reuertēt ad dñz. et placabit eis: et sanabit eos. In die illa erit israel benedictio in medio terre: cui benedixit dñs exercituū dicēs. Benedictus populus me⁹: ⁊ opus manuū mea rū hereditas mea israel. Dicit dñs: ops. Gr. Propicius esto dñe pcīs nr̄is: neq; dicāt gētes vbi est deus eor⁹. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ ppter honorē nois tui dñe libera nos. Alla. ℣. Ostēde nobis dñe miam tuā:

ꝛ salutare tuũ da nobis. In tpe paschali secundũ Alla. erit de missa dñicali p ebd̃. sicut in festis sine regimine chori. Tamẽ in pcessione vbi fit statio scdm Alla nõ dicet. Idẽ modus obseruet in missa p pace ꝛ cõsimilib⁹. Scdm marcũ. xii.

In illo tpe. Sedens iesus cõtra gazophilaciũ: aspiciebat quõ turba iactaret es in gazophilaciũ. Et multi diuites: iactabãt multa. Cũ venisset autẽ vna vidua paupcula: misit duo minuta. qd̃ est quadrãs. Et cõuocans discipulos suos: ait illis. Amẽ dico vobis: qz vidua hec paupcula plus oĩbus misit qui miserũt in gazophilaciũ. Oẽs enĩ ex eo qd̃ abũdabat illis: miserũt. Hec vero de penuria sua: oĩa q̃ habuit. misit: totũ victũ suũ. Offz. Exaudi deus orationẽ meã: ꝛ ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde in me ꝛ exaudi me. In tpe paschali. alla. Sequentes duo ỽ. dicunt alternis vicib⁹ ifra aduẽtũ dñi: ꝛ a. lxx. vsq ad. l. tñ. ỽ. Conturbatus sum a voce inimici: ꝛ a tribulatõe pctõris ꝛ expectabã eum q̃ me saluum faceret. ỽ. Ego autẽ ad deũ clamaui libera aiam meã: ꝛ extendes manũ tuã in rettribuendo illis. Secreta.

Miserere q̃s dñe famulis et famulabus tuis. p q̃bus hoc sacrificium laudis tue offerim⁹ maiestati. ꝛ presta: vt p hec sctã supne benedictõis gratiã obtineant. et gloriã eterne felicitatis acquirãt. Per. Cõio. Amẽ dico vobis: quicquid orantes petitis credite: qz accipietis ꝛ fiet vobis. In tpe paschali. alla alla. Postcõio.

Diuina libãtes mysteria q̃s dñe vt hec salutaria sacramẽta illis pficiãt ad plpitatẽ ꝛ pacẽ: p quoz quarũq̃ dilectiõe. hec tue obtulim⁹ maiestati. Per. C. In cõmeõratõe scti sps. Officiũ

Spiritus dñi repleuit orbẽ terraz alla: ꝛ hoc qd̃ cõtinet oĩa scientiã habet vocis alla alla alla. ps. Exurgat deus ꝛ dissipent inimici ei⁹ ꝛ fugiant q̃ oderunt eũ a facie eius. Oratio.

Deus qui corda fideliũ sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sapere: et de ei⁹ sẽp consolatione gaudere. Per d̃. in vnitate eiusdẽ. Lectio actuũ apostolorz. viii.

In diebus illis. Cũ audissent apli q̃ erãt hierosolymis qz recepisset samaria verbũ dei: miserunt ad eos petrũ ꝛ iohannẽ. Qui cũ venissent: orauerũt p ipsis. vt acciperent spiritũ sanctũ Nondũ enĩ in quẽq̃ illorũ venerat: sed baptizati tantũ erãt in noĩe dñi iesu. Tũc imponebãt manus sup illos: et accipiebãt spiritũ sanctũ. Grz. Beata gens cuius est dñs deus eorz: populus quẽ elegit dñs i hereditatẽ sibi. ỽ. Verbo dñi celi firmati sunt: ꝛ spũ oris eius ois virtus eorz. Alla. ỽ. Veni sancte spũs reple tuorz corda fideliũ ꝛ tui amoris i eis ignẽ accende. In tpe paschali primũ Alla ỽ. Emitte spm̃. ꝛ scdm Alla. ỽ. Veni sancte spũs. vts̃. Secundum iohannem. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si q̃s diligit me: sermonez meũ seruabit Et pater meus diliget eũ: ꝛ ad eũ veniemus / ꝛ mãsionẽ apud eum faciem⁹. Qui nõ diligit me: sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus: sed eius q̃ misit me patris. Hec locut⁹ sũ vobis: apud vos manẽs. Paraclyt⁹ aũt spũs sctũs quẽ mittet pater i noĩe meo: ille vos docebit oĩa ꝛ suggeret vobis oĩa q̃cunq̃ dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quõ mũdus dat: ego do vobis. Non turbet corz vestrũ: neq̃ formidet. Audistis qz ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me. gauderetis vtiq̃. qz vado ad patrẽ: quia pater maiorz me est. Et nũc dixi vobis priusq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nõ multa: loquar vobiscũ. Venit enĩ princeps mũdi huius: ꝛ in me nõ habet q̃q̃ Sed vt cognoscat mũdus qz diligo patrẽ: ꝛ sicut mandatũ dedit michi pater: sic facio. Offz. Cõfirma hoc deus qd̃ operatus es in nobis a tẽplo tuo qd̃ est in hierusalẽ. tibi offerent reges munera alla. Secreta.

Munera q̃s dñe oblata sanctifica: ꝛ corda nra sancti spũs illustratõe emũda. Per eũd̃. in vnitate eiusd̃. Prefatio. Qui ascẽdens. Non dz in hac prefatõe. Hodierna die. nisi in ebda penthecostes tantũ. Cõio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spũs vehemẽtis vbi erãt

sedẽtes alla. ⁊ repleti sunt oẽs spiritu sancto lo loquentes magnalia dei alla alla. Postcõio.

Sancti spũs dñe corda nra mũdet infusio: ⁊ sui roris untima asplio ne fecũdet. Per dñm. in vnitate eiusdẽ.

¶ In cõmeõratiõe corporis xpi. Offm.

Qibauit eos ex adipe frumenti alla: et de petra melle saturauit eos alla alla alla. ps. Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob. Or̃o.

Deus q̃ nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriã reliquisti. tribue qs. ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum. in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas cũ deo patre. Ad corinthios. i. xi.

Hratres. Ego enĩ accepi a dño qd ⁊ tradidi vobis: qm̃ dñs ielus in qua nocte tradebat. accepit panẽ ⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mãducate/hoc est corpus meũ. qd̃ p vobis tradet: hoc facite in meã cõmemoratione. Simr ⁊ calicẽ: postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouũ testamẽtũ est. in meo sãguine: hoc facite quotiẽscũq; sumitis i meã cõmemorationẽ. Quotiẽscũq; enĩ mãducabitis panẽ hũc ⁊ calicẽ bibetis: mortez dñi annũciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; manducauerit panẽ. vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet aũt seip̃z homo: ⁊ sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enĩ mãducat ⁊ bibit idigne: iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit: nõ diiudicans corpus dñi. Gr̃. Oculi oim in te sperãt dñe: ⁊ tu das illis escã i tẽpore opportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã: ⁊ imples oẽ aial benedictione. Alla. ℣. Caro mea vere est cib⁹: ⁊ sãguis meus vere est potus: q̃ manducat meã carnẽ ⁊ bibit meum sanguinẽ: in me manet ⁊ ego in eo.

Secundum iohannem. vi.

In illo tpe. Dixit ielus discipulis suis. ⁊ turbis iudeor̃. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ: in me manet ⁊ ego i illo. Sicut misit me viuẽs pater: ⁊ ego viuo ppter patrẽ. Et q̃ mãducat me: ⁊ ipe vi-

uet propter me Hic est panis: qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri mãna: ⁊ mortui sũt. Qui manducat hũc panem: viuet ineternũ. Offert. Sacerdotes domini incensum ⁊ panes offerunt deo: ⁊ ideo sancti erunt deo suo: ⁊ polluent nomen eius alleluya. Secreta

Ecclesie tue qs dñe vnitatis ⁊ pacis propicius dona cõcede: q̃ sub oblatis muneribus mystice designant. Per dñm nrm. Prefatio. Quia per incarnati. Cõio. Quotiens cunq; mãducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat: itaq; quicunq; mãducauerit panem vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi alla. Postcõio.

Hac nos qs dñe diuinitatis tue sẽpiterna fruitiõe repleri. quã preciosi corporis ⁊ sanguinis tui. tẽporalis pceptio prefigurat. Qui viuis ⁊ reg. cũ deo pẽ. ¶ Sciẽdũ est q̃ missa de cruce dr̃ oi. vi. fer̃. a Deus oir̃. vsq; ad aduẽtũ dñi: nisi festũ. ix. lect. ipediat: vel oct. cuz regie chori: vel dies oct: vel qd̃ ex necessitate oporteat agere missã dñicalẽ: vel aliqd̃ tale festũ. iii. lect. qd̃ aliqd̃ ppriũ habet seruitiũ. Si vero in. vi. fer̃. aliqd̃ festũ. iii. lect. euenerit vnde nullũ proprium habeat seruitiuz: tũc est ĩ dispõe cãtoris dicere missã de cruce vel nõ. Cũ vo. vi. feria oino a festo vacauerit ⁊ nõ oportet ex necessitate dicere missaz dñicalẽ: sẽp infra pdictũ tps dr̃ missa de cruce q̃uis oẽs hore dicãt de feria ⁊ nulla fiat meõ. de missa dñicali. ¶ Ñ si oporteat dicere missã Salus ppli. oino ptermittat missa de cruce. ¶ Ad missã de cruce. Offm

Nos aũt gloriari oportet in cruce dñi nostri ielu xpi: i quo est salus vita ⁊ resurrectio nra: p quẽ saluati ⁊ liberati sumus. In tpe paschali allã allã. ps. Deus misereat nri ⁊ benedicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos ⁊ misereat nri. Nõ dr̃ Gloria in excelsis. Or̃o.

Deus qui vnigeniti filii tui dñi nri ielu xpi pcioso sãguine viuifice crucis vexillũ sctificare voluisti. cõcede qs: eos q̃ eiusdẽ sctẽ crucis gaudẽt honore. tua quoq; vbiq; ptectione gaudere.

Per eundē. Ad philippenses. cī.

Hratres. Xp̄s factus est pro nobis obediēs vsq ad mortē: mortem autē crucis. Propter qđ et de⁹ exaltauit illū. ⁊ donauit illi nomē. qđ est sup omne nomē: vt in noīe iesu oē genu flectat. celestiū/terrestriū/⁊ infernoꝝ. Et ois lī gua confiteat: qꝛ dñs noster iesus xp̄s: ī gloꝛia est dei patris. Gꝛ. Xp̄s factus est p nobis obediens vsq ad mortē: mortē autē crucis. ℣. Propter qđ ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē qđ est sup omne nomē. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos: dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ ⁊ dominū. In tp̄e paschali scdm Alla. ℣. Nos autē gloꝛiari opoꝛtet in cruce dñi nostri iesu xp̄i

Secundum matheum. xx.

In illo tp̄e. Ascendēs iesus hierosolymā: assumpsit duodecī discipulos suos secreto. ⁊ ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hois tradet pꝛincipibus sacerdotū et scribis/et condemnabunt eū moꝛte. Et tradent eū gētibus ad illudendū: ⁊ flagellandū/⁊ crucifigendū. Et tertia die: resurget. Offꝛ

Pꝛotege dñe plebē tuā p signum sancte crucis: ab oībus insidiis inimicoꝝ oīm: vt tibi gratam exhibeamus seruitutē. ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrū. In tp̄e paschali. alla. Secr.

Hec oblatio q̄s dñe ab oīb⁹ nos purget offensis: que in ara crucis immolata etiā totius mūdi tulit offensas. Per. Pꝛefatio. Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sumus ⁊ p sanctā crucē liberati sum⁹: fructus arboꝛis seduxit nos: fili⁹ dei redemit nos alla. ⁊ finiat cū alla. q̄ncūq dꝛ: visi infra. lxx. vsq ad pascha. Postcōio

Adesto nobis dñe deus noster: et quos sācte crucis letari facis honoꝛe. eius quoq ꝓpetuis defende subsidiis. Per. Sanctus bonefacius papa egrotauit vsq ad moꝛtē: q̄ instanter petiit a deo vitā in hoc seculo sibi pl̄ogari. Ad quē misit dñs sctm̄ raphaelē archāgelū cū officio misse de q̄nq vulneribꝰ xp̄i: dicēs ad papā. Surge ⁊ scribe istud officium: ⁊ dicas ip̄m quinq vicibus: ⁊ continuo recipies sanitatem. Et q̄cunq sacerdos hoc officiū deuote p se vel p alio egrotāte celebꝛauerit q̄nquies: hic sanitatē ⁊ gratiā recipiet: ⁊ in futuro vitā eternā possidebit: si in bono pseueret Et in quacūq tribulatiōe homo exiterit in hoc seculo: si ꝓcurauerit a sacerdote hoc officiū q̄nquies p se legi: sine dubio liberabit. Et si p aīa defuncti legat statim postq̄ cōplete dictū fuerit: scz q̄n quies a penis aīa soluet. Sanctus igit bonefacius papa hec audiēs statim erexit se in loco quo iacuit infirmatus: ⁊ ipsum cōiurauit p oipotentē deū vt absq suo periculo recederet: ⁊ q̄s esset ⁊ ad qđ venisset sibi cōtinuo indicaret. Qui statim dixit se esse archāgelū raphaelem a deo sibi missū: ⁊ superius pnūciata pro mittebat sine dubio foꝛe rata. Sāctus tūc bonefacius papa officiū cōfirmauit apl̄ica auctoꝛitate: tribuens oībus vere cōfessis ⁊ cōtritis septimā partē remissionis oīm pctoꝝ suoꝝ q̄ illud deuote legerint q̄na vice. Et si l̄r illud pꝛedictū officiū legi ꝓcurātibus quadꝛagīta dies criminalium: et vnū annū venialiū in dño relaxauit. ℂ Incipit officiuꝫ misse de q̄nq vulneribus dñi nostri iesu xp̄i.

Humiliauit semetip̄m dñs noster iesus xp̄s vsq ad moꝛtez/ moꝛtē aūt crucis: ꝓpter qđ et deus exaltauit illū. ⁊ donauit illi nomē qđ est sup oē nomē. ℣s. Mias dñi: meternū cātabo. Et dꝛ Gloꝛia in excelsis. nisi p aduentū: ⁊ a. lxx. vsq ad pascha. Oratio.

Dñe iesu xp̄e fili dei viui qui de celo ad terrā de sinu patris descendisti. ⁊ in ligno crucis q̄nq plagas sustinuisti. ⁊ sanguinē tuū pꝛeciosū in remissionē pctoꝝ nꝛoꝝ effudisti. te humiliter depꝛecamur: vt in die iudicii ad dexteram tuā statuti. a te audire mereamur. Venite benedicti in regnū patris mei. Qui cū eodē patre in vnitate sp̄ūs sancti. viuis ⁊ regnas deus. Per. Addatur etiā vna collecta vbi placuerit scdm numerū ⁊ tēpoꝛis exigētiā p viuo vel pro defuncto p quo iste misse celebꝛantur.

Lectio zacharie pꝛophete. xii.

Hec dicit dñs deus. Effūdā de sp̄u meo sup domū dauid. ⁊ sup habi

tatoꝛes hierusalē ſpiritū gratie et miſe-
rationis. ⁊ aſpiciēt in eū quē confixerūt
⁊ plangēt eū plāctu quaſi ſup vnigeni-
tū: ⁊ dolebūt ſup eum. vt doleri ſolet in
moꝛte pꝛimogeniti. In die illa erit plan
ctus magnus in hieruſalē: et dicetur ei.
Que ſūt iſte plage in medio manuū tu
arū: Et dixit eis. Hiis plagatus ſū in do
mo eoꝛ q̄ me diligebāt framea ſuſcita-
re ſup paſtoꝛē meū: ⁊ ſup virū coheꝛētē
michi. dicit dñs exercituū. Percutiā pa
ſtoꝛē: ⁊ diſpgēt oues gregis. Dicit dñs:
exercituū. ℣. Impꝛoperiuꝫ expectauit coꝛ
meū ⁊ miſeriā ⁊ ſuſtinui q̄ ſimul ꝓtriſtaret ⁊ nō
fuit. conſolantē me queſiui. ⁊ non inueni. ℟. Et
dederunt in eſcam meā fel: ⁊ in ſiti mea potaue
runt me aceto. Alla. ℟. Aue rex noſter ieſu xp̄e
tu ſolus nr̄os erroꝛes ⁊ reatus miſeratus ptuli
ſti: patri obediēs ductus es ad crucē. vt agnus
manſuetus. ad occiſionē tibi gloꝛia oſanna tibi
ſumme laudis ⁊ honeſtatis choꝛea. Tractus.

Iudica me deus ⁊ diſcerne cauſā meā: de
gente nō ſancta: ab hoīe iniquo ⁊ doloſo
erue me. Qꝛ tu es deꝰ foꝛtitudo mea quare me
repuliſti: ⁊ quare triſtis incedo dū affligit me ī
micus. Teſtes enī iniq̄ iſurrexerūt aduerſū me
⁊ mēdacia eſt iniq̄tas ſibi. Supꝛa doꝛſū meū fa-
bꝛicauerunt pctōꝛes: plōgauerunt iniq̄tatē ſuā
Ip̄i vero cōſideraverunt ⁊ inſpexerūt me: diui-
ſerunt ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſup veſtē meā miſe
runt ſoꝛtē. Foderunt manus meas ⁊ pedes me-
os ⁊ dinumeraverūt oſa oſſa mea: ⁊ doloꝛē ſup
doloꝛē vulneribus meis addiderūt. Seq̄ntia.

Qenā cū diſcipulis xp̄e celebꝛaſti: ⁊
moꝛtē apꝛis palā nunciaſti: ⁊ auc-
toꝛē ſceleris iudā demōſtraſti: ⁊ egreſ-
ſus ꝓtinus oꝛtulū intraſti. Tūc pcidēs
dñs humo ſe pſtrauit: ⁊ trāſferri calicē
a ſe poſtulauit: ſed patris arbitrio illud
cōmendauit: ⁊ ecce moꝛ ſanguinis ſu-
doꝛ emanauit. Judas poſt hoc oſculuꝫ
oꝛi dedit xp̄i: ad q̄d inquit dñs amice ve
niſti: numq̄d trades oſculo quē iā vendi
diſti: aſſiſtētes ꝓtinus irruūt miniſtri.
Noꝛ inſōnis itaq̄ illa ducebatur: nulla
pꝛoꝛſus requies ieſu p̄ſtabat: magiſtro
rū impia plebs iniuriat: alapis et cola-
phis innocēs mactat. Dū ieſum eripe-
re pilatus conat: iudeoꝛ furia magis ī-
flāmatur: ⁊ tumultus populi ingēs ex-
citat: ⁊ plebis voꝛ intonat vt crucifigat
Tradit militibus vinculis artat: vndi-
q̄ verberibus coꝛpus cruētat: caput re-
gis q̄ſie ſpinis coꝛonat: poſtq̄ flexis ge-
nib⁹ q̄ſquis irritat. Ecce caro tenera pii
ſaluatoꝛis: ad colūnaꝫ nequiter coartat
loꝛis: ſic flagellis cedit impii toꝛtoꝛis: q̄
emanāt riuuli vndiq̄ cruoꝛis. Poſt per
vꝛbis mediū ieſus pꝛocedebat: ⁊ crucis
patibulū humeris ferebat: ad foꝛes ad
hoſtia populus fluebat: etuſq̄ confuſio
ōibus patebat. Ad pudoꝛis tumulū ie-
ſu denudaris: ⁊ vētis ac frigoꝛi nudus
ſpoliaris: innocēs cū impiis in cruce dā
naris: ⁊ quaſi dux ſceleris medio locaꝛ:
Tēlis ligno bꝛachiis manus ꝛclauant:
cruci caro crurib⁹ clauis tractabāt: ner-
ui vene ſimili modo laniant: pedes plā
te etiā ferro concauant. Loquens ieſus
poſtea ſitio dicebat: et acetū ꝓtin⁹ felle
cōmiſcebat: ac iſtulū ſpōgie oꝛi poꝛrige-
bat: q̄ deguſtās paululū ſumere nole-
bat O ieſu mirifice q̄d eſt q̄ agebas: tu
de ſitu cōquerēs de cruce ſitiebas: nūq̄d
hāc doloꝛib⁹ magis ſentiebas: aut ſalu
tē potius nr̄am ſitiebas. Uocē pꝛomēs
vltimā patrē inuocaſti: ſpiritūq̄ mani-
bus eius cōmēdaſti: cū clamoꝛe valido
tandē expiraſti: ſic ſalutē oīm opus con
ſūmaſti. Nūc ego ſuꝑbio tu humiliaꝛ:
ego culpas perpetro tu pena gꝛauaris:
ego pomū moꝛdeo tu felle potaris: ego
peto mollia tu dure tractaꝛ. Demū cu-
ius valeat mens vel lingua fari: virgo
ītus credit quātuꝫ cruciari: dū cernit iā
moꝛtuū latus vulnerari: atq̄ nati viſce
ra lācea rimari. Coꝛpus q̄dē moꝛtuū iā
nil ſentiebat: militis ſed lācea pectus in
figebat: quā fixā in filii latere videbat:
vnde aqua ſanguine mixta effluebat.
Fūdūt riuos ſāguinis fōtes ſaluatoꝛis:
ꝓperās huc ālā currat pctōꝛis: ⁊ hauri-
at quiſpiā ſacrati liquoꝛis: quo frequē-
ter liniat vulnera doloꝛis. Ad hūc ergo
ꝓpera fontē ſaluatoꝛis: vt fluētis iple-
as viſcera dulcoꝛis: atq̄ vite lauacrum
pꝛeciuꝫ cruoꝛis: hinc tui curatio pfluat
languoꝛis. Secundū iohannem. xix.

Qui pro alijs orat
pro seipso laborat

Dñs Gregorius Galathiensi quodam plebanum pro alijs de morte

In festo corone dñi

In illo tpe. Prescius ihesus qz iam omnia consummata erant de ipso: vt consummaretur scriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ. Illi autẽ spongiã plenã aceto et ysopo circũponentes: obtulerunt oi eius. Et cũ accepisset ihesus acetũ: dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite: tradidit spiritũ. Judei ergo quoniã parasceue erat. vt non remaneret in cruce corpora sabbato: erat enĩ magnus dies ille sabbati. rogauerũt pilatũ vt frangerentur eoꝝ crura ⁊ tollerentur. Venerũt ergo milites: ⁊ primi quidẽ fregerũt crura ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihesum autẽ cũ venissent vt viderũt eũ iam mortuũ: non fregerũt eius crura. Sed vnus militũ lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimoniũ perhibuit: ⁊ verum est testimoniũ eius. Offert. Insurrexerunt in me testes iniqui absqz miseri cordia quesierunt me interficere ⁊ nõ pepcerũt in facie meã spuere: ⁊ lãceis suis vulnerauerũt me ⁊ concussa sunt oia ossa mea. Secreta.

Dñe ihesu xpe qui p mundi redemptione crucis lignũ ascẽdisti: vt vniuersis mundus q̃ intenebris erat illuminaretur: illam q̃s lucem in aias nostras ⁊ corpora infunde: p quã ad eternã lucez peruenire mereamur. Qui cũ patre ⁊ spũ sancto viuis. Prefatio. Qui salutẽ. Cõio. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos ⁊ dinumerauerũt oia ossa mea. Postcõ.

Dñe ihesu xpe q̃ hora diei sexta p redẽptione mũdi crucis patibulũ ascendisti. ⁊ sanguinẽ tuũ pretiosũ in remissionẽ pctoꝝ nroꝝ fudisti. te humiliter depcamur: vt p tue passionis ⁊ vulnerũ tuoꝝ merita. post obitũ nostrũ paradysi ianuã gaudenter mereamur introire. Qui cũ deo patre ⁊ spũ scõ viuis.

¶ In festo corone dñi. Officium.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ festum celebrãtes sub honore corone dñi: de cuius solẽnitate gaudent angeli ⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Gaudẽt angeli ⁊ exultãt archãgeli letantur ⁊ congratulantur omnes sancti. Oratio.

Presta q̃s oipotens deus: vt qui in memoriã passionis dñi nostri ihesu xpi coronam eius spineam veneramur in terris. ab ipo gloria ⁊ honore coronari mereamur in celis. Qui tecum. Lectio libri sapientie. Canticoꝝ. iii.

Lectulũ salomonis seraginta fortes ambiũt ex fortissimis israel: dẽs tenentes gladios. ⁊ ad bella doctissimi. Uniuscuiusq̃ ensis sup femur suũ: ppter timores nocturnos. Ferculũ fecit sibi rex salomon de lignis libani. Colũnas eius fecit argenteas. reclinatoriũ aureũ: ascensũ purpureũ media caritate strauit ppter filias hierusalẽ. Egredimini filie syõ: ⁊ videte regẽ salomonẽ in diademate. quo coronauit eũ mater sua in die despõsatõis illius. ⁊ in die letitie cordis eius. Quã pulchra es amica mea: q̃ pulchra es. Oculi tui colũbarũ: absq̃ eo qd̃ intrinsecus latet. Veni de libano sponsa mea. veni de libano: veni coronaberis. Alla. ỿ. Tuã coronã adoramus dñe tuũ gloriosum recolimus triũphum. Alla ỿ. Diadema spineum veneremur hodie: cuius per aculeum certum datur glorie. Sequẽtia.

Si vis vere gloriari: ⁊ a deo coronari: honore ⁊ gloria. Hãc coronam venerari: studeas atq̃ sectari: portãtes vestigia. Hanc celoꝝ rex portauit: honorauit ⁊ sacrauit: sacro suo capite In hac galea pugnauit: cũ antiquũ hostẽ strauit: triũphans in stipite. Hec puguãtis galea: triũphantis laurea: tyara põtificis. Primũ fuit spinea: postmodum fit aurea: tactu sancti verticis Spinarum aculeos: virtus fecit aureos: xpi passionis. Que pctis spineos: mortis eterne reos: adimpleuit bonis. De malis colligitur: ⁊ de spinis plectit: spinea puerlis Sed in aurũ vertit: quãdo culpa tollit: eisdẽ puerlis. Jocũda mysteria: sũt hec. sed materia: presentis leticie. Nobis est hystoria: qua patenter francia: coronat hodie. Hui⁹ coronatio: corone susceptio cuius festũ agimus Debito cũ gaudio: ⁊ anniuersario: honore recolimus. Thesauro tã nobili: tã desiderabili: dives es effecta. Terra carẽs simili: carẽs cõpa-

rabili:deo p̄dilecta Tria p̄riuilegia:regna tibi alia:subdūt in honoꝛe. Fides et militia:vnctioꝙ regia:quarū floꝛes floꝛe. Tibi o vꝛbs inclyta:oī laude p̄dita mater studioꝙ. Est coꝛona tradita:ꝛ in te reposita:vꝛbs parisioꝙ. In dei p̄coniū:totū confer studiū:totū coꝛ appone Que x̄pi palladiū:ꝛ sacre sacrariū facta es coꝛone. Jesu pie iesu bone:nō o nobis in agone:largire victoꝛiā. Moꝛes nōs sic cōpone:vt ꝑpetuo coꝛōe: mereamur gloꝛiā. Amen. Scōm iohannem. xix.

In illo tp̄e. Appꝛehendit pilatus ie sum:ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coꝛonā de spinis imposuerūt capiti eius:ꝛ veste purpurea circūdederūt eū.ꝛ veniebāt ad eū ꝛ dicebant. Aue rex iudeoꝙ:-Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatus foꝛas:ꝛ dixit eis. Ecce adduco vobis eū foꝛas: vt cognoscatis quia in eo nullā inuenio causam. Exiuit ergo iesus:poꝛtans spineā coꝛonā:ꝛ purpureum vestimentum. Credo. Oſſꝙ. Gloꝛia ꝛ honoꝛe coꝛonasti eum:ꝛ cōstituisti eū sup opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Quoꝙ militū rex oꝑs virtutē coꝛroboꝛa:vt quos in huius moꝛtalitatis stadio vnigeniti filii tui coꝛona letificat:ꝛ cōsummato cursu certaminis īmoꝛtalitatis bꝛauiū appꝛehēdāt. Per. Pꝛefatio de cruce. Coio. Posuisti dñe in capite eius coꝛonā de lapide pꝛecioso. Postcōio.

Supplices te rogamus oīpotēs deus: vt hec sacramenta que sumpsimus per sacrosancte filii tui coꝛone. cuius solennia recensemus. virtutē nobis pꝛoficiant ad medelam. Per eundē

Sabbato celebꝛatur de beata virgine. et quare in. vii. feria de beata virgine initiū quidē habuit:- Quoniā ī quadā ecclesia ciuitatis Constātinopolitane erat imago beate virginis: coꝛaꝙ qua depēdebat velū quod totā velabat imaginē:sed hoc velū ī. vi. feria post vesperas recedebat de imagine nullo mouēte:solo dei miraculo quasi deferreꝛet in celū vt ad plenū posset imago cōspici Celebꝛatis vesperis in sabbato descēdebat ip̄m velū ante eādem imaginē ꝛ ibi manebat vsqꝙ in feriā. vi. sequētez. Hoc viso miraculo sancitū est vt semp illa feria celebꝛet de btā virgine. Alia etiā ratio est:qꝛ dño crucifixo et moꝛtuo discipulis fugiētibus ꝛ de resurrectōe despetātibus:in illa sola tota fides remansit. Sciebat enī quō poꝛtauerat eū sine laboꝛe:ꝛ pepererat sine doloꝛe:et ideo certa erat q̄ filius dei esset:ꝛ a moꝛtuis tertia die resurgere deberet:et hec est ratio quare dies sabbati magis q̄ alia dies btē marie appꝛopꝛiat. Tertia rō est: qꝛ dies sabbi est ianua ꝛ introit⁹ ad dñicam diē:dies aūt dñica est dies req̄i/ ꝛ significat vitā eternā. Unde cū in gr̄a sum⁹ dñe nr̄e:sumus quasi in ianua paradysi. Igitur quia ip̄a est nobis poꝛta ad regnū celoꝙ/ qō p diē dñicā figurat:ideo de illa solēnisamus in. vii. feria q̄ diem dñicam p̄cedit. Quarta ratio est vt solēnitas matris solēnitati filii cōtinuet. Quinta ratō est: vt festiuius agatur in die qua deus ab omni opere requieuit.

Oꝛdinatio misse quotidiane beate marie virginis q̄ dicitur Salue. Pulsato ad missam beate marie conueniāt clerici ad eandē p ebdām deputati: q̄ dictis p̄ius hoꝛis btē virginis ī capella eiusdē: videlꝙ p̄ima. iii. vi. ꝛ. ix. missā solemniter exequantur. Hoc addito q̄ in inceptione cuiuslibet hoꝛe dicitur salutatio angelica:scilicet Auemaria. genu flectēdo sub silētio. Ad missam quotidianā beate marie sacerdoti assistāt diaconus ꝛ subdiaconus ministrātes ei ī dalmaticis ꝛ tunicis oī duplici festo per annum ꝛ per oct. natiuitatis dñi/ paschę ꝛ penthecostes in sabbatis:et in dñicis et in omnibus festis que habent inuitatoriū triplex. Et ī omnibus his Alleluya. a duobus supioꝛibus in suppellicius cātat:alias a clericis inferioꝛib⁹ in habitu semp eodē. Celebꝛat etiā missa btē virginis solēniter oī die p̄ anū ī capella eiusdē:nisi duob⁹ dieb⁹ p̄rimis āte paschā. ¶ Ad missam beate virginis quotidiana dicendā in capella ꝛ in choꝛo ifra aduentū qñ fit plenū seruitiū de ea:nisi in festo conceptionis eiusdem. Officium.

c.iii

---

vltimus vbi ſ. lyth locus est in cruce finit cōmutatus est: hoc vba vt ita dixit dyni notabilia cotra ꝑcul martelin ꝑfundus beato qui lyth legit in cathedra cruci fixo dispūtada est hoc Qui bñtabat in sanguine suo Judicio vob dimittuꝛ dei q̄ est ofa passio vt possetis stare ad dñm ab diabolū Q — d ſ. aliqd vel est

Rorate celi desup: ⁊ nubes pluant iustū: aperiat terra / ⁊ germinet saluatorē. ℣s. Et iusticia oriat simul: ego dñs creaui eū. Deinde repetat officiū. Rorate. Gloria patri. Tertō repetat officiū. Et sic fiat ibidē p totū annū: etiā ifra passionē. Ad missā quotidianā de scā maria i capella eiusdē oi die p ānū: nisi duob⁹ dieb⁹ ante pascha dr vnū Kyrie ex istis sequētib⁹: videlz oibus duplicib⁹ festis: siue fiat i choro de tpalib⁹: siue de festis sctōr dr vnū istor abscz versib⁹: scz Kyrie rex splēdens. vel Kyrie fons bonitatis. In oib⁹ vero ōnicis dr abscz ℣lib⁹ vnū eorūdē: vt istō scz Kyrie rex genitor. ℭ Feria scda. Kyrie de O rex clemens. ℭ Feria tertia. Conditor. ℭ Feria quarta. Cuncti potēs. ℭ Feria qnta. Orbis fac. ℭ Feria sexta. Lux ⁊ origo. ℭ Sabbato. Kyrie ōps. Oratio

Deus q̄ de beate marie semp virginis vtero verbū tuū angelo nūciāte carnē suscipere voluisti. presta supplicibus tuis: vt q̄ vere eam dei genitricem credimus. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eūdē. ℭ Sequētes memorie fiāt p totū annū ad missā eiusdē in capella. Scda ōro de trinitate. Ōps sempiterne deus. Tertia ōro p epis viuis. Ōps sempiterne deus qui facis mirabilia. Quarta ōro pro benefactoribus defunctis. Ōps sempiterne deus: vnica salus mor. Quinta ōro generalis scz. Omps sempiterne deus qui viuor

Require predictas oratōes cū secretis ⁊ postcō. ante officiū. Salue scta parens.

Lectio Isaie prophete. vii.

In diebus illis Locutus est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signum a dño deo tuo in profundū inferni: siue i excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam: ⁊ nō tēptabo dñz. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Numqd parum vobis est molestos esse hoībus. q̄ molesti estis ⁊ deo meo: Propter hoc dabit dñs ipe vobis signū. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū: et vocabit nomē eius emanuel. Butyr ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malū: ⁊ eligere bonū. ℭ In capella beate virginis p totū annū grada leçū suo versu cantet a toto choro. Gz. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. ℟. Quis ascendet in montē dñi. aut quis stabit in loco sancto eius: innocēs manibus ⁊ mūdo corde. Nūq̄ eni repetat grad. post suū ℟. in missis quotidianis de sctā maria / neq̄ de trinitate / neq̄ de ceteris cōmeōratiōib⁹: nisi in pleno seruitio tātū. Alla. ℣. Aue maria gra plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. Idē Alla. p totū aduētū dr in choro i cō memoratōe beate marie: ⁊ sic r in capella. Et sciēdū est q̄ quotidie p annū dicit sequentia in capella beate virginis: ⁊ similiter in choro q̄n dr missa solenniter de eadē. Quādo fit plenū seruitiū de scta maria p aduētū dicitur vna ex istis sequentiis per ordinē: similiter dicūtur ad missam quotidianam. Sequentia.

Missus gabriel de celis: verbi baiulus fidelis: sacris disserit loquelis: cū beata virgine. Verbū bonū ⁊ suaue: pandit intus i cōclaue: ⁊ ex eua formans aue: eue verso nōie. Cōsequenter iurta pactū: adest verbū caro factū: sēp tamē est intactū: puellare gremiū. Patrē pariēs ignorat: ⁊ quā homo nō deflorat: non torquet nec laborat: q̄n parit filiū. Signū audis nouitatis: crede solū et est satis: nō est tue facultatis: soluere cōrigiā. Grāde signū ⁊ insigne: est i rubo ⁊ in igne: ne appropiet indigne: calciatus q̄lpiā. Virga sicca sine rore: nouo ritu nouo more: fructū ptulit cū flore: sic ⁊ virgo peperit. Benedict⁹ talis fruct⁹: fructus gaudii nō luctus: nō erat adā seductus: si de hoc gustauerit. Jesus nr ie sus bonus: pie mr̄is piū onus: cuius est in celo thron⁹: nascit in stabulo. Qui sic est p nobis natus: nr̄os deleat reat⁹: qa noster icolatus: hic est i piculo. Seq̄ntia

Mittit ad virginē: non quēuis angelū: sed fortitudinē suū archangelū: amator hoīs. Fortē expediat p nobis nunciū: nature faciat / vt preiudiciū in partu virginis. Naturā superet natus rex glorie: regnet ⁊ imperet: ⁊ zima scorie: tollat de medio. Superbientiū te-

rat/kastigia colla: sublimiū calcans/ vi
prophia:potens in prelio. Foras eiiciat/
mundanū principē: sponsamq; faciat/
secū participē:patris iperii. Exi q̄ mitte
ris/hec dona dicere:reuela veteris/vela
men littere:virtute nuncii. Accede nun
cia/dic aue comin⁹:dic plena gratia/dic
tecū dñs:ꝫ dic ne timeas. Virgo suscipi
as/dei depositū:in quo pficias/casta p=
positū:ꝫ votū teneas. Audit et suscipit/
puella nunciū:credit ꝫ cōcipit/ꝫ parit fi
liū:sed admirabilē. Consiliariū/ huma
ni generis:ꝫ deū fortiū/ꝫ patrem poste
ris:in pace stabilem. Sequentia

Uerbū bonū ꝫ suaue: psonemus il
lud aue:p q̄d xpi fit conclaue:vir
go mater filia. Per quod aue salutata:
mox cōcepit fecūdata:virgo dauid stir=
pe nata:inter spinas lilia. Aue veri salo=
monis:mater vellus gedeonis:cui⁹ ma
gi tribus donis:laudāt puerperiū. Aue
solē genuisti:aue prolē ptulisti:mundo
laplo ꝫtulisti:numē ꝫ imperiū Aue ma
ter verbi sūmi:maris portus signū du=
mi:aromatū virga fumi:angelor dña
Supplicamus nos emēda: emēdatos
nos cōmēda:tuo nato ad habēda: sēpi=
terna gaudia. Scōm lucam. primo.

In illo tpe. Missus est angelus ga=
briel a deo in ciuitatez galilee cui
nomē nazareth/ad virginē desponsatā
viro cui nomē erat ioseph de domo da=
uid: ꝫ nomē virginis maria. Et ingres=
sus angelus ad eā:dixit. Aue gratia ple=
na dñs tecū: benedicta tu in mulierib⁹.
Que cū audisset/ turbata est in sermo=
ne eius:et cogitabat qualis esset ista sa=
lutatio. Et ait āgelus ei. Ne timeas ma
ria:inuenisti enī gratiā apud deū. Ecce
concipies in vtero ꝫ paries filiū:ꝫ voca=
bis nomē eius iesum. Hic erit magnus
ꝫ filius altissimi vocabitur Et dabit illi
dñs deus sedem dauid patris eius:ꝫ re=
gnabit in domo iacob ieternū. Et regni
eius non erit finis. Dixit autē maria ad
angelū. Quomodo fiet istud. qm̄ virū
nō cognosco: Et rñdens angelus: dixit
ei. Spūs sanctus supueniet in te: ꝫ vir=
tus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq;. et
qđ nascetur ex te sanctū: vocabit filius
dei. Et ecce elizabeth cognata tua:ꝫ ipa
cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mē
sis est sextus illi q̄ vocat sterilis:quia nō
erit impossibile apud deū omne verbū.
Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi: fiat
michi scōm verbū tuū. Et legat euan=
geliū ad missam btē marie in eiusdem
capella oī die pet ānū:cū eadē nota qua
ꝫ euangeliū ad missā de die legēdū est.
℣. Nota q̄ ad iiissam quotidianā bea=
te marie semp dicitur Credo. quādo di
cendū est ad missā de die. Off℣. Aue ma=
ria gratia plena dñs tecū:benedicta tu in mulie
ribus ꝫ benedictus fructus vētris tui. Sine ℟.
vel quoduis aliud ad placitū. Secreta.

In mētibus nostris q̄s dñe. vere fi
dei sacramēta cōfirma:vt q̄ cōce=
ptū de virgine deū verū ꝫ hoiem firmi
ter cōfitemur. p eiusdē salutifere incar=
natōis potentiā. ad eternaz mereamur
puenire letitiā. Per eūdē. Prefatio. Et
te in veneratōe. Et ℣ hec prefatio quo=
tiđ. in capella ꝫ etiā in cōmeōratōnibus
eiusdē p totū ānū:nisi a nati. dñi vsq; ad
purificatōez. Cōio. Ecce ℣go concipiet ꝫ pari
et filiū ꝫ vocabit nomē ei⁹ emanuel. Postcō.

Gratiam tuā q̄s dñe mentibus no
stris infunde:vt q̄ angelo nunci=
ante xpi filii tui incarnationē cognoui=
mus. p passionē eius ꝫ crucē. ad resurre
ctionis gloriā pducamur. Per eundem
Hec predicta postcōio: scz Gratiā tuam.
℣ in paschali tpe vsq; ad vigiliā ascen=
sionis dñi exclusiue quādo post aliquaz
missaz fit meōria de btā maria cū offō.
Salue sancta parens. ¶ Notādū est q̄
in oibus festis btē marie p totū annū. ꝫ
quotidie infra oct. ꝫ in octa. eiusdem di
citur eadē missa in capella q̄ dicenda est
in choro:ita tñ q̄ epla nō mutet per oct.
¶ Ad missam de sācta maria in die na=
tiuitatis dñi:ꝫ quotidie abhinc vsq; ad
purificationē in capella ꝫ in choro quā=
do fit plenū seruitium de ea. Officium

Uultum tuū deprecabunt oēs
diuites plebis:adducētur re=
gi virgines post eā:proxime
eius adducent tibi in leticia ꝫ exultatōe

ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Qñ aũt dr Gloria in excelsis cum ℣. Spiritus ⁊ alme. habet dici oĩbus sabbatis in capella cũ hoc cantu.

Glo ria in excel sis de o.

In choro autẽ quater in anno: videlz in vltima cõmemoratõe btẽ virgis afi aduẽtũ dñi ⁊ ante. lxx. ⁊ tũc dr. Spũs ⁊ alme. a toto choro. dicet etiã i choro i oct. assũptiõis ⁊ natiuitatis btẽ marie a tribus clericis de superiori gradu in suppellicijs ad gradũ chori. ¶ Et sciẽdũ est q̃ qñcũq; dr i choro vel extra ℣. Spũs ⁊ alme. dr sup kyrie. cantus de kyrie ops. ⁊ iste sequẽs cãtus sup Sanctus. cũ hac additiõe. Benedictus marie filius. Et dr iste cantus sup Agnus dei. Oratio.

Deus q̃ salutis eterne beate marie virginitate fecũda humano generi premia prestitisti. tribue q̃s: vt ipaz p nobis intercedere sentiamus. p quaz meruimus auctorẽ vite suscipere. dñm nr̃m ielũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit

Lectio epi'e bti pauli apli. Ad tytum. iii

Carissime. Apparuit benignitas ⁊ humanitas: saluatoris nostri dei Non ex operibus iusticie q̃ fecim⁹ nos: sed scdm suam mĩam saluos nos fecit. Per lauacrũ regeneratõis ⁊ renouationis spũs sancti: quẽ effudit in nos abũde. per ielum xp̃m saluatorẽ nostrũ. Ut iustificati gratia ipsius: heredes simus scdm spem vite eterne. In xp̃o ielu: domino nostro. Gr. Speciosus forma pre filiis hoim: diffusa est gr̃a in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Alla. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Hoc Alla. dicitur in cõmemoratõne btẽ marie in choro in tpe nati. dñi: ⁊ etiã quotidie i capella. Itẽ in die purificationis dr Alla. ℣. Adorabo. in choro ⁊ i capella: vtq; i eodẽ die purificatiõis. Qñcũq; eni fit plenum seruitiũ de sctã maria: dr [illegible] de illis sequntis p ordinẽ. Sequẽtia

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda gratia tonantis plena. Aue terrarũ domina alma celorz regina. Tibi ethera omnisq; sanctorum turma depromat symphonia. Tellus flumina atq; siluarũ nemora resultent voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu ieiunz papilla lactasti sacra extãs virgo feta mater intacta. Unde nostris eya faue votis dña xp̃m interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosq; omnes introduci sempiterna paradysi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Amen. Alia sequentia

Aue maria gratia plena. Dñs tecũ virgo serena. Benedicta tu i mulieribus. Que peperisti pacẽ hominibus: et angelis gloriã. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui: nos fecit p gratiã. Per hoc aũt aue: mundo tã suaue: contra carnis iura. Genuisti plem: nouũ stella solem: noua genitura. Tu parui ⁊ magni: leonis et agni: saluatoris xp̃i: tẽplum extitisti: sed virgo intacta. Tu floris ⁊ roris: panis ⁊ pastoris: virginuz regina: rosa sine spina: genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie Tu mater es misericordie Theophilum reformans gratie. De la cu fecis ⁊ miserie. Ergo mar̃ stella: verbi dei cella: ⁊ solis aurora. Paradysi porta: per quam lux est orta: natum tuum ora Nos vt soluat a peccatis: ⁊ in regno claritatis: quo lux lucet sedula: collocet per secula. Amen. Alia sequentia.

Letabũdus exultet fidelis chorus alleluya. Regem regum intacte pr̃udit thorus: res miranda. Angelus cõsilii: natus est de virgine: sol de stella. Sol occasum nesciens: stella semp rutilans: semp clara. Sicut sydus radiũ: p̃fert virgo filiũ: pari forma Neq; sydus radio: neq; mr̃ filio: fit corrupta. Cedr̃ alta libani: z formar ysopo: valle nostra Uerbũ ens altissimi: corporari passum est: carne sũpta. Isaias cecinit: synagoga meminit: nũq; tamẽ desinit esse ceca

Si nõ luis vatibus: credat vel gẽtilibꝫ: sibillinis verlibꝫ: hec ꝓdicta. Infelix ppera. Crede vel vetera. Cur dãnaberʒ gẽs misera. Quẽ docet lr̃a. Natũ ꝛlidera. Jp̃m genuit puerpera. Alia leq̃ntia.

Hac clara die turma festiua dat ꝓconia. Mariã concrepando: symphonia nectarea. Mundi domina: que est sola castissima: virginũ regina. Salutis causa: vite porta: atqꝫ celi referta gratia. Nam ad illam sunt nũcia: olim facta ãgelica. Aue maria gratia: dei plena per secula. Mulierũ pia agmina: intra semper benedicta. Virgoꝫ grauida mater intacta: ꝓle gloriosa. Cui contra maria: hec reddit famia Jn me quomodo: tua iã fient nũcia. Viri noui nulla: certe copula. Exquo atqꝫ nata sum: incorrupta. Diua missus: ita reddit affata. Flatu sacro: plena fies maria. Noua efferens gaudia: celo terre nati per eroꝛdia. Intra tui vteri claustra: portãs qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Alia sequentia.

Aue mũdi spes maria: aue mitis aue pia: aue plena gratia. Aue virgo singularis: q̃ per rubum designaris: non passum incẽdia. Aue rosa speciosa: aue ieesse virgula. Cuius fructus nostri luctus: relaxabat vicula. Aue carens simili: mundo diu flebili: reparasti gaudiũ. Aue cuius viscera: cõtra morꝛtis federa: ediderũt filium. Aue virginũ lucerna: p quaz fulsit lux supna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: ⁊ de cuius lacte pasci: rex celoꝛ voluit. Aue gẽma celi luminariũ. Aue scti spũs sacrarium. O q̃ mirabilis ⁊ q̃ laudabilis hec est virginitas. In qua p spiritũ facta paraclytum: fulsit fecũditas. O q̃ sancta q̃ serena: q̃ benigna q̃ amena: esse virgo credit. Per quaz seruitus finit: porta celi aperit: ⁊ libertas reddit O castitatis lilium: tuũ precare filium: qui salus est humiliũ. Ne nos p nostro vicio: in flebili iudicio: subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece: mũdans a peccati fece. Collocet in lucis domo: amen dicat oĩs homo. Alia sequentia.

Hodierne lux diei: celebris i matris dei: agit memoria. Decãtemus in hac die: semp virginis marie: laudes ⁊ preconia. Oĩs homo oĩ hora: ipsã ora ⁊ imploꝛa: eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: coꝛdis oris voce voto: aue plena gratia. Aue dña celoꝛ: inexpta viri thoꝛũ: parẽs paris nescia Fecũdata sine viro: genuisti modo miro: genitoꝛeꝫ filia. Floꝛẽs oꝛtus austro flãte: porta clausa post et ante: via viris inuia. Fusa celi roꝛe tellus: fulsũ gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue splẽdoꝛ firmamenti: tu caliginose mẽti: desup irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos pcella: ⁊ tẽpestas obuia. Amẽ. Jste sex sequẽtie dñr qñ fit plenũ leruitũ de sctã maria extra aduẽtũ p totũ annũ: etiã in septuagesima vsqꝫ ad caput ieiunii. Nũq̃ enĩ dꝛ tractus ad missã de cõmemoratione btẽ marie in ecclesia sarũ: sed sẽ p sequẽtia: etiam p totã quadꝛagesimã ad missã quotidianã de ea. Et tũc q̃ plures dicũtur in dominicis. Aue ꝓclara. Euangeliũ. Secundum lucam. ii.

In illo tp̃e. Pastoꝛes loquebantur adinuicẽ. Trãseamus vsqꝫ bethleem: ⁊ videamus hoc verbũ qđ factuz est. qđ fecit dñs ⁊ ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerũt mariã ⁊ ioseph. ⁊ infantem positũ in ꝓsepio. Videntes autem: cognouerunt de verbo quod dictum erat illis. de puero hoc Et omnes qui audierant mirati sunt: ⁊ de his que dicta erant a pastoꝛibus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferẽs in coꝛde suo. Et reuersi sunt pastoꝛes gloꝛificãtes ⁊ laudantes deum: in omnibus que audierant ⁊ viderãt: sicut dictum est ad illos.

Offꝛ. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Oblatis dñe muneribus. supplices deprecamur: vt qui verã verbi tui incarnationem fideliter veneramur: verã eiusdem substãtiam carnis ac sanguinis quã per spiritũ sanctũ virgo mater edidit i hoc presenti mysterio salubꝛiter percipiamus. Per eundem.

Prefatio. Quia p incarnati vbi. Cōio.
Diffusa est gratia in labtis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcōio.

Da qs misericors deꝰ eius nos continua intercessione vegetari: cuius integra virginitate suscepimus. auctorem nostre salutis. dñm nostrum iesum xpm filiū tuū. Qui tecū viuit & reg.

¶ Sequentes memorie fiant per totū annum ad missam eiusdem in capella.

Secunda oratio de trinitate. Oratio.

Accipe vestimẽtũ cruce dñi saluatoris nostri signatũ: vt per illud salus benedictio & virtus ꝓsperet pficiẽ di ad sepulchr̃ eius tibi comitet. Qui cũ deo patre. His finitis dicat missa p iter agentibus. Ad missam. Officium.

Esto michi in deũ ꝓtector̃ẽ: & i locũ refugii vt saluũ me faciias. qm̃ firmamentũ meũ et refugiũ meũ es tu: & ꝓpter nomen tuũ dux michi eris & enutries me. In tpe p. alla alla. ps. In te dñe speraui nõ cõfũdar ieternũ: i iusticia tua libera me & eripe me. Oratio

Adesto dñe supplicatiõib9 nr̃is: et viã famulor̃ tuor̃. N. i salutis tue ꝓsperitate dispone: vt iter oẽs vie & vite hui9 varietates. tuo sẽper ꝓtegant auxilio. Per. Lectio libri genesis. xxiiii.

In diebus illis. Locutus est abraham. dicẽs. Dñs deus celi qui tulit me de domo patris mei. & de terra natiuitatis mee: q̃ locutus est michi et iurauit dicens. Semini tuo dabo terrã hãc: ipe mittet angelum suũ: coram te. Gr̃.

Esto michi in deum protector̃ẽ & in locum refugii vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui: dñe nõ cõfundar ineternum. Alla. ℣9. Qui timent dñm sperent in eum: adiutor & ꝓtector eorum est. Si in tpe paschali occurrerit: tunc erit scõs Allã. vnũ de subscriptis: q̃bus dictis reincipiant: & sunt nouẽ in numero. Allã. ℣. Mane nobiscum dñe quia declinata est iam dies ad vesperum. Allã. ℣. Oportebat pati xp̃m: & resurgere a mortuis: & ita intrare in gloriam suam. Allã. ℣9. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Allã. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Allã. ℣9. Surrexit xp̃us & illuxit populo suo quem redemit ipse de sanguine suo. Allã.

℣. Xps mortuus est ppter delicta nostra: ⁊ surrexit ppter iustificationem nostram. All'a. ℣. Surgēs ihesus dñs noster stetit in medio discipulor suor dixit pax vobis. All'a. ℣. Surrexit dñs ⁊ occurrens mulieribus ait. auete: tunc accesserunt ⁊ tenuerunt pedes eius. All'a. ℣⁹. In die resurrectōis dicit dñs: precedam vos in galileam. Secundum matheum. ℟.

IN illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Eūtes predicate dicētes: qa appropiquabit regnū celor. Infirmos curate: mortuos suscitate/leprosos mūdate/demōes eicite. Gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurū neq argentū: in zonis vestris. Non perā/nō calciamēta/neq virgā: neq duas tunicas habeatis. Dignus est enī operarius mercede sua. In quācunq aūt ciuitatē aut castellū intraueritis: iterrogate qs in ea dign⁹ sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrantes aūt domū: salutate eā dicentes. Pax huic domui. Et siquidē illa dom⁹ fuerit digna: maneat pax vestra sup eā. Si aūt nō fuerit digna: pax vestra ad vos reuertet. Et qcunq nō receperit vos: nec audierit sermones vestros. exeūtes de domo vel de ciuitate. excutite puluerē de pedibus vestris sup eā. Amē dico vobis: tolerabili⁹ erit terre sodomor ⁊ gomorreor. ī die iudicii: qm illi ciuitati. Offr. Sperēt in te oēs q nouerūt nomē tuū dñe: qm nō derelinqs q̄rentes te: psallite dño q habitat in syon: qm nō est oblitus orationē pauperū. In tpe paschali. alla. hic offerant peregrini. Secreta.

PRopiciare qs dñe supplicatōibus nostris. ⁊ has oblatōes quas offerim⁹ p famulis tuis benignus assume vt viā illor precedēte gra tua dirigas ⁊ subsequēte comitari digneris: vt de actu atq incolumitate eor scīs mie tue presidia gaudeamus. Per dñm. Cōio. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis: vtinā dirigant vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. In tpe paschali. alla alla. Postcōio.

SUmpta qs dñe celestis mysterii sacramenta ad psperitatē itineris famulor tuor pficiāt: ⁊ eos ad salutaria cūcta pducāt. Per. Post missā dicat sacerdos seqntes orōes sup peregrinos pstratos coram altari: siue pfecti fuerit hierl'z: siue ad sci iacobi limia: vel ad aliā pegrinatōez cū Dñs vo. Orē⁹. Deus infinite mie et maiestatis imense: quē nec spacia locor/nec iterualla tēpor ab his quos tueris abiungūt: adesto famulo tuo/i te vbiq cōfidēti et presta: vt p oēm quā iturus est viā. dux ei ⁊ comes esse digneris: nichil ei aduersitatis noceat/nichil difficultatis obsistat/cūcta ei sint salubria: cūcta sint prspera: vt sub ope mie tue qcqd iuste petierit desiderio. celeri ⁊ prspero 2se quat effectu. Per xpm dñm. Alia orō. Omps sempiterne deus q est via veritas ⁊ vita: iter tuū in beneplacito suo disponat. angelū suū raphaelē in hac peregrinatōe tui custodē adhibeat q ad loca desiderata cū pace te eundo producat: ⁊ cū salute iterū te ad nos redeūdo reducat. Sit interuentrix tui beata dei genitrix maria cū vniuersis angelis ⁊ archangelis patriarchis quoq ⁊ prophetis. Sint intercessores tui scti apli petrus et paulus cū ceteris aplis/martyribus/cōfessoribus/atq virginibus. obtineantq tibi scti quor queris vestigia cū orbus sctis iusta desideria ⁊ prsperitatem: remissionēq omniū peccator ac vitam eternam. Per eundē. Deinde cōmunicent: ⁊ ita recedant in noīe dñi.

SciendūM est q quotidie p aduentū dñi qñ chorus non regit vsq ad vigiliā nati. dñi: et ab oct. ephie vsq ad iiii. feriā āte pascha: ⁊ a crastino sctē trinitatis vsq ad aduētū dñi. ante tertiā hr missa p fidelibus defūctis in capło cū diac. ⁊ subdiac. albis cū amictib⁹ indutis tm̄: nisi pcedēte die fest. dup. vel oct. cū regie chori ⁊tigerit: tūc enī nulla erit missa p defūctis ī capło: ⁊ nisi qñ corp⁹ adest presens: ⁊ etiā in āniuersar. eor: tūc enī ad altare autēticū aliqñ hr missa aliqñ ad alia altaria iuxta q corpora eorū requiescunt humata. Itē nulla fe. in paschali tpe hr missa capitularis p defūctis: nisi fuerit corpus pns vel amnuet. vel aliqd trigintale. Ad missā. Officiū.

Requiem eternã dona eis dñe ⁊ lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddet votũ in hierusalẽ: exaudi oratiõem meã ad te omis caro veniet. Nota q̃ ad quãlibet missã q̃ p corpore presenti celebrat/ cuiuscũq; fuerit: nisi fuerit pro rege vel regina vel alio magno dño/ quoq; dicũt orationes. Prima oro. Omps sempiterne deus miam tuã supplices deprecamur vt aiam famuli. Secda oro. Deus q̃ inter apostolicos. Tertia oro. Deus venie largitor. Quarta oro. Omps ⁊ misericors deus vnica salus mortaliũ. Quinta oro. Fideliũ deus. Infra trigitale q̃n q; dñr orões Pria oro. Deus cui ppriũ. minor. ⁊ cetere orões vtȝ. p corpe pñti. Itẽ in. xxx. die oẽs orões dñr vt infra trigitale. In oib⁹ anniuer. q̃nq; dñr orões. Prima oro. Deus indulgẽtiarũ. cetere vtȝ p corpore pñti. Si missa p corpore pñti vel anniuer. cuiuscũq; fuerit infra trigint. celebret pria oro p corpore pñti vel ãniuer. dr. ii. p trigintali oro. Deus cui ppriũ. minor. iii. Deus q̃ inter apostolicos. iii. Deus venie largitor. v. Fideliũ. Mñcũq; corpus est pñs ⁊ in ãniuer. epo rũ ⁊ decanor ecclie. postq̃ executor officii in inceptionẽ misse altare thurificauerit/ diacon⁹ cum thuribulo accedat ⁊ corpus illud i feretro veli tũba incẽset. sic r ãte euãgeliũ dũ tr. canit icẽsato prius altari: ⁊ tertio postq̃ sacerd̃ sacrificiũ ãte lotionẽ loco suo depositũ thurificauerit: idẽ diacon⁹ thurificet sicut prius nõ circũeũdo corp⁹ i feretro vel tũba sz ex vtraq; pte vtraq; vice incipiẽdo a capite sẽp cũ thurificauerit. Nũq̃ eni thurificat corpus ad Placebo. vel ad Dirige. scõm vsũ sarũ: sed ad missã sẽp: nisi fuerit corp⁹ regis epi comitis vel baronis. Quotidie ante diẽ sepulture p corpore pñti: cuiuscũq; fuerit dicit ista Oratio.

Deus cui ppriũ est misereri semper et pcere: te supplices deprecamur p aiã famuli tui quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nõ tradas eã i manus inimici. nec obliuiscaris in finẽ: sed iubeas illã ab angelis sctis suscipi atq; ad regionẽ viuor pduci: vt q̃ in te sperauit ⁊ credidit. sctõr tuor mereat̃ societate letari. Pro corpore pñti ⁊ in ãniuersar̃. ⁊ trigint. epor: ⁊ in die aiar tm̃.

Ad thessalonicenses. i. iiii.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormiẽtib⁹: vt nõ cõtristemini. sicut ⁊ ceteri q̃ spem nõ habẽt. Si eni credimus q̃ ihesus mortuus est ⁊ resurrexit: ita ⁊ deus eos q̃ dormierũt p ihesũ. adducet cũ eo. Hoc eni vobis dicimus i verbo dñi: q̃r nos q̃ viuim⁹ q̃ residuimus in aduẽtu dñi. nõ preueniem⁹ eos q̃ dormierũt. Mm̃ ipe dñs i iussu ⁊ i voce archãgeli. ⁊ in tuba dei descẽdet de celo: ⁊ mortui q̃ in xpo surgẽt primi Deinde nos q̃ viuimus q̃ relinq̃mur: simul rapiemur cũ illis i nubibus obuiã xpo in aera. ⁊ sic semper cũ dño erimus Itaq; cõsolamini inuicẽ: in verbis istis.

In anniuer. ⁊ trigint. alior quorũlibet

Lectio libri machabeorum. ii. xii.

In diebus illis. Vir fortissim⁹ iudas collatõe facta: duodecĩ milia dragmas argẽti misit hierosolymã offerri ea ibi p pctis mortuor. Juste ⁊ religiose: de resurrectõe cogitãs. Nisi eni eos q̃ ceciderãt resurrecturos speraret: superfluũ videret̃. ⁊ vanũ orare p mortuis. Et q̃r cõsiderabat q̃ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperãt: optimã haberẽt repositã gratiã. Sãcta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a pctis soluãtur. Hec due sequẽtes epĩe legant̃ p totũ annũ ad missã quotidianã p defunctis alternis vicibus p ebdam. Lcõ libri apocalipsis bti iohis apli. xiiii

In dieb⁹ illis. Audiui vocẽ de celo: dicẽtẽ michi. Scribe. Bti mortui q̃ in dño moriũt. Amodo tã dicit spũs: vt requiescãt a laboribus suis. Opera eni illor: sequunt̃ illos.

Ad corinthios. i. xv

Fratres. Xps resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: quoniã quidẽ per hominẽ mors. ⁊ per hominẽ resurrectio mortuor. Et sicut in adam oẽs moriunt̃: ita et in xpo oẽs viuificabuntur. Unusquisq; aũt: in suo ordine

In obus missis p defũctis epis sẽp dr.

Gr. Si ambulē in medio vmbre mortis nō ti mebo mala qm tu mecū es ℣. Virga tua ⁊ ba culus tuus ipa me consolata sunt. Et idē gr lēp incipiat ⁊ Iuus ℣. pcātet a trib⁹ cleri cis dē scda forma habitu nō mutato ad caput defūcti si adest: sinautē ad gradū chori. In oībus aliis missis p defūctis dr gr. Requiē eternā dona eis dñe: ⁊ lux ppetua luceat eis. ℣. Ale eor in bonis demorent: ⁊ semē eor hereditet terrā. ita q idē gr incipiat ⁊ Iuus ℣. pcātet a tribus clericis de scda forma habitu nō mutato: qñcūq corpus adest plens ad caput defūcti tm sinautē ad gradū chori: ⁊ in die aiar in pulpito. Alias illud idē gr. Requiē eternā ⁊ Iuus ℣. Ale eor. quotiēscūq cātant in anniuersar. ⁊ trigint. ⁊ in missis ferialibus p defūctis: post eor ceptionē a toto choro interi sedēte absq neuma in fine pcātent. Qñcūq corpus adest plens ⁊ oībus missis p epis defūctꝫ dicat tr. Sicut cervus. ibidē vbi gr a quattuor clericis de tupriori gradu habitu nō mutato nequaq vt in aliis tractib⁹ alternati sedētib⁹: sed interi cōtinue stātib⁹ ad caput corporis qd plens fuerit / vel epi defūcti si adest: sinaūt ad gradū chori quousq finierint ipm tr. ita q oēs illi quattuor clerici simul primū ℣. incipiāt quē duo ex parte chori principalis plequāt Sequēs ℣. ab aliis duob⁹ ex altera parte cantet: et sic alternis vicibus singuli ℣. totius tr. ab illis quattuor dicūt choro simul interi sedente: ita qdem vt oēs simul ipm tractū terminant. Tractus.

Sicut cervus desiderat ad fontes aquar ita desiderat aia mea ad te deus. ℣. Sitiuit aia mea ad deū viuum: quādo veniā ⁊ apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit michi p singulos dies vbi est de⁹ tu⁹. In anniuersar. ⁊ trigintar. ⁊ in oībus aliis missis p defunctis dr sequēs tr. a toto choro alternati simul interi sedēte cū cantu in gradali sup hoc notato: nisi in die aiar tm: tūc enī dr cū eodē cātu quo in dñica. lxx. a quattuor clericis de supriori gradu habitu nō mutato ad gradū chori supradicto mō: scz quo tr. Sicut cervus. Tract⁹.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendētes: in orationē serui tui. Si iniqtates obserua ueris dñe: dñe quis sustinebit. Qr apud te ppiciatio est: ⁊ ppter legē tuā sustinui te dñe. Pro corpore presenti ⁊ in oībus annuersar. ⁊ trigint. epor: et in die aiar: similiter i dñicis ⁊ in scdis feriis qñ dicit missa ferialiter i capl'o vel alibi dr hoc euāgeliū.

Secundum iohannem. xi.

In illo tpe. Dixit martha ad iesum Dñe si fuisses hic: frater me⁹ non fuisset mort⁹. Sed ⁊ nūc scio: qr qcunq poposceris a deo. dabit tibi de⁹. Dicit illi iesus. Resurget frat tu⁹. Dicit ei martha. Scio. qr resurget i resurrectōe: i nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sū resurrectio: ⁊ vita Qui credit i me: etiā si mor tuus fuerit viuet. Et oīs q viuit ⁊ credit in me: nō morief ineternū. Credis hoc: Ait illi. Utiq dñe. Ego credidi. qr tu es xps filius dei: q in hūc mūdum venisti.

℣ Feria. iii. Scdm iohannem. vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeor. Omne qd dat michi pater. ad me veniet: ⁊ eū q venit ad me. nō eiiciā foras. Qr descēdi de celo. nō vt faciā voluntatē meā: sed voluntatē eius q misit me. Hec est aūt voluntas ei⁹ q misit me patris: vt oē qd dedit michi nō perdā ex eo. sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec est enī voluntas patris mei q misit me: vt oīs qui videt filium. ⁊ credit in eū. habeat vitā eternam Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die

℣ Feria. iiii. Scdm iohannem. v.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeor. Amē amē dico vobis: qr qui verbum meū audit. ⁊ credit ei q misit me. habet vitā eternaz. Et in iudiciū nō venit: sed trāsiet a morte in vitā. Amen amē dico vobis: qr venit hora ⁊ nunc est. quādo mortui audient vocē filii dei. ⁊ qui audierint viuent Sicut enī pater habet vitā i semetipso: sic dedit ⁊ filio vitā habere in semetipo. Et ptātez dedit ei iudiciū facere: qr fili⁹ hoīs ē. Nolite mirari hoc: qr vēit hora. i qua oēs q i monumētis sūt audiēt vocē

filii dei. Et p̄cedent qui bona fecerūt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerūt: in resurrectionem iudicii. ℭ Feria. v. Secundum iohannem. v.

IN illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeoꝝ. Sicut pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Neq; enī pater iudicat quēq;: sed oē iudiciū dedit filio. vt oēs honorificēt filiū. sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filiū: non honorificat patrē. q̄ misit illū. Amen amē dico vobis: q̄z q̄ verbū meū audit et credit ei q̄ misit me. habet vitā eternaz. Et i iudiciū nō venit: sed trāsiet a morte in vitā. ℭ Feria. vi. Scōm iohēm. vi.

IN illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeoꝝ. Ego sū panis viuus: q̄ de celo descēdi. Si q̄s manducauerit ex hoc pane: viuet ieternum. Et panis quē ego dabo: caro mea est. p mūdi vita. Litigabant ergo iudei: adinuicē dicentes. Quō potest hic carnē suā dare nobis ad māducandū: Dixit ergo eis ihesus. Amē amē dico vobis: nisi māducaueritis carnē filii hoīs. et biberitis eius sanguinē. nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē. et bibit meū sanguinē: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die ℭ Sabbato. Secundū iohannem. vi.

IN illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeoꝝ. Amē amen dico vobis: nisi manducaueritis carnē filii hoīs. ⁊ biberitis eius sanguinē. non habebitis vitam in vobis. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinem: habet vitā eternaz. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Offert. Dñe ihesu xp̄e rex glorie libera aias oīm fidelium defunctoꝝ de manu inferni. ⁊ de profundo lacu libera eas de ore leonis. ne absorbeat eas tartarus. ne cadant in obscura tenebrarū loca: sed signifer sanctus michael. representet eas in lucē sanctam: quā olim abrahe promisisti ⁊ semini eius. ℭ Notādū est q̄ q̄ficūq; corp⁹ adest p̄sēs: ⁊ in oīb⁹ āniuersariis ⁊ trigint. post ablutionē manuū incipiat sacerdos iūctis manibus in medio altaris hoc mō.

Hostias et p̄ces tibi dñe offerim⁹ Chorus rñdeat. Tu suscipe p̄ro aiabus illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dñe de morte trāsire ad vitā. Et interi dicat sacerdos p̄uati. In spū humilitatis. more solito. deide dicat silr p̄uati. Oratefratres ⁊ sorores p fidelibus defūctis. Et chorus rñdeat cātādo ℣ Requiē eternā dona eis dñe ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Quā olī abrahe promisisti ⁊ semini eius. In oīb⁹ vero aliis missis p defūctis q̄ ferialit dñr: nec q̄n vltio āte pascha cōplet offm mortuoꝝ nec i die aiaꝝ dr. In die aiaꝝ tñ. Offr. O pie deus q̄ primū hoiem ad eternā gloriā reuocasti: pastor bone q̄ ouē pditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dū veneris iudicare libera de morte aias eoꝝ quos redemisti. ne tradas bestiis aias cōfitentes tibi: ne derelinquas eas i finem. Ante diē sepulture. Secreta.

SUscipe q̄s dñe misericors pater oblationē quā tibi offerimus p aīa famuli tui. N. quā hodie de carnali corruptione liberasti: ⁊ cōcede. vt ab oīb⁹ humane cōditōis excessibus his rediis expiet: ⁊ in req̄e sēpiterna diē resurrectōis p̄stolet. Per. In oībus missis p corpe pñti ⁊ i oīb⁹ āniuer. ⁊ trigit. ⁊ in die aiaꝝ: ⁊ q̄n vltio fit seruitiū mortuoꝝ āte pascha: dr hec. Cōio. Pro quoꝝ memoria corpus xp̄i sumit dona eis dñe requiē sēpiternā ℣. Et lux ꝑpetua luceat eis. Pro quorū memoria sanguis xp̄i sumit dona eis dñe requiem sempiternam. In oībus aliis missis pro defunctis dicit hec. Cōio. Lux eterna luceat eis dñe cum sanctis tuis ineternum quia pius es. Ante diem sepulture. Postcōio.

PResta q̄s ops deus: vt aīam famuli tui ab angelis lucis susceptā. in p̄parata habitacula deduci facias beatoꝝ. Per. ℭ Nota q̄ in āniuersar. simplicis cuiuscūq; canonici: vel cuiuscūq; alterius dicāt oīo. q̄ in āniuersar. epoꝝ Epl'a. Vir fortissim⁹ Gr. Requiē eternā ℣. Ne eoꝝ. a toto choro dr Tr. De profundis cl'r a toto choro cātet. Euāgel. vero put supra i fer. ꝓnotat. Nota etiā q̄ q̄

dicitur missa mortuor ferialiter gr. y cantorē inchoet: ⁊ a toto chorο interi sedente cū suo ỽ. absq; neuma percanteť: silr ⁊ tr De pfundis. cū cātu abbreuiato. Et sciendū est q; hec missa q̄ ferialiter i capl'is dicitur p fidelibus defunctis generaliter habet dici etiā ante pascha q̄n complet officiū mortuor: ac etiā in die anniuersarii. ¶ In die sepulture cuiuscunq; corpus fuerit dicitur ista Oratio

Omps sempiterne deus misericordiam tuā supplices deprecamur: vt animā famuli tui cuius corpori debitum sepulture officiū persoluimus. in sinum abrahe patriarche iubeas collocari. vt cū dies agnitiōis tue aduenerit. inter sanctos ⁊ electos tuos eū resuscitari precipias. Per dñm. Secreta.

Suscipe dñe pro aīa famuli tui hostiā quaz te deo patri obtulisti p nobis benigne: ⁊ q; causa hoīm descendisti de celis. te redeunte sanctor tuor mereatur adiūgi choris. Per te saluator mundi. Qui viuis ⁊ reg. Postcōio.

Oresta q̄s dñe vt aīa famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibemus: his sacrificiis expiata. saluationis tue perpetuo munere gratulet Per dñm. ¶ In die trigintali. Oratio.

Deus cui propriū est misereri semper ⁊ parcere propiciare anime famuli tui. et oīa eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus. transire mereatur ad vitam. Per. Secreta.

Intuere q̄s op̄s eterne deus. ⁊ placatus suscipere dignare hoc sacrificiū quod tibi offerimus p aīa famuli tui: ⁊ cōcede illi pacem perpetuam. ⁊ requiem sempiternam. Per. Postcōio.

Prosit q̄s dñe anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt ei⁹ in quo sperauit ⁊ credidit. eternum capiat te miserante consortium. Per dñz nostrum. ¶ In anniuersariis. Oratio.

Deus indulgentiarum dñe/ da aīe famuli tui. cuius anniuersariū depositionis diem cōmemoramus: refrigerii sedem/ quietis beatitudinē/ luminis claritatem. Per dñm. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris pro anima famuli tui. cuius hodie ānua dies agitur. pro qua tibi offerimus sacrificium laudis: vt eaz sanctorum tuorū consortio. sociare digneris. Per dñm nostrum. Postcōio.

Oresta q̄s dñe. vt aīa famuli tui cuius anniuersariū depositiōis diē recolimus: his purgata sacrificiis. īdulgentiā pariter ⁊ requiē capiat sempiternam. Per. ¶ Pro episcopis. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate cēseri. presta quesum⁹: vt quorum vicem ad horam gerebant in terris. eorum perpetuo consortio letentur in celis. Per dñm. Secreta.

Offerim⁹ tibi dñe oblationē nostre seruitutis p aīabus famulor tuorū pontificū supplicātes: vt cū presulibus apostolice dignitatis quor sūt exercuti officiū. habere mereātur sēpiterne beatitudinis portionē. Per. Postcōio.

Proficiat dñe q̄sumus animabus famulor tuor pontificum. diuini celebratio mysterii: vt quos in terris positos. huius muneris dispensatores esse fecisti. inter electos antistites. eos iubeas connumerari. Per dñm nostrū ¶ Pro fratribus ⁊ sororibus. Oratio.

Deus venie largitor ⁊ humane salutis auctor. q̄s clementiā tuam vt nostrarū congregationū fratres ⁊ sorores qui ex hoc seculo transierūt. intercedēte beata maria semp virgine. ⁊ beato michaele archangelo cū oībus sanctis. ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per. Secreta.

Deus cuius misericordie nō est numerus: suscipe ppici⁹ preces humilitatis nostre. ⁊ aīabus fratrū ⁊ sororū nostrar congregationū: quibus tui nois dedisti confessionē. per hec sacramenta salutis nostre. cunctor remissionem tribue peccator. Per. Postcōio.

Oresta q̄s op̄s et misericors deus: vt aīe fratrū ⁊ soror nostrarum congregationū. p quibus hoc sacrificium laudis. tue obtulimus maiestati. v

huius sacramenti virtutem. a peccatis omnibus expiate. lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per d̄. ℂ Pro benefactoribus. Oratio

Omnps & misericors deus. vnica salus mortaliū. te supplices exoramus pro aiabus famulor famularūq; tuarū. parentū et benefactor nostror: vt interueniēte beata dei genitrice maria cū oibus sctis tuis. pctōr eis largiri digneris indulgentiā. & i nouissimo die btē resurrectōis leticiā. Per eūd. Secr.

Sanctifica qs dñe hec fideliū oīm vitalia sacramenta & presta: vt pea interueniēte beata dei genitrice maria cū oibus sanctis tuis. hoc ipm pficiat aiabus famulor famularūq; tuarū parentū & benefactor nostror. ab omnibus viciis expiate. pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem. Postcōio.

Uiuificet nos qs dñe salutare quo pasti sumus sacramentū: & interueniēte beata dei genitrice maria cū oibus sanctis tuis. cōcede: vt hoc ipm pficiat aiabus famulor famularūq; tuarū parētū & benefactor nr̄or. ad pmerendā ppiciatōis tue gratiā. & pcipiēdā future resurrectōis gloriā sempiternā. Per eundem. ℂ Pro abbate. Oratio.

Presta quesumus dñe vt anima famuli tui abbatis. quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultet. Per dñm nostrum. Secreta.

Suscipe qs dñe hostias quas tibi p aia famuli tui abbatis humiliter īmolamus obsecrantes mīam tuam: vt cui sacerdotalē officiū contulisti dones & meritum. Per dñm. Postcōio.

Concede qs omnipotens deus: vt per hec sācta mysteria anima famuli tui abbatis. in conspectu tuo clara consistat. qui tibi fideliter ministrauit. Per dñm. ℂ Pro sacerdote. Oratio

Deus cuius misericordie nō est numerus. suscipe p aia famuli tui sacerdotis preces nostras: & lucis ei leticieq; regionem in sanctor tuorū societate concede. Per dñm. Secreta

Quesumus domie deus noster: vt oblationē quā tibi offerimus p aia famuli tui sacerdotis. placatus accipias: & quē tuis altaribus seruire tribuisti. ad beator peruenire iubeas consortia sacerdotum. Per dñm. Postcōio.

Presta qs ops deus. per hec sancta mysteria aie famuli tui sacerdotis eterne felicitatis consortiū: cui donasti sacri altaris consequi mysteriū. Per dñm. ℂ Pro patre & matre. Oratio.

Deus qui nos patrē & matrē honorare precepisti. miserere clementer aiabus patris et matris mee. eorq; pctā dimitte: meq; eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per d̄. Secreta.

Suscipe dñe hoc sacrificiū qd̄ tibi pro aiabus patris & matris mee offertur: eisq; gaudiū sempiternū in regione viuor concede. meq; cū eis felicitati sctor adiunge. Per dñz. Postcōio.

Celestis dñe participatio sacramēti. aiabus patris & matris mee requiē & lucē obtineat ppetuā: meq; cū illis gratia tua coronet eterna. Per dñm

℄ Pro quolibet defuncto. Oratio.

Deus cui soli cōpetit medicinā prestare post mortē tribue qs: vt aia famuli tui ab oīb⁹ exuta pctis. electorū tuor societatib⁹ aggreget. p. Secreta.

Suscipe qs dñe hāc oblationē quā tibi offerimus p aia famuli tui: vt requiē eternā dones ei inter sctos et electos tuos. quatinus illor cōsortio et vita pfruantur eterna. Per. Postcōio.

Ascendāt ad te dñe preces nostre: & p hec sancta que sumpsimus aiam famuli tui gaudia eterna suscipiant: vt quē fecisti adoptionis participē. iubeas hereditatis tue esse consortem. Per dñz. ℂ Pro amico defūcto. Oratio

Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & beatissime dei genitricis semp̄q; virginis marie precibus exoratus. aiam famuli tui in beatitudinē sēpiterne lucis constitue. Per eundē. Secreta.

Suscipe qs dñe hostias placatiōis & laudis. quas i honore beate dei genitricis marie noī tuo consecrandas

offerim⁹:⁊ p requie famuli tui tibi supplicit erogamus. Per eūd. Postcōio.

Ascendant ad te dñe preces nre. et aia famli tui gaudia eterna possideat:⁊ quē fecisti adoptōis participē. intercedēte btā dei genitrice maria. iubeas hereditatⁱ tue esse ꝑsortē. Per eūd.

¶ Pro defūcto morte preuēto. Oratio.

Omps et misericors deus. in cuius potestate humana conditio consistit. aiam famuli tui qs ab oībus absolue peccatis: vt penitentie fructum quē voluntas eius optauit. preuentus morte. non perdat. Per dñm. Secreta.

Satisfaciat tibi dñe qs pro aia famuli tui sacrificii presentis oblatio.⁊ peccatoꝝ veniā quā quesiuit inueniat:⁊ qđ officio vocis implere nō potuit. deliderate penitentie fructū. te largiente percipiat. Per dñm. Postcōio.

Deus a quo prestat humanis cordibus oē qđ bonū est. tribue per hec sctā q̄ sūplimus: vt sicut aie famuli tui penitētiā velle donasti. sic indulgentiā tribuas miseratus optatā. Per dñz.

¶ Pro masculis familiaribus. Oratio

Omps sempiterne deus cui nunq̄ sine spe mie supplicatur. propiciare animabus famulorꝝ tuorꝝ: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt. sanctorum tuorꝝ numero facias aggregari. Per dñm. Secreta.

Propiciare qs dñe aiabus famulorum tuorꝝ. pro quibus hostias tibi placationis offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica. in futura eis vita misericordissima retributio condonetur. Per dñm. Postcōio.

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine.⁊ aiabus famulorꝝ tuorꝝ celestis gaudii tribuat cōsortium: vt ante thronū gr̄ie xp̄i tui segregati cū dextris nichil cōmune habeāt cū sinistris. Per.

¶ Pro feminis familiaribus. Oratio.

Quesumus domine pro tua pieta te miserere animabus famularum tuarum: et a contagiis mortalitatis exutas. in eterne saluatiōis partem restitue. Per dñm nostrum. Secreta.

His sacrificiis dñe aie famularum tuarū a peccatis omnibus exuātur: sine quibus a culpa nemo liber existit.⁊ presta: vt per hec pie placatiōis officia. perpetuam misericordiam consequantur. Per dñm nostrum. Postcōio.

Inueniāt qs dñe aie famularū tuarū lucis eterne cōsortiū: cuius petue mie cōsecute sūt sacramētū. Per.

¶ Pro femina defuncta. Oratio.

Qaiestatē tuā dñe supplices deprecamur: vt aia famule tue ab omnibus q̄ humanitus cōmisit exuta. i tuorꝝ censeatur sorte iustorꝝ. Per ꝺ. Secreta.

Hostias tibi dñe humili supplicatōne deferimus. deprecantes maiestatē tuam: vt aia famule tue ꝑ hec pie placationis officia. puenire mereat ad requiē sempiternā. Per dñm. Postcōio

Presta qs dñe aie famule tue miaz. sempiternā: vt eā mortalibus nexibus expeditam. lux eterna possideat. Per dñz.

¶ Pro trigintalibus. Oratio.

Inclina dñe aurē tuā ad preces nostras. q̄bus miam tuaz supplices deprecamur: vt animas famulorꝝ famularūq̄ tuarum. quas de hoc seculo migrare iussisti. in pacis ac lucis regione constituas.⁊ sanctorꝝ tuorꝝ iubeas esse consortes. Per dñm. Secreta.

Animas famulorꝝ famularūq̄ tuarū quesumus dñe ab omnibus viciis conditionis humane hec absoluat oblatio: q̄ etiam totius mūdi tulit immolata peccatū. Per ꝺ. Postcōio.

Annue nobis dñe ꝑ hoc sacrificiū qđ sūplimus: vt aie famulorꝝ famularūq̄ tuarꝝ remissionē. quā sēp optauerūt. mereant̄ p̄cipere delictorꝝ. Per

¶ Pro benefactoribus. Oratio.

Miserere quesumus dñe animabus oim benefactorꝝ nostrorꝝ defunctorum: et pro beneficiis que nobis largiti sunt in terris. premia eterna consequantur in celis. Per dñm. Secreta.

Placeat tibi dñe sacrificii presentis oblatio. pro nostra oimq̄ benefactorꝝ nostrorꝝ salute. quorꝝ quarūq̄ memoriam speciali affectu recolimus. om

nibusq; xpianis viuis ac defunctis miserere propicius. Per dñm. Postcõio.

Sumpta sacramenta dñe nos absoluant a vinculis peccatorum: et aiabus oim benefactor nostror defunctorum consortia obtineant spiritum beatorum. Per dominũ nostrum.

¶ Pro quiescẽtibus in cymiterio. Oro.

Deus cuius miseratione aie fideliu requiescunt. aiabus famulor famularũq; tuarũ oim hic et vbiq; in xpo quiescentiũ. da propicius veniam peccator: vt a cunctis reatibus absoluti. tecũ sine fine letẽt. Per eũd. Secreta

Pro aiabus famulor famularũq; tuarũ oim hic & vbiq; in xpo quiescentiũ. hostias dñe suscipe benignus oblatã: vt hoc sacrificio singulari. viculis horrẽde mortis exute. vitã inuenire mereant eternã. Per eundẽ. Postcõio.

Deus fideliũ lumẽ animarũ. adesto propicius inuocationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis. quor corpora hic & vbiq; in xpo requiescunt / refrigerii sedẽ / quietis beatitudinẽ / luminis claritatem. Per eundẽ dñm.

¶ Pro quibus orare tenemur. Oratio.

Concede qs dñe deus noster: vt aie famulor famularũq; tuar quorũ quarũq; cõmemorationẽ speciali deuotione agimus. & p quibus orare iussi & debitores sumus. atq; oim benefactorum nostror necnõ consanguineor et familiariũ nostror cũctorq; fidelium. in sinibus sctõr tuor requiescãt. morq; ex mortuis resuscitati. tibi placeant in regione viuor. Per dñm. Secreta.

Hec munera quesumus dñe q̃ oculis tue maiestatis offerimus. animabus famulor famularũq; tuarum quor quarũq; cõmemorationẽ speciali deuotione agimus: & p quibus orare iussi & debitores sumus. atq; oim benefactor nostror. necnõ consanguineor nostror ac familiariũ nostror cunctorũq; fideliũ. salutaria esse 2cede: vt tua pietate vinculis horrende mortis exute eterne beatitudinis mereantur esse participes. Per dñm nostrum. Postcõio

Deus q̃ inestimabili mia aias mor taliũ. ab angustiis transferis ad requiẽ. ppiciare supplicationibus nr̃is pro aiabus famulor famularũq; tuar quor quarũq; cõmemorationẽ speciali deuotione agimus: & pro quibus orare iussi & debitores sumus. & oim benefactor nostror necnõ cõsãguineor nostror ac familiariũ cunctorq; fideliu vt eas paradyso restituens. in tuor cen seas sorte iustor. Per dñm.

¶ Pro omnibus fidelibus defunctis. Oratio

Hideliũ deus oim conditor & redẽptor aiabus oim fideliũ defunctor. remissionẽ cunctor tribue pctõr vt indulgentiã quã semp optauerunt. piis supplicationibus cõsequant. Qui cum deo patre & spũ sancto vi. Secreta

Hostias qs dñe quas tibi p animabus omniũ fidelium defunctor offerimus. propiciatus intende: vt quibus fidei xpiane meritum cõtulisti. dones & premium. Per dñm. Postcõio.

Animabus quesumus dñe omnium fideliũ defunctor oratio proficiat supplicãtiũ: vt eas & a peccatis oibus exuas. et tue redemptionis facias esse participes. Qui cũ deo patre in vnitate spiritus scti.

¶ Oratio generalis.

Pietate tua qs dñe nostrozuz solue vincula oim delictor: et intercedente beata et gloriosa semp̃q; virgine dei genitrice maria cũ oibus sanctis tuis. [illegible] reges & principes / epos & abbates / & oẽm plebẽ illis commissam nosq; famulos tuos atq; loca nostra in omni sanctitate custodi. omnesq; cõsanguinitate ac familiaritate vel confessione & oratione nobis iunctos. seu omnez populuz catholicum a viciis omnibus purga. virtutibus illustra. pacem & salutem nobis tribue. hostes visibiles et inuisibiles remoue. pestem & famẽ repelle. inimicis nostris caritatem atq; infirmis sanitatem largire. & iter famulorũ tuor in salutis tue prosperitate dispone. & omnibus fidelibus viuis ac defunctis. in terra viuentiũ vitam & requiem eternam concede. Per eundẽ. Secreta.

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mūdi soluisti delicta. hac oblatione placatus. maculas scelerū nostrorū absterge: & oīm xpianorū fidelium viuorū atq; mortuorū pctā dimitte nobisq; intercedēte beata & gloriosa sēper q̄ virgine dei genitrice maria cū oibus sanctis tuis. premia eterna largire saluatori mūdi. Qui cū deo pre. Postcōio.

Sumpta sacramēta q̄s dñe oia crimina nra detergāt. oēmq; prauitatē & hostilē impugnationē visibilē & invisibilē seu infirmitatē atq; subitā mortē. meritis btē dei genitricis sēperq; virginis marie. & oīm sanctorū tuorū intercessione. a nobis pcul repellant. & oibus fidelibus viuis ac defunctis plint ad veniā: p quor quarūq; tibi sunt oblata salute. Per eundem. Oratio generalis.

Sanctissime dei genitricis sēperq; virginis marie & beatorū oīm celestiū virtutū. sāctorq; quoq; patriarcharū/ pphetarū/ apostolorū/ euangelistarū martyrū/ cōfessorū/ atq; virginū: et oīm simul sctōrū tuorū q̄s op̄s deus meritis ac precibus placat⁹. tribue nobis miaz tuā. & da populo tuo iuiolabilē fidei firmitatē & pacē. repelle a nobis hostē & famē & pestem. da nobis in tua virtute cōstantiā & fortitudinē. immitte hostibus nostris formidinē & invalitudinē. retribue omnibus nobis bona facientibus vite eterne beatitudinē. da inimicis nostris & persequentibus nos recognitionē & indulgentiā. concede defunctis nostris & omnibus in xp̄o quiescētibus remissionem oīm peccatorū. & requiē sempiternam. Per eundē dñm. Secreta.

In cōspectu diuine maiestatis tue q̄s op̄s deus. intercedēte sanctissima dei genitrice semperq; virgine maria & beatis oibus celestibus virtutib⁹ sctis quoq; patriarchis/ pphetis/ apostolis/ euāgelistis/ martyribus/ confessorib⁹ & virginibus: atq; oibus simul sctis tuis oblatiōes nre & preces acceptabiles alcēdāt: & tua ppiciatōe veniā nobis & pacē tribue: hostē famē & pestē a nobis repelle: fidē spē & caritatē nobis largire defēsiōe tua nos sēper circūtege. hostiū nrorū superbiā & virtutē cōtere: oibus nobis bona faciētib⁹ gr̄e tue abūdātiā tribue. discordātes ad pacis bona reuerte. defūctis nr̄is requiē concede. & oibus fidelib⁹ tuis vitā sēpiternā largire Per eūd. Postcō.

Per huius sacramēti mysteriū atq; virtutē q̄s dñe deus noster oīpotens. sctissima dei genitrice sēperq; virgine maria. & beatis oibus celestib⁹ virtutibus sctis quoq; patriarchis/ pphetis/ apostolis/ euāgelistis/ martyribus/ cōfessoribus/ & virginib⁹: atq; oibus simul sctis tuis intercedētib⁹. vitiorū nostrorū macule deleātur. & preces nostre in conspectu maiestatis tue acceptabiles inueniantur. populusq; tuus a peccatis & hostib⁹ liberetur. fidei rectitudine roboretur. hostiū nostrorū superbia & fortitudo pternantur. pestilentie & fames pcul pellant. bona nobis facientes gratie tue abundātia repleantur. discordātes in fraternā pacē reuocent. defuncti nostri requiē consequant. & omnes fideles tui vitam eternam adipisci mereantur. Per eūdē dñz. Oratio generalis.

Omniū sanctorū tuorū intercessionibus q̄s dñe gratia tua nos semp̄ tege. & xp̄ianis oibus viuentibus atq; defunctis miam tuā vbiq; pretende: vt viuentes ab oibus impugnationibus sint tua opitulatōne defensi. & defuncti remissionē mereantur percipere suorū oīm peccatorū. Per dñm. Secreta.

Oblationes nostras q̄s dñe ppiciatus intēde. & ob tuor oīm sanctorū honorē veniā nobis nostrorū tribue peccatorū: et xp̄ianis oibus viuentibus atq; defūctis. hec presens oblatio & presētis vite lubricitas & future premia eterna acquirat. Per dñm. Postcōio.

Hec sacrificia q̄ sumpsim⁹ dñe meritis & intercessionibus oīm sanctorū tuorū nobis ad salutem pficiant: & xp̄ianis oibus viuētibus atq; defūctis. te fauēte eterna ac tēporalia p̄mia benigne acq̄rāt. Per d̄. Oratio generalis.

Omp̄s sempiterne deus qui viuorū dominaris simul & mortuorū oīm-

qz miſereris. quos tuos fideꝫ opere futuros eſſe prenoſcis. te ſupplices exoramus: vt p quibus effundere preces decreuimus. quoſqz vel preſēs ſeculū adhuc in carne retinet. vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit. pietatis tue clementia oīm delictoꝝ ſuoꝝ veniā. et gaudia cōſequi mereant eterna. Per d. Secreta.

Deus cui ſoli cognitus eſt numer⁹ electoꝝ in ſupna felicitate locandus. tribue qs: vt vniuerſoꝝ quos i oratione cōmendatos ſuſcepimus. ſiue oiz fideliū noīa beate predeſtinatiōis liber aſcripta retineat. Per dñm. Poſtcōio.

Pro celeſtis cōuiuii iocūditate gratias tibi referim⁹ rex et ſacerdos noſter maieſtatē tuā humiliter roganteſ: vt hec ſacroſancta corporis ꝫ ſāguinis tui hoſtia nō ſit nobis reatus ad penā. ſed interceſſio ſalutaris adventā. ſit ablutio ſcelerū / ſit fortitudo fragilium ſit cōtra oīa mūdi pericula firmamentū / ſit viuoꝝ atqz mortuoꝝ fidelium remiſſio oīm delictoꝝum. Per te ſaluator mundi rex glorie. Qui viuis et regnas cū deo patre i vnitate ſpūſcti de⁹. Per.

¶ Si quis trigintale ſcti gregorii celebrare diſpoſuerit: tūc celebret tres miſſas de natiuitate dñi / tres de ephia dñi / tres de purifi. btē marie / tres de ānūciatiōe eiuſdē / tres de reſurrectōe dñi / tres de aſcēſiōe dñi / tres de pēthe. tres de trinitate / tres de aſſūptōe btē marie ꝫ tres de natiuitate eiuſdē: ita q iſte miſſe celebrent infra oct. dictoꝝ feſtoꝝ ſicut i prima die cū eodē Kyrieleyſon. Gloria i excelſis. ꝫ Credo. ꝫ ſeqntia ꝫ pfatio. Communicantes. ꝫ Hanc igitur. Sanctus. ꝫ Agnus. ſicut cōtinent in canone: ꝫ cū iſtis oratōibus ſequētib⁹: ita q oratōes ſubſeqntes cū oz. de feſto ſub vno Oremus. ꝫ ſub vno Per dñm dicant. Et debēt dici quotidie p annū. Placebo ꝫ Dirige. cū. ir. pſis. ꝫ. ir. lect. ꝫ. ir. āis: niſi i tēpore paſchali: in quo quotidie cū. iii. lec. dicet: ꝫ totiēs dicet cōmēdatio aīaꝝ: ita q tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. ſit prima oratio Deus ſumma ſpes. ꝫ etiā in cōmendatione animaꝝ: ꝫ ad miſſā de die dicitur predicta oratio ab eo q̄ miſſam celebrat per totū annū. Oratio.

Deus ſūma ſpes nr̄e redēptiōis. q̄ in terra pmiſſionis ante oēs terras naſci elegiſti. mortēqz ibidē ſuſtinuiſti. libera ppicius aīam famuli tui. N. de manibus demonū. et eandē terrā de poteſtate paganoꝝ: vt populus q̄ in te nō credidit p virtutē tuā emendationē habeat. ꝫ illis oībus q̄ in te ꝫfidūt p tuā magnā ſuccurre pietatem. Qui cū deo patre ꝫ ſpū ſcō viuis ꝫ regnas. Secreta

Omps ſempiterne de⁹. redemptor animarū ſaluandarū ꝫ preciū redemptiōis totius generis humani: miſerere clement aīe famuli tui. N. ꝫ q̄cq̄d in eo vicioꝝ fallente diabolo ꝫ ppria iniquitate contraxit: tu pius et miſericors abluas indulgendo. ꝫ terrā quā ſanguine tuo ꝓpio dedicaſti. de manibus inimicoꝝ crucis eripias. vota filioꝝ iſrael ad eius liberationez inſtantiū in viam ſalutis eterne miſericorditer dirigendo Qui cum deo patre. Poſtcōio.

Deus cuius mīe non eſt numerus cui ſoli cōpetit medicinā preſtare poſit mortē. qui es vita viuentiū. ſpes morientiū. ꝫ ſalus oīm in te ſperantiū. q̄ terrā hereditatꝫ tue p pctā filioꝝ eſau pollutā. pretioſo ſanguine tuo dignat⁹ es ꝫſecrare: tu aīaz famuli tui. N. p huius virtutē ſacramēti a pctis oībus eruas. ꝫ a penis quas p his meretur eripias. ꝫ populū incredulū ac rebellē p gratiā tuaz facias peculiarē. illiſqz oībus q̄ in tua mīa confidunt. manū auxilii tui piiſſime largiendo. Qui cuz deo patre.

¶ Oībus duplicibus feſtis p annū ſiue ſit de tpali ſiue de feſtis ſanctoꝝ ꝺz vnū iſtoꝝ Kyrie. cū ſuis ỽ. p diſpoſitōe cātoris: ita tñ q̄ in feſtis maioribus duꝑ. ꝺz Deus creatoꝝ. ꝫ in ceteris duꝑ. p ordinē videlz. Kyrie rex genitoꝝ. Kyrie fōs. Kyrie oīpotens. Kyrie rex ſplendēs. Lux et origo. Cunctipotens. Conditoꝝ. Kyrie Orbis factoꝝ. Ita tamē q̄ in die epiphanie ꝫ in die penthecoſtes ꝫ in feſto corporis xpi dicitur Kyrie fons. In feſto ſancti michaelis in mēſe ſeptembꝛi dicitur

Kyrie rex splendens. cū suis ℣. In festo sancti dunstani ⁊ sācti michaelis in mō te tumba dicitur Kyrie rex splendens. absq; ℣. In vtroq; festo sancte crucis di citur Lux ⁊ origo. cum suis versibus.

¶Missa pro mortalitate euitāda: quā dns [illegible] Clemens fecit ⁊ constituit in collegio cū oibus cardinalibus: ⁊ cōcessit oibus predictā missam audientibus cc.lx. dies indulgentie. Et oēs audientes predictā missam debent portate in manu vnā candelā ardentē per quinq; dies sequentes: ⁊ tenere eā in manu per totā missam genibus flexis: ⁊ eis mors subitanea nocere nō poterit. Et hoc est certū ⁊ approbatū in Auinione ⁊ in par tibus circūuicinis. Officium.

Recordare dñe testamenti tui: ⁊ dic angelo percutiēti cesset iam manus tua: vt nō deso letur terra ⁊ ne pdas oēm aīam viuam In tēpore paschali. alla.ps. Qui regis is rael intende: q̄ deducis velut ouē ioseph. Oco.

Deus qui non vis mortem. sed pe nitentiam desideras peccatorū. populum tuum quesumus ad te cōuer te propicius: vt dum tibi deuotus exti terit. iracundie tue ab eo flagella amo ueas. Per dñm nostrum iesū xp̄m filiū tuū. Qui. Lectio libri regum. ii.xxiiii.

In diebus illis. Immisit dns pesti lentiam suam in israel. de mane vsq; ad tempus constitutum: ⁊ mortui sunt ex populo a dan vsq; bersabee. se ptuaginta milia virorum. Cumq; extē disset manum suā angelus domini su per hierusalem. vt disperderet eam: mi sertus est dns super afflictionem. et ait angelo percutienti populum. Sufficit. Nunc contine manum tuam. Erat au tem āgelus dñi iuxta aream areuna ie busei. Dixitq; dauid ad dñm: cū vidis set angelum cedentē populū. Ego sum qui peccaui ⁊ iniq̄ egi: isti q̄ oues sunt quid fecerunt: Vertatur obsecro man9 tua contra me: ⁊ contra domum patris mei. Venit autem gad propheta dñi ad dauid in die illa: ⁊ dixit ei. Ascende ⁊ cō stitue altare dño in area areuna: iebu sei. Et ascendit dauid iuxta sermonem gad: quē preceperat ei: dominus. Gℓ. Milit dominus manum suam et sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino misericordie eius ⁊ mirabilia eius filiis hominum. Alleluya. ℣. Saluabo popu lum meum in medio israel et ero eis in deum in veritate ⁊ iusticia. Sequentia.

Iubilemus pia mente: voci corde concinente: trinitatē collaudan tes. Patrem prolemq; precemur: san ctuz neuma veneremur: laudis melos concrepantes. Omnes vna proclame mus: summum deū imploremus: mi sereri vt dignetur. Congrauatur cor lā guescit: iam gens meret ⁊ plāgescit: pe stis morsum dum veretur. Aura ledit/ furit pestis: morbus vrit/ nulla mestis: spes salutis redditur. Mare fluit mix tum felle: iam tempestas iam procelle: plebs vbiq; premitur. Si p malis ira scaris: tempus est vt reuertaris: pie ie su miserere. Leo lustrans oues querit: nisi p̄lis ouis perit: bone pastor nos tue re. Terra mare firmamenta: queq; pa rent elementa: tuo facto numine. Ma re nouit te calcantem: dum te sentit am bulantem: factor fertur flumine. Cun cta sistunt te iubente: non mouētur sed repente: redduntur pacifica. Toto nisu tota cura: omnis laudat te factura o vir tus almifica. Auras mitte nobis letas: pestes prece procul pelle. Transfer nos ad vite metas: ne nos turbēt tot procel le. Olim culpa nos ligati: respirātes ce dimus. Corde mesto flagellati: tibi soli credimus. Lex antiqua transgressores conuersos eripuit. Tue legis abusores: pie dū corripuit. Joab abner persequen te: et hunc armis insequente: prece da tur venia. Joab vitam consecutus: no cte viam transit tutus: per mōtis cacu mina. Dauidi pphetico: vita datur ter mino: pro delicto graui. Tersum fugit facinus: dum fatetur vocibus: inquiēs peccaui. Ezechias reddit fletum: et pec catum est deletum: statim vt penitu it. Fletum fecit et profecit: sibi deus hinc adiecit: annos et constituit. Mitis

hester pie mentis:pro salute sue gentis
assuerũ adiit.Hic fit salus mardocheo:
crux equatur amon reo:q̃ sulpẽsus pe-
riit.Virtus iudith de supernis:diua dũ
illuminat.Caput aufert olofernis:ꝫ ca
ptiuos liberat.Mater ergo sũmi regis
tibi natus xp̃s ver⁹.Nos signauit vm-
bra legis:hester tu/hic assuerus.Virgo
natũ intercede:vt afflictos liberet. Sal
uet hos a pestis cede: quos pie redime-
rat.Virgo mater maris stella: fons oro-
ꝛ verbi cella:ne nos pestis aut procel
la:pctõres obruãt.Eya mater terge fle-
tũ:tẽpestatis tolle fretũ:cor mestor red
de letũ:iam preces subueniant. Proles
parcit si peroras: mater ergo rũpe mo-
ras:posce tuũ filiũ.Aura feda rumpẽs
pestis:simul cadant confer mestis: salu
tis auxiliũ. Nostros tuus ipe natus: tol
lat penas et reatus:nobis prestans con-
solamen.Sui regni sempiterni:vbi ci-
ues sunt supni:personemus oẽs amen

Secundum lucam. iiii.

In illo tpe.Surgens ielus de syna
goga:introiuit i domũ symonis
Socrus aũt symonis tenebaꝫ magnis
febribus:et rogauerunt illuꝫ pro ea.Et
stans sup illã:imperauit febri ꝫ dimisit
illam.Et cõtinuo surgens ministrabat
illis.Cum aũt sol occidisset oẽs qui ha-
bebant infirmos variis languoribus.
ducebãt illos ad eũ.At ille singulis ma
nus imponẽs:curabat eos.Exibãt aũt
demonia a multis clamantia ꝫ dicẽtia:
q̃ tu es filius dei.Et increpans.non si-
nebat ea loqui:q̃ sciebant ipm esse xp̃m.
Facta autẽ die.egressus ibat in desertũ
locũ:ꝫ turbe requirebãt eũ.Et venerũt
vsq̃ ad ipm.ꝫ detinebant illũ: ne disce-
deret ab eis.Quibus ille ait.Quia ꝫ ali
is ciuitatibus:oportet me euangelisare
regnũ dei.Q̃ ideo missus suꝫ.Et erat
predicans: in synagogis galilee.Offr.

Stetit pontifex inter mortuos ꝫ viuos habẽs
thuribulũ in manu sua aureũ: ꝫ offerens incẽsi
sacrificiũ placauit trã dñi ꝫ cessauit plaga a do
mo.In tpe paschali. alla. Secreta.

Subueniat nobis dñe quesumus
sacrificii presentis operatio: que
nos ab erroribus vniuersis potenter ab
soluat.et a totius eripiat perditiõis in-
cursu.Per dñm nostrum.Cõio. Multi-
tudo languentium ꝫ q̃ vexabantur a spiritibus
immundis veniebant ad eum: quia virtus de
illo exibat ꝫ sanabat omnes. Postcõio.

Exaudi nos deus salutaris noster:
et intercedẽte beata dei genitrice
semp̃q̃ virgine maria.populũ tuuꝫ ab
iracũdie tue horroribus liberum.ꝫ mie
tue tua fac largitate securũ. Per dñm.

De sancto sebastiano. Officium.

Egregie martyr sebastiane pri
ceps ꝫ ppagator sanctissimo
rũ preceptor:ecce nomẽ tuũ
